# S. PUFENDORFII, DE OFFICIO HOMINIS ET CIVIS, SECUNDUM LEGEM...

Samuel : von Pufendorf

Digitized by Google

B 17
5
19
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

*R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE*
*FIRENZE*

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA

**Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807**
**e morto il 1º Dicembre 1895 in Firenze.**

*16 Maggio 1896*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# S. PUFENDORFII,
DE
# OFFICIO HOMINIS ET CIVIS,
SECUNDUM
LEGEM NATURALEM,
LIBRI DUO.

**EVERARDUS OTTO,**
Jctus & Anteceſſor,

*In uſum Auditorum recenſuit & Adnotationibus illuſtravit; in quibus Utilitas Juris Naturæ in ſtudio Juris Civilis, & hujus in illo abuſus oſtenditur.*

Accedunt Cl. Titii ad eosdem Obſervationes.




*TRAJECTI ad RHENUM*
Apud JOHANNEM BROEDELET,
cIↃ IↃ CCXXVIII.

Digitized by Google

B. 17. 5. 19

Digitized by Google

CELSISSIMO ET SERENISSIMO

PRINCIPI,

# GUILIELMO, CAROLO, HENRICO, FRISONI,

DEI GRATIA ARAUSIONENSI

ET NASSAVIO PRINCIPI,

COMITI CATTIMELIBOCORUM

ETC. ETC. ETC.

GELRIÆ, FRISIÆ, GRONINGÆ

AGRORUMQUE CIRCUMJACENTIUM;

NEC NON DRENTIÆ

GUBERNATORI, ARMORUMQUE

SUPREMO PRÆFECTO;

FRANEQUERANÆ ACADEMIÆ

CURATORI HONORARIO;

Digitized by Google

ACADEMIÆ
RINTELIENSIS ET ATHENÆI
HERBORNENSIS RECTORI
MAGNIFICENTISSIMO.

EVERARDUS OTTO.

Audent ecce, auſpiciis Tuis, SERENISSIME PRINCEPS, qualeſcunque meæ ad aureum Puſendorfii libellum annotationes, in lucem prodire, quas in umbraculis ſcholarum latere forſan melius fuiſſet, niſi Tuus in celeberrimam hanc Academiam adventus ad exhibendum formulam iis impoſuiſſet. Simulac enim præcellentem illam ingenii Tui felici-

licitatem explorandi mihi fuit facultas, lætus ſtatim animadverti, ante diem ſapientiam ſeſe Tibi explicuiſſe, majoreſque in literis non modo bonis, ſed optimis etiam, Tuos eſſe progreſſus, quam ut ſitim juris naturæ contextu Pufendorfiano explere poſſes. Raptim igitur, & calamo citius, quam prelo currente, comtiſſimam epitomen illuſtrare conabar, ut in ea, veluti in exigua tabella, quicquid ad decus aut munus principatus pertinet, cernere Tibi liceret. An fuerim adſecutus, quod excelſæ fortunæ Tuæ exſpectatio flagitabat, egoque ex animi ſententia cupiebam, ſpondere mihi non auſim; qui uſu ſatis ſum edoctus, vix ordinatum eſſe poſſe, quod multa dies & litura non coërcuit: illud tamen ſuperavit votum, quod naturalis illa ſimplicitas, ſine fuco aut nimia arte, non ingrata Tibi fuit, pariter ac Varro ea bellaria maxime mellita eſſe judicabat, quæ mellita

non eſſent. Quod ſi mihi viciſſim, CELSISSIME PRINCEPS, tanta dicendi facultas ſuppeteret, quam vehementer induſtriam Tuam, cum fideli memoria & judicio limato conjunctam, exornare cupio, facerem non invitus, ut eximias animi Tui dotes Illuſtri Juventuti ſpectandas & imitandas proponerem; ſed vereor, ne illæ jejuno elogio magis obſcurentur, quam illuſtrentur. Sive autem mores, ſive ſtudia ſpecto, pro certo & ſine ludibrii metu, dicere licebit, paucos, in iſta ſeculi noſtri licentia, & communi literarum faſtidio, reperiri Principes, quibus tanta ſit vitæ puritas, & ita dulces ſint ante omnia Muſæ. Ea quippe morum Tuorum eſt innocentia & ad virtutem propenſio, ut a juvenilibus vitiis alieniſſimus, gravem, frugalem & ab omni levitate remotam vitam agas, Tuumque pectus generoſo honeſto incoctum ſponte ſua regium iter, ad templum vir-

tu.

Digitized by Google

tutis & honoris ingrediatur. In ſtudiis vero mirari ſubit, quanta animi contentione, in iſthoc Principalis fortunæ ſplendore, annitaris, ut pietatem in Deum, Juſtitiam in homines, & Prudentiam perdiſcas; quæ ſunt tria illa, quibus magna ingenia ad amplioris fortunæ cultum excitantur. Pietas Tibi pro fundamento ac baſi eſt omnis ſcientiæ & honeſtatis; procul ergo fugata ſuperſtitione & hypocriſi, hoc agis, ut rectum habeas ſenſum de Deo ejusque cultu, & quantum ſit bonum conſcientia bona. Juſtitiæ item fruendæ cauſa, cum bene moratos Principes conſtitutos eſſe, cunctarum gentium annales tradant, privati pariter ac publici juris fontes non fugiendo, ſed liberalius bibiſti: probe gnarus, fundamentum perpetuæ commendationis & famæ eſſe juſtitiam, eaque remota regna & principatus nil niſi magna eſſe latrocinia. Prudentiam denique civilem, veluti



Digitized by Google

theſaurum, metallis omnibus potiorem, quæris, & ad omnia attentus, in virorum Sapientum congreſſu, indies magis magiſque ita acuis, ut nemo magis: hæc enim vere regia & excellens diſciplina Tibi, tot Majorum imaginibus onerato, & tanta nomina jam ſuſtinenti, indies monſtrat, quantum ſit in Republica tueri perſonam Principis; quid beatam reddat civium vitam; quid Reſpublicas opibus amplas, & copiis efficiat locupletes; quid tantis auctibus auxerit nationes, quibusve cauſis imperia collapſa ſint, aut ruinam minentur. Hunc in finem Hiſtoriam, cum veterem, tum recentiorem, ſed maxime domeſticam, veluti ſpeculum intueris, ut inde Tibi, quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. Totus etiam in Notitia regnorum & Rerumpublicarum Europæ es occupatus, quidque illa valeant ærario, milite, commeatu: quos ha-

Digitized by Google

habeant Socios, Duces, Miniſtros: qui mores populorum, & terrarum ſitus: quæ opportunitates portuum & munimentorum, tanto curioſius ſcrutaris, quod ſine illis paratus eſſe Princeps nullo pacto poteſt. Mitto nunc Linguarum, Matheſeos & maxime Rei Militaris exercitia, ad quæ, velut alter Achilles, in jugi Muſarum & Martis contubernio, duos Phœnices nactus es, Viros Illuſtres, longoque uſu exercitatos, quibus nihil eſt ſanctius, nihil candidius; quique veram fortitudinis indolem, immortales Heroum obitus, & mortis pro Patria contemtum crebris ſermonibus expoſuerunt & exponunt. Mox ſtudiis colophonem addet incomparabile Hugonis Grotii, de Jure belli & paucis opus: ex quo jus gentium, quod & ad bella, & in bellis, & in pace valet, menti tuæ altiſſimum infiges; in bello pacis gerere negotia Te præparabis, & talis denique evades o-

mni-

Digitized by Google

mnibus numeris abſolutus Princeps, qualem Seneca depinxit: *Illius demum Principis magnitudo ſtabilis fundataque eſt, quem cives non tam ſupra ſe eſſe, quam pro ſe ſciunt: cujus curam excubare pro ſalute ſingulorum atque univerſorum cottidie experiuntur. Quo procedente, non tanquam malum aliquod aut noxium animal e cubili proſilierit, diffugiunt: ſed tanquam ad clarum & beneficum ſidus certatim advolant, objicere ſe pro illo mucronibus inſidiantium paratiſſimi, & ſubſternere corpora ſua, ſi per ſtragem illi humanam iter ad ſalutem ſternendum ſit.* Hac felicitate PRINCEPS SERENISSIME, ut aliquando utaris, atque omnibus bonis cumulatus, quam diutiſſime fruaris, ad Religionis purioris ornamentum & amplitudinem, ad Rerumpublicarum ſalutem, & ad Muſarum fugientium patrocinium, Deum Opt. Max. etiam atque etiam veneror. clɔ Iɔ CCXXVIII.

PRÆ-

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

*Cur ad limatiſſimum Puſendorſii Breviarium, poſt tot alios, notas edam, ſi noſſe lubet, non diu Te morabor,* Erudite Lector, *ſed paucis inſtituti mei conſilium exponam. Et primum quidem nulla me res magis impulit, quam Auditorum meorum utilitas, quibus vitam & operam præcipue conſecravi: his enim quum alternis annis Grotium & Puſendorſium explicare ſoleam, ſumma capita animadverſionum, memoriæ cauſa, olim dictabam, donec ad extremum ſenſi, multos ſcribendi moleſtiam ſubterfugere; plerosque mendoſa dictata circumferre; quosdam etiam ſcripto contentos, non valde curare, quid in illo comprehendatur. Abjecto itaque iſthoc conſilio, malui typis paullo plenius exſcribi, quæ breviter antea calamo excipienda erant, additis etiam Veterum dictis notatu dignioribus; quo ita, tempore prorogato, ſtudioſæ Juventutis, quæ me docentem audiet, commodis magis magisque conſuleretur. A Puſendorſii igitur elementis initium fieri placuit; tum ut ſic, veluti jucundioris diſciplinæ lacte, optimos Commilitones allicerem, ad Opus ejusdem majus evolvendum; tum ut ad Grotium præpararem languentes illos, qui vel brevitate ſtili, vel eruditionis & teſtimoniorum copia, vel dehortationibus imperitorum, quibus jus naturæ inter nugas aniles eſt, deterriti, ſtudium præſtantiſſimum veloce navigatione fugiunt & averſantur. Quaſi vero ſine hujus juris notitia quisquam Juriſconſulti nomen mereri, aut æquitatem niſi fortuito reperire, vel Principum controverſias dirimere, legesve interpretari aut ſupplere ullo modo poſſit! Et quanto rectius Cicero, non a Prætoris*

*ris*

*ris edicto, neque ex* XII. *Tabb. ſed penitus ex intima Philoſophia juris diſciplinam hauriendam eſſe monuit; eos autem, qui aliter, quam ex fonte naturæ jus tradunt, non tam juſtitiæ, quam litigandi tradere vias, eorumque potius ignorationem juris litigioſam, quam ſcientiam eſſe, pronunciavit. Si quis forte regerit, typis jam excuſa Grotii, Hobbeſii, Pufendorfii & Thomaſii, de jure naturæ & gentium, extare volumina; neque inopes nos eſſe eorum, qui huncmetipſum libellum eruditiſſimis notis illuſtrarint, quæ minore pretio coëmi, & majore utilitate legi poſſint: huic equidem non valde refragabor, qui meritis excellentiſſimorum hominum nil quicquam detractum cupio, immo quam maxime eos veneror, & me ab illis profeciſſe gaudeo. Aſt omnis illorum diligentia, quantacunque fuerit, juris naturalis diſciplinam necdum ad liquidum perduxit: id quod tot vexatæ, de principio juris naturæ, de origine majeſtatis, dominii & civitatum, de ſanctitate Legatorum, dominio eminente, rebuspublicis mixtis, falſiloquio, inceſtu, tranſitu exercitus, imperio mariti, aliæque id genus quæſtiones, magnam partem in logomachiam deſinentes, ſatis, niſi fallor, loquuntur. Quantum igitur nunc quidem a me fieri potuit, id dedi operam, ut, ſtatu cujusque controverſiæ recte collocato, rem breviter definirem, tum perſpicue exciperem, & rationes deinceps utriusque adæquatas adjicerem, quales potiſſimum in hoc ſtudiorum genere requiruntur. Scio, Cl.* Weberum *&* Waldkirchium *exemplis juridicis & quandoque hiſtoricis, Auctori noſtro lucem affudiſſe, & vanum fuerit gloriari, annotatiunculas noſtras peragraſſe loca, nullius ante trita ſolo; forſan tamen quædam in hortulis meis enatæ, aut clarius excultæ, aut fortioribus argumentis munitæ occurrent. Inter eos autem quos ſecutus ſum maxime,* Hugonem Grotium, *omnium commu-*

*nem*

*nem præceptorem, ad partes vocavi, tum & quatuor meliores libri hujus interpretes. Horum anteſignanus* Titius, *Lipſienſis quondam Anteceſſor celeberrimus, de jure circa ſermonem, jusjurandum, dominium, pretium, matrimonium, Rempublicam, imperium, pœnam & exiſtimationem multa & egregia obſervavit. Breviores, ſed non minoris judicii & eruditionis ſunt Viri Præclari,* Joannis Barbeyracii *obſervationes, ad commentarium majorem ſæpe nos ablegantes, quæ nunc Latina veſte per Cl. Maſſonium donatæ, ab illis etiam, qui communem eruditorum linguam magis amant, legi poſſunt. Ab utroque nonnunquam divertit Cl.* Treuerus, *qui principia quoque juſti, honeſti & decori præcipue diſtinxit, & recentiorum circa hanc diſciplinam placita diligentiſſime expendit. Cl. denique* Carmichaeli, *Philoſophiæ in Academia Glasguenſi Profeſſori, is fuit ſcopus primarius, ut Philoſophiam moralem, ex ipſis naturæ principiis deductam, legisque naturalis obligationem atque præcepta, ex perfectione Supremi Numinis liquidius demonſtraret, totamque moralem deſciplinam ordine magis naturali delinearet; dignus, qui ob omnibus horum ſtudiorum cultioribus magni æſtimetur. Illud vero ſupereſſe videbatur, ut Juris naturalis doctrina, magis ad uſum & intellectum legum civilium, Hebræarum v. gr. & Græcarum, ſed maxime Romanarum applicaretur, quo plenius tandem appareat, eas non vana hominum exiſtimatione, ſed ratione arteque conſtare. Quod ſi iisdem ex aurea illa ſimplicitate naturali, ſicubi conveniunt, robur ac pondus addamus; ubi vero ab ea diſcedunt, ex vario Reipublicæ ſtatu diverſisque motibus animorum, diſcriminis rationes inveſtigemus, ſpes erit, poſſe Corpus Juris civilis, ex tot millenis centonibus male conſutum, ſuaque dignitate orbatum, uno rationum vinculo iterum copulari & quodammodo*

*nitori*

Digitized by Google

*nitori ſuo reſtitui. Cæca profecto & manca eſt omnis Jurisprudentia, ſine hac face, neque eam aliter quisquam recte intelliget unquam, niſi JCtorum imitetur veſtigia, qui eam nobis ſcriptam reliquerunt. Juvat peregrinantes ad Nili vel Euphratis fontes perveniſſe, at plus eſt, juris illius, quod ex præceptis naturalibus, gentium, aut civilibus collectum eſt, origines & principia vidiſſe, quorum neque ratio, neque fides a quoquam in dubium vocari poſſit. Videamus Ciceronem, quam ille plus uno loco lætatur, quod leges* XII. *Tabb. publici omnis privatique juris fontem, ad naturam eſſe accomodatas, easque omnium Philoſophorum bibliothecas, auctoritatis pondere ac utilitatis ubertate, ſuperare cognoverat. Quicquid enim a Græcia ſapientibus rixoſa diſputatione, de legibus & finibus bonorum, effuſum magis, quam digeſtum erat, id Decemviri in Rempublicam ſuam tranſtulerunt, ut fieret ſemen publicæ & privatæ utilitatis. Et quis mihi dabit ullos, qui tam alte rimati ſint naturam humanam, quive vaſtum totius naturæ ſinum, aut veteres ſapientiæ magiſtros, Homerum, Heſiodum, Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum & Chryſippum tanta diligentia excuſſerint, quam veteres Juriſconſulti Romani? quorum opera factum eſt, ut Roma virtutum omnium mater, magiſtra & domicilium, nec nimis ambitioſe, vocaretur. Hi ſunt, qui æquitatem, cognationem & obligationem naturalem a civili, veritatem naturæ a commento juris civilis, & id quod licet, ſive impune eſt, ab eo, quod honeſtum & virtutis eſt, diſtinguunt ubivis. Furtum admittere lege naturali prohiberi, ajunt; adulterium natura probrum vocant; in nuptiis jus naturale attendi jubent, idque civili ratione negant corrumpi poſſe; nihil etiam æquitati naturali tam congruum eſſe præcipiunt, quam ea, quæ placuerunt inter paciſcentes, obſervari. Atque hæc & alia de proprio jure natura-*

Digitized by Google

*turali & dictato, quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, & apud omnes peræque cuſtoditur, accipienda eſſe, nemo dubitat. Alibi autem aliter longe voce* Naturæ *utuntur JCti, id quod niſi probe obſerves, multiplici modo, fraudi eſſe poteſt. Nunc enim Natura iis notat naturæ opificem, Deum, ſive naturam naturantem, ut Scholaſtici vocant; ut in definitione juris naturæ, quod natura omnia animalia docuit. Quid aliud eſt natura, quam Deus & divina ratio? Seneca dixit. Sæpius ſignificat prima naturæ, ſive affectionem naturalem & inſtinctum, quo quidvis naſcitur: ita libertas naturali jure continetur, & vim vi repellere, Caſſius ſcribit, natura comparatum eſſe: eodem modo, quo Camillus & Poſtumius Cenſores, apud Valerium Maximum ajunt, naturam gignendi legem nobis ſcripſiſſe; & Juvenalis naturam recurrere ad mores damnatos. Alibi natura eſt primævus naturæ ſtatus; quo ſenſu recte dicitur, ſervitutem eſſe contra naturam; omnes homines jure naturæ eſſe æquales; & naturam omnium hominum eſſe communem. Interdum ſub naturæ nomine comprehenduntur mores communes, naturali rationi conſentanei: Sic, etſi vox heredis meri ſit juris civilis, lex ipſa naturæ conſanguineos ſucceſſores facere dicitur, pariter ac Philo Judæus naturæ jus vocat, ut cadaveri humus porrigatur. Eſt etiam ubi juris naturalis & gentium dicitur, quod meri tantum eſt juris civilis, a multis civitatibus recepti, vel cum aliis gentibus communicati, uti in quibusdam acquirendi modis, medio inter Cujacium & Grotium itinere, ſuo loco oſtendi. Aliquando naturale eſt, quod indoli & ſubſtantiæ negotii vel rei convenit; v. gr. cum Pomponius ait, in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere, ſe mutuo circumvenire, re ipſa nimirum, ſine propoſito decipiendi. Sic naturalis pugna dicitur, pro parte teſta-*

*tum*

*tum & inteſtatum decedere; quia contraria ſimul ſubſiſtere non poſſunt; ſicut queri & gratias agere, natura non recipit, auctore Seneca. Sic ager inferior, natura, id eſt ingenio & qualitate ſoli, ſuperiori ſervit, ut aquam profluentem excipiat. Alibi τὸ naturaliter denotat rigorem ejus, quod cuilibet viribus a natura tributis licet, etiamſi violetur officii ratio; quo ſenſu Ulpianus dixit, licere ſervis naturaliter in corpus ſuum ſævire, hoc effectu, ne dominus illud damnum rei familiaris ex peculio deducat. Alibi rurſus vox iſta factum magis corporale, quam jus demonſtrat, ut cum poſſeſſio naturaliter, id eſt vi & ereptione interrumpi dicitur. Multa denique in jure noſtro æqua, æquiſſima, & æquitati vel rationi naturali convenientia dicuntur, quæ minime ab æterno illo & neceſſario, & perpetuo fonte manant, ſed ex perſonarum, temporum & locorum circumſtantiis varie ſe habere poſſunt; ut hactenus verum ſit, quod Horatius ait, utilitatem prope juſti & æqui matrem eſſe. Hinc tot privilegia dotium, militum, & creditorum; tot Prætorum edicta, de in integrum reſtitutionibus, bonorum poſſeſſionibus, collationibus; & alia pæne innumera æquitatis veneratione a Prudentibus introducta & commendata. Huc pertinet, quod Juſtinianus ait, naturalem rationem ſuadere, ut liberi ante nuptias conſenſum implorent parentum, in quorum poteſtate ſunt: quod Quintilianus liberam teſtamenti factionem natura æquam vocat, licet non omnibus conceſſam: quod votum naturæ liberos ad parentum hereditatem vocare dicitur; quamvis legitima portio, niſi quatenus alimenta continet, ſit juris civilis: quod ædes, in conducto ſolo poſitæ, naturali & civili jure, ejus ſunt, cujus eſt ſolum: quod recte etiam, ex lege Rhadamanthi, naturalis juſtitia dicitur, ſi patiatur quiſque, quæ fecit: nec tamen nimis crude pœna talionis, aut*

*dictum*

Digitized by Google

*dictum Antonini apud Capitolinum, parricidæ legibus naturæ vivere non licere, capi debet: quia modus pœnæ ad civilis legiſlatoris curam pertinet, qui alibi ſæpe horribili flagello caſtigat, quod alibi ob duritiem cordis, vel ob conſuetudinem adultam, ſalus reip. impune dimitti ſuadet; ne palam fiat, quibus flagitiis impares ſimus, atque auctoritas publicæ diſciplinæ hebeſcat. Sic vetus homicidii pœna fuit fuga aut mulcta, quam etiam Germani veteres irrogarunt: Moſes autem capitale ſupplicium dictavit, hunc Græci, hos Romani gentesque aliæ ſecutæ ſunt. Ex quibus, niſi me omnia fallunt, ſatis apparet, quanta ſit neceſſitas ſtudii juris naturalis, & quot ſeſe erroribus ac periculis exponant, qui ſine hoc clavo pelago juris civilis ſe committunt. Inde tot plauſtra Doctorum & farrago legum, ad rem non pertinentium, quod rationis naturalis expertes ſine lege loqui erubeſcunt. Inde tot impia & foris Chriſtianis indigna legibus Romanis ab Ameſio ſunt impacta, quod legem ſcriptam, ejusque finem, ſecuritatem reip. ſcilicet & expulſionem negligentiæ civium, a ſimplicitate naturali non diſtinxit. Inde toties hærent judices, ubi de explicandis legibus ſcriptis quæritur, quod fontes æquitatis & regulas benæ interpretationis ignorant, ac pro Junone nebulam, cerebrinam æquitatem pro vera amplectuntur. Inde denique eſt, quod multi in materia poteſtatis patriæ, pactorum, ſtipulationis, literarum obligationis, contractuum innominatorum, modorum acquirendi, actionum bonæ fidei & ſtricti juris &c. jus Romanum, quaſi ſcriptam rationem crepant, cum in plerisque ad ſimplicitatem juris gentium reverſi ſimus, cui jus civile nunc aliquid addidit, nunc aliquid detraxit. Hæc ergo cum ita ſint, non inutilem me operam ſuſcepiſſe ſpero, quod uſum & abuſum juris civilis, in ſtudio juris naturæ monſtrare conatus ſum; eaque methodo ſi alii*

** per-

Digitized by Google

*pergant, ſic tandem varia jura, a coquis* Plautinis *confuſa, diſtinguentur; rationes juris Romani politicæ apparebunt; excellentia legis naturæ præ imperfectione juris poſitivi innoteſcet; fines legiſlatoriæ poteſtatis cum prudentia legiſlatoria lucem accipient, & artis hujus oſores,* Grotii *non magis quam* Kleinii, *ut vocant, dotes unquam edocti, aliquando convincentur, tum demum beatam fore Jurisprudentiam, quando Juriſconſulti, veterum exemplo, philoſophari pergent, & Themidi dicata juventus mature ad hos ſapientiæ ac prudentiæ limpidos fontes perducatur.* **De** *textu Puſendorfiano, ejusque lemmatibus illud tantum ut moneam ſupereſt, me ſecutum eſſe emendatiſſimam editionem Trajectinam A. M DCC XXIII. quam Vir eruditus, me rogante, forma minore curavit, omnisque conſilii, ſuæque induſtriæ rationem in præfatione expoſuit. Scias etiam, a Bibliopola Cl. Titii obſervationes in calce ea ratione additas eſſe; quoniam illæ his in oris rariores erant, & pleraque capita plenius explicare videbantur. Quicquid in iſtis & meis errore correctorum, aut noſtro peccatum eſt, corrige & cogita, quod currentibus frequentius, quam reptantibus labi contingit.*

---

## ERRATA.

Pag. 64. col. 1. lin. 5. lege ſanctitas legatorum. Pag. 91. col. 2. lin. 15. lege *l.* 4. §. 12. *de re mil.* & lin. 18. Origenes. & lin. 25. *Origen.* Pag. 200. col. 2. lin. 15. poſſederunt. Pag. 276. col. 2. lin. 4. *obrogat.* Pag. 248. col. 1. lin. 3. (6) jus. Pag. 286. col. 1. lin. 12. (6) Si. Pag. 323. col. 1. lin. 17. *l.* 5. *D.* & col. 2. lin. 4. *c.* 6. *n.* 4. Pag. 327. col. 2. lin. 10. *xogis.* Pag. 355. col. 1. lin. 6. pro ſequatur leg. vincat. Pag. 365. col. 1. lin. 12. Adminiſtrare remp. Pag. 408. col. 2. lin. 6. olim. Pag. 433. col. 1. lin. 15. lege *c.* 19.

Digitized by Google

# PRÆFATIO
## AUCTORIS.

---

## LECTORI
### BENEVOLO SALUTEM.

**Summarium.**

I. *Commendatio inſtituti*,
II. *a commodis juventutis*
III *& uſu in univerſa juriſprudentia*:
IV. *Juris naturalis limites*,
V. *& differentiæ à theologia morali*,
VI. *quoad principium cognoſcendi*,
VII. *divinam promiſſionem*,
VIII. *reſpectum ad vitam futuram*,
IX. *& actiones internas*.
X. *Homo in jure naturæ conſiderandus ut corruptus*,
XI. *non ſecundum ſtatum integrum*,
XII. *in quo ſumma quidem legis capita eadem ſunt, quæ in ſtatu lapſus*:
XIII. *ſed præcepta negativa illi non congruunt*.
XIV. *Quod illuſtratur comparatione duorum diſcipulorum diſparium*.
XV. *Conclusio ad obtrectatores*.

§. Commendatio inſtituti ab uſu in diſcendo jure nat.

NI receptus pleriſque eruditis mos legis propemodum vim induiſſet, ſupervacuum videri poterat circa rationem hujus ſcripti aliquid præfari; cum res ipſa ſatis loquatur,

me nihil aliud egiſſe, quam ut tironibus præcipua Juris Naturalis capita brevi, &, ut arbitror, perſpicuo compendio *exponerem:* ne ſi citra cognitionem velut elementarem in diffuſa ejus diſciplinæ ſpatia ſeſe immiſerint, copia & difficultate rerum ab initio protelentur *(a)*

II. Auctoris ſtudium commoda juventutis promovendi.

Simul & illud publico expedire viſum, ejuſmodi Doctrina Morali ſtudioſæ Juventutis animos imbui, cujus uſus manifeſtus in vita civili ſpectaretur. Et licet alias ſemper inglorium judicaverim, aliorum diffuſiora ſcripta, & multo magis propria, in compendium redigere; tamen cum ſuperiorum auctoritas accederet, à cordatis vitio mihi verſum iri non arbitror, quod iſthoc laboris unice Juventutis utilitati dare voluerim; cujus merito tantus eſſe favor debet, ut in ejuſdem gratiam ſuſcepta opera, etiam ingenii & ſplendoris non capax, nemine indigna ſit judicanda.

III. Proponuntur principia univerſæ jurisprudentiæ

Cæterum quin ejuſmodi principia ad univerſam Juris diſciplinam magis idonea ſint, quam cujuſvis Juris Civilis elementa, nemo cui ſanum ſinciput abnuet.

Atque hæc in præſens ſufficere poterant, ni qui-

§. I. (*a*) Satis rationum adfert Auctor, cur ſtatim, altero poſt editum Opus majus anno 1673. hoc Compendium ſcripſerit: nam quia virtutes dependent a crebro exercitio, hoc vero obtineri nequit, niſi ſumma præceptorum capita in promtu ſint, hinc tam frequens ejusmodi libellorum uſus apud Veteres. Paulus Jctus *Manualium* libros tres, Pomponius Ἐγχειριδίου duos libros reliquit, nihilque celebrius eſt Enchiridio Epicteti. Eadem eſt ratio *Memorialium* Maſurii Sabini & Προχείρου Harmenopuli. Seneca *lib.* VII. *de Beneſ. cap.* I. Demetrii Cynici illud laudat: *Plus prodeſſe, ſi pauca præcepta ſapientiæ teneas, ſed illa in promtu tibi & in uſu ſint, quam ſi multa quidem didiceris, ſed illa non habeas ad manum.*

Digitized by Google

IV. 1. Limites juris naturalis & diſcrimen à Jure civili ac Theologia naturali.

quidam monuiſſent, non abs re fore, aliqua præmittere, quæ ad indolem Juris Naturalis in univerſum intelligendam, ejuſdemque limites accuratius deſignandos facerent. Quod eo libentius ſuſcepi, quia hoc modo prætextus adimitur hominibus importune curioſis (*b*) febriculoſam ſuam cenſuram extendendi ad hancce diſciplinam, quæ ſæpe velut interjecta ab ipſorum provincia disjungitur. Manifeſtum igitur eſt, ex tribus velut fontibus homines cognitionem Officii ſui, & quid in hac vita ſibi tanquam honeſtum ſit agendum, tanquam turpe omittendum, haurire; ex Lumine rationis, ex Legibus civilibus, & ex peculiari Revelatione divini Numinis. Ex *primo* fluunt Officia Hominis communiſſima, præcipue quæ ipſum cum aliis hominibus ſociabilem reddunt: ex *altero* Officia Hominis, quatenus peculiari & definitæ civitati ſubjectus degit: ex *tertio* Officia Hominis Chriſtiani. Inde & tres ſeparatæ Diſciplinæ proveniunt, quarum prima eſt Juris Naturalis, omnibus gentibus communis. Altera Juris Civilis ſingularum civitatum, quæ tam multiplex eſt, aut eſſe poteſt, quot numero ſunt civitates, in quas genus humanum diſceſſit. Tertia Theologia Mora-

¶ 2 LIS

§. III. (*b*) Joſuam Swartzium & Nicolaum Beckmannum, illum Theologiæ, hunc Juris Profeſſores, ſuoſque in academia Carolina Lundini collegas, his verbis notat, qui livore & invidia agitati, præter *Indicem novitatum*, in odium Operis majoris confectum, Scaniæ Epiſcopum inſtigabant, ut ſibi cenſuram libri a rectoribus regni poſtularet. In horum ergo gratiam fines trium diſciplinarum, vulgo tunc confuſos, regit, ut ubi inchoet natura & deſinat, quæve rationes huc pertineant, vel non, liqueret Vid. Auctoris *Eris Scandica*, poſt editionem Operis majoris ab Hertjo curatam.

LIS habetur, illi parti Theologiæ contradiſtincta, qua credenda exponuntur. Singulæ harum Diſciplinarum MODUM SUA DOGMATA PROBANDI adhibent, ſuo principio reſpondentem. In JURE NATURALI aliquid faciendum aſſeritur, *quia per rectam rationem idem ad ſocialitatem inter homines neceſſarium colligitur*. Præceptorum JURIS CIVILIS ultima ratio eſt, *quia Legiſlator ita conſtituit*. THEOLOGUS MORALIS in eo ultimo adquieſcit, *quia Deus in Scripturis ſacris ita juſſit*.

2 ſine pugna tamen. Quemadmodum autem diſciplina Juris Civilis Jus Naturale tanquam generalem magis diſciplinam præſupponit: ita ſi quid Jure Civili continetur, de quo Jus Naturale ſilet, non ideo hoc illi repugnare cenſendum eſt. Simili modo ſi in Theologia Morali aliqua tradantur, ex revelatione divina profluentia, ad quæ ratio noſtra jam non pertingit, quæque adeo & Jus Naturale ignorat; imperitum valde foret, ideo illam cum hac committere, aut repugnantiam aliquam iſtarum diſciplinarum ſomniare. Vice verſa, ſi quæ in diſciplina Juris Naturalis præſupponantur ex eo, quod per rationem inveſtigari poteſt; illa propterea iis, quæ Sacræ Literæ ſuper eadem re liquidius tradunt, nequaquam opponuntur, ſed tanquam abſtrahendo concipiuntur. Sic v. g. in diſciplina Juris Naturalis, abſtrahendo ab illa cognitione, quæ ex Sacra Scriptura hauritur, formatur conditio primi Hominis, utcunque in mundum projecti, quatenus ſola ratiocinatio aſſequi poteſt. Iſta opponere iis, quæ ſuper eadem conditione Divinæ literæ tradunt, hic vero eſt ſuccus ni-

Digitized by Google

nigræ loliginis, hæc eſt ærugo mera. (*c*)

V. Differentiæ ſpeciliores juris naturæ ac theologiæ moralis.

Enimvero uti Juri quidem Civili, & Naturali facile inter ſe conveniet; ita inter idem Jus Naturale & Theologiam Moralem fines regere, ac quibus potiſſimum partibus illa differant, definire, paulo operoſius videtur. Qua ſuper re paucis ſententiam meam exponam, non quidem pro auctoritate Papali, ac ſi ab omni errore privilegio aliquo mihi cautum foret, neque qui ſomniis divinitus immiſſis, aut irrationabili aliquo inſtinctu ſingularis cujuſdam illuminationis fiducia animetur; ſed tanquam talis, cui ſpartam ſibi commiſſam pro modulo ingenii exornare cordi ſit. Ita tamen, ut quemadmodum cordatos & eruditos viros meliora ſuggerentes lubenter audire, & citra pertinaciam prius placita emendare ſum paratus; ita flocci faciam Midæ æmulos cenſores, rerum ad ſe nihil ſpectantium arbitria proterve involantes, totamque ardelionum nationem, cujus characterem lepidiſſime PHÆDRUS (*d*) repræſentat: *Trepide*, inquit,

¶ 3

§. IV. (*c*) Sufficere poterat Auctori, ſtatum naturalem eſſe ſtatum ſolitudinis, ſed ut faciem ejus miſerrimam clarius ſiſteret, & naturam hominis ſocialem cunctis probaret in *Op. maj. l. 2. c. 2. §. 2.* ac infra *lib. 1. c. 3. §. 3.* & *l. 2. c. 1. §. 6.* homines undecunque in mundum projectos finxit: cumque hacpropter a Valentino Alberto, Profeſſore Lipſienſe, in *Comp. jur. nat. orthod. p. 1. c. 1. §. 28.* eſſet reprehenſus, quantum ſatis eſt, in Eride Scandica *pag.* 301. & 362. declaravit, fingere ſibi non eſſe falſi aliquid pro vero venditare, ſed rei illuſtrandæ gratia, ad captum omnium hominum & nationum, tantiſper illud ſupponere, quod unicuique noſtrum, ex revelatione divina, falſum eſſe conſtat. Similiter fingit Grotius in *Proleg.* §. 11. & Hobbes *de cive cap.* 8. §. 1. Nec omnes promiſcue fictiones damnandas eſſe, ex 2. *Sam.* XII. & 1. *Reg.* XX. apparet.

§. V. (*d*) *Lib.* II. *Fab.* 5. verſ. 1.

quit, *concurſans*, *occupata in otio*, *gratis anhelans*, *multa agendo nihil agens*, *ſibi moleſta*, & *aliis odioſiſſima*.

VI. Jus nat. ex ratione theologia mor. ex ſcriptura cognoſcitur.

Primum igitur diſcrimen, quo iſtæ Diſciplinæ invicem ſeparantur, reſultat ex diverſo fonte, unde ſua dogmata utraque derivat; de quo jam jam tetigimus. Ex quo conſequitur; ſi aliqua ſint, quæ Divinis Literis agere aut omittere jubeamur, quorum neceſſitatem tamen ratio ſibi relicta perſpicere nequit, illa extra Jus Naturale eſſe, & ad Theologiam Moralem proprie ſpectare.

VII. Theologia mor. docet fœdus inter Deum & hominem, non jus naturæ.

Præterea in Theologia Lex conſideratur, prout innexam habet Divinam promiſſionem, & quandam rationem Fœderis inter Deum & Homines. Abs qua conſideratione Jus Naturale abſtrahit; quippe cum iſta à peculiari Dei revelatione proficiſcatur, quam ſola ratio invenire nequit.

Illud porro diſcrimen longe maximum eſt, (e) quod

§. VIII. (e) Uti omnem hanc quadrigam differentiarum, inter Theologiam moralem & jus naturæ, non eſſe extra controverſiam poſitam, Auctor *Dubiorum juris nat.* §. 8. oſtendit, ſta Anonymo, id eſt illuſtri Leibnitio, in Epiſtola, editioni Groninganæ Viri Cl. A. A. Pagenſtecheri Latine, & tertiæ Viri Cl. Joh. Barbeyraccii Gallice adjecta, non ſine cauſa diſplicuit, quod Auctor finem Juris naturalis, ait, termino hujus vitæ includi. Quamvis enim, propter obſcuram ſpiritus naturam, daretur, ex lumine rationis non plene conſtare, animam eſſe immortalem, ſi tamen deum agnoſcimus legis naturalis auctorem & vindicem, cuivis metuendæ ſunt pœnæ, quæ ejus transgreſſores æternum manent; eoque Pauli ratiocinatio pertinet ad *Rom.* II. verſ. 12. *ſeqq.* Sola inſuper ratio videt, eandem animi humani non eſſe naturam, quæ brutorum, nec corporis diſſolutione mentem neceſſario trahi in ruinam. In alia quidem omnia abiit Plinius *lib.* VII. *Hiſt. nat. cap.* 55. & notum eſt vete-

Digitized by Google

quod finis diſciplinæ Juris Naturalis tantum ambitu hujus vitæ includatur, adeoque ea hominem formet, prout hanc vitam cum aliis ſociabilem exigere debeat. Aſt Theologia Moraliſtam, hominem Chriſtianum informat, cui propoſitum eſſe debet non hanc ſolum vitam honeſte tranſire; ſed qui fructum pietatis poſt hancce vitam maxime exſpectat, quique adeo πολίτευμα ſuum in cœlis habet, (*f*) heic autem viatoris duntaxat aut peregrini inſtar gerit. Quanquam enim animus hominis [non ſolum] ardenti cum affectu immortalitati velut immineat, ſuique deſtructionem vehementer averſetur; atque inde apud pleroſque gentilium inoleverit perſuaſio de animæ a corpore ſeparatæ duratione, & quod tunc bonis bene, malis male ſit futurum: ejusmodi tamen circa hæc perſuaſio, in qua animus hominis plane & firmiter adquieſcere poſſit, ex ſolo Dei verbo hauritur. Inde & Juris Naturalis ſcita ad forum duntaxat humanum adaptantur, quod ultra hancce vitam ſeſe non extendit; quæ ipſa multis in partibus prave ad forum divinum adplicantur, circa quod Theologiæ maxime curæ eſt.

VIII. Jus nat. tantum ad hanc vitam, theologia mor. etiam ad futuram reſpicit.

Ex quo & illud fluit, ut, quia forum humanum circa externas tantum hominis actiones occupatur, ad ea autem, quæ intra pectus lati-

IX. Jus naturæ actiones exter-

¶ 4

veteres Philoſophos inter ſe diſſenſiſſe; generalis vero pæne & perquam antiqua fuit opinio, in alia vita probis bene, improbis male fore; cui Homerus quoque & Euripides, ut vulgo receptæ, adſtipulantur. Homo Chriſtianus ea de re dubitare nequit, propter Matth. x. verſ. 28.

(*f*) Paulus ad *Philipp. cap.* III. verſ. 20. Tertullian. *de corona cap.* 13. *Peregrinus mundi hujus, civis ſupernæ Jeruſalem, Noſter, inquit, municipatus in cœlis.*

nas theologia mor. etiam internas regit.

titant, nec aliquem effectum, ant ſignum foras produnt, non penetret, adeoque nec circa eadem ſit ſollicitum; Jus quoque Naturale *magnam partem* circa formandas hominis exteriores actiones verſetur. (*g*) Aſt Theologiæ Morali non ſufficit exteriores hominis mores utcunque ad decus compoſuiſſe; ſed in eo maxime laborat, ut animus, ejuſque motus interni ad placitum Numinis fingantur: & illas ipſas actiones improbat, quæ extrinſecus quidem recte ſe videntur habere, ab animo tamen impuro promanant. Quæ ratio etiam videtur, quare in Divinis libris haud ita frequenter agatur de illis actionibus, quæ pœnis fori humani ſunt ſancitæ, aut circa quas ibidem jus dicitur; quam de illis, quæ, uti SENECA (*h*) loquitur, ſunt extra publicas tabulas. Uti manifeſte adparet iis, qui præcepta & virtutes ibidem inculcatas accurate inſpexerint. Etſi cum & illæ ipſæ virtutes Chriſtianæ animos hominum ad ſocialitatem quam maxime diſponant, Theologia quoque Moralis honeſtatem vitæ civilis efficaciſſime promoveat. Uti & vice verſa, ſi aliquem

§. IX. (*g*) Non ergo in totum auctor negat, actus internos ad tractationem juris naturalis pertinere, uti Leibnitius *d. l.* & Branchu, in *Leibnitio vindicato*, criminantur, ſed *magnam partem*, quatenus ei propoſitum erat, officia hominum erga ſe invicem tradere, quæ ad forum humanum pertinent. Hinc paullo poſt: *Jus Naturale*, ait, *prout a nobis id traditur*. Cl. etiam Barbeyracc. in *app.* 1. §. 7. alia ejus adfert loca, ubi ad internum mentis habitum reſpicit. Atque ita oportebat, ſi Jus Naturæ, in vaſto ſuo ambitu, pro omni lege divina morali accipias, quæ hominum actiones dirigit. Nam & ipſi Icti Romani, veram & non ſimulatam Philoſophiam affectantes, homines non modo juſtos, ſed & bonos fieri cupiunt, *l. 1. §. 1. D. de Juſt. & jur.*

(*h*) *Lib. II. de ira cap. 27.*

quem videas, qui turbulentum, & importunum vitæ civilis membrum ſe gerat; tuto judices licet, Religionem Chriſtianam intra labra tantum ipſi hærere, cor nondum penetraſſe. Atque ex hiſce non ſolum genuini limites, qui Jus Naturale, prout à nobis illud traditur, à Theologia Morali ſeparant, manifeſte puto adparent: ſed etiam quod Jus Naturale nequaquam dogmatibus veræ Theologiæ repugnet; ſed tantum à quibusdam ejus dogmatibus; quæ per ſolam rationem inveſtigari nequeunt, abſtrahat.

X. Homo in jure nat. conſiderandus ut corruptus.

Unde & illud patet, neceſſarium eſſe, *ut in diſciplina Juris Naturalis homo nunc conſideretur, prout ipſius natura eſt corrupta adeoque eſt animal multis pravis cupidinibus ſcatens.* (*i*) Nam etſi nemo tam ſtupidus ſit, quin in ſeipſo inordinatos ac in devia tendentes affectus deprehendat; tamen niſi Divinæ Literæ prælucerent, nemini jam conſtare poſſet, iſtam affectuum rebellionem per culpam primi hominis proveniſſe.

XI. Ideoque jus nat. deduci nequit ex ſtatu integritatis, cui nec

Et conſequenter cum Jus Naturale ad ea non abeat, quo ratio pertingere nequit, incongruum foret, idem ex natura hominis integra velle deducere. Præſertim cum & pleraque præcepta ipſius Decalogi, prout verbis negativis concepta ſunt, naturam hominis corruptam manife-

¶ 5 eſt

§. X. (*i*) Jam tunc vix edito Opere majore male audiebat auctor propter hanc doctrinam, & acerbius poſtea ab Alberto, Seckendorfio & Strimeſio per annos quatuordecim agitatus eſt, quaſi multum detraxerit dignitati juris naturæ, quod ejus præcepta ex ſtatu integro non petiit, & deinde ad ſtatum corruptum applicavit. Sed fruſtra! Niſi enim vitiatus eſſet hominis animus, non indigeret hac lege, ſed ipſe ſibi lex eſſet: neque in lege naturali ſola natura humana loquitur, ſed loquuntur & cœli, ut David ait. Vid Pufend. Commentatio ſuper invenuſto Veneris Lipſicæ pullo, in *Eride Scandica pag.* 354.

præcepta quævis decalogi congruunt.

ſte præſupponant. Sic v. g. PRIMUM PRÆCEPTUM utique præſupponere videtur hominem ad idololatriam & πολυθεότητα credendam proclivem. Si enim ponas hominem, integra adhuc natura præditum, in quo liquida Dei erat cognitio, & qui ſubinde velut familiari ejus revelatione fruebatur: non video, quomodo tali in mentem venire potuerit, aliquid ſibi fingere, quod loco veri Dei aut cum eo colere vellet, aut credere in eo Numen ineſſe, quod ipſe finxerat. Igitur huic opus non erat verbis negativis injungi, *Ne deos alienos coleret*; ſed ſufficiebat eidem ſimplex & affirmativum præceptum; *Diliges*, *honorabis*, *et coles Deum*, quem univerſi hujus, & tuum quoque creatorem noſti. Idem circa SECUNDUM PRÆCEPTUM obtinet. Nam quare negativo præcepto vetaretur Deum blaſphemare, qui liquido ipſius majeſtatem & beneficia intelligebat, & quem nullæ pravæ cupidines agitabant, cujuſque animus ſtatu ſibi à Deo aſſignato placide adquieſcebat? Quomodo hunc tanta inſania ſubire poterat? Quin hic affirmativo tantum præcepto monendus erat, ut nomen Dei glorificaret. Aliter tamen dicendum videtur de Tertio, ut & Quarto præcepto, quæ cum affirmativa ſint, neque neceſſario corruptam naturam præſupponant, in utroque ſtatu locum invenire poſſunt. Sed circa reliqua præcepta, proximum ſpectantia, res æque eſt manifeſtiſſima. Homini enim, qualis initio à Deo conditus erat, ſufficiebat ſimpliciter injunxiſſe, ut proximum ſuum diligeret; ad quod & natura proclivis erat. Aſt quomodo eidem poterat præcipi, *ne occideret*, quando nondum mors cadebat in hominem,

quæ

Digitized by Google

quæ per peccatum in mundum introivit? Verum nunc negativo præcepto quam maxime opus eſt, ubi pro dilectione tanta odia inter homines graſſantur, ut etiam magna eorum ſeges detur, qui ex mera invidia, aut libidine alterius fortunam invadendi alios, non innocentes ſolum, ſed & amicos, & de ipſis bene meritos ſubverſum ire non dubitent; & quidem ut horridum & inconſultum turbulenti animi impetum ſub conſcientiæ vocabulo, ſi diis placet, venditare non erubeſcant. Sic quid opus erat expreſſe *adulteria* vetare inter eos conjuges, qui tam ardenti & ſincero amore ſeſe amplecterentur? Aut quid *furta* vetare intererat, dum nulla adhuc avaritia, nulla penuria foret, & nemo quid ſibi proprium putaret, quo alteri prodeſſe poſſet? Aut quid neceſſum erat *falſa teſtimonia* interdicere, cum nondum exiſterent, qui exinde famam ſibi atque gloriam aucuparentur, ſi alterum fœda atque inficeta calumnia adſpergere poſſent? Sic ut non inepte huc adplicaveris illud TACITI: (k) *Vetuſtiſſimi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coercitionibus agebant: et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.*

Atque hæc ipſa probe intellecta viam pandere poſſunt ad amovendam eam dubitationem: *Num* igitur *Lex nat. diverſa fuerit in ſtatu naturæ* XII. 1. Jus naturæ idem eſt in ſtatu integrita-

§. XI. (k) *Lib.* 11. *Annal. cap.* 26. Huc etiam pertinet quicquid de regno Saturni fabuloſa prodidit antiquitas, ex Adami hiſtoria derivatum. Ovidius *lib.* 1. *Metam.* verſ. 89.

*Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,*
*Sponte ſua, ſine lege fidem rectumque colebat.*
*Pœna metusque aberant, nec verba minacia fixo*
*Ære legebantur,*

ris & lapſus quoad ſumma legis capita *turæ integræ, an vero eadem?* Ubi paucis reſpon-deri poteſt, SUMMA LEGIS CAPITA in utroque ſtatu eſſe eadem; ſed multa præcepta particularia, propter diverſitatem conditionis humanæ, variare; ſeu potius, eandem ſummam Legis per diverſa, (non tamen contraria) præcepta ſeſe explicare, prout diverſo ſeſe modo habuit homo, cui illa Lex obſervanda. Summam Legis Salvator noſter ad duo capita redegit: *Dilige Deum*, & *Dilige proximum.* Ad hæc capita referri poteſt univerſa Lex Naturalis, tam in integro, quam in corrupto ſtatu hominum; (niſi quod in ſtatu integro nullum aut modicum videatur diſcrimen fuiſſe inter Jus Naturale, & Theologiam Moralem.) Nam & ſocialitas, quam nos pro fundamento Juri Naturali ſubſtravimus, commode in dilectionem proximi reſolvi poteſt.

2. non quoad præcepta particularia etiam affirmativa. Sed quando ad PRÆCEPTA PARTICULARIA deſcenditur, ſane diſcrimen non leve emergit tam circa præcepta affirmativa, quam negativa. Et quidem AFFIRMATIVA præcepta quod attinet, eorum non pauca jam in iſthoc ſtatu dantur, quibus in primævo ſtatu locus non fuiſſe videtur: idque partim quia illa præſupponunt tale inſtitutum, quod an in feliciſſimam hominum conditionem cadat, non conſtat; partim quia ſine miſeria & morte, quæ ab illo ſtatu exulabat, non intelliguntur. V. G. Jam inter præcepta Legis Naturalis eſt: *Ne quis alterum in emtione venditione decipiat, ne falſa ulna, menſura, aut pondere utatur, ut pecuniam creditam convento tempore reſtituat.* Aſt illud nondum ad liquidum eſt perductum, an ſi peccati expers genus humanum perſtitiſſet, ejuſmodi commer-

cia,

Digitized by Google

cia, qualia uunc agitantur, exercenda fuerint, & an aliquis uſus pecuniæ tunc futurus fuerit. Sic ſi tales civitates, quales nunc ſunt, in ſtatu innocentiæ locum non habuerunt; locus quoque ibidem non fuit præceptis, quæ id genus civitatum, iisque contentum imperium præſupponunt. Jam quoque Jure Naturali jubemur *ſuccurere egenis*, *ſubvenire iniqua calamitate oppreſſis*, *curam habere viduarum*, *orphanorumque*. Atqui hæc fruſtra præcipiuntur iis, qni miſeriæ, egeſtati, mortique non ſunt obnoxii. *Ad condonandas injurias*, *pacemque conciliandam pronos eſſe* nos jam jubet Lex Naturalis. Quæ fruſtranea eſt inter eos, qui in leges ſocialitatis non peccant.

XIII. Præcepta negativa ſtatus corrupti exulant â ſtatu integritatis.

Atque id ipſum manifeſte quoque perſpicitur in PRÆCEPTIS NEGATIVIS, ad Jus jam Naturale (non poſitivum) ſpectantibus. Etſi enim quodvis præceptum affirmativum virtualiter contineat interdictum oppoſiti; (v. g. qui jubetur diligere proximum, eo ipſo vetatur inferre illi omnia, quæ dilectioni repugnant:) tamen ut expreſſis præceptis illa ſanciantur, ſuperfluum videtur, ubi nullæ pravæ cupidines ad talia patranda propellunt. Ad quod illuſtrandum accommodari poteſt, quod Solon parricidarum pœnam lege publica ſancire noluit, (*l*) quod tantum ſcelus in aliquem filium cadere non arbitraretur. Cui ſimile eſt, quod FRANC. LOPEZ DE GOMARA, *Hiſt. gen. Ind. Occident.* Cap. 207. refert de populis Nicaraguæ, apud illos nullam fuiſſe ſtatutam pœnam in eum, qui Regulum (CACIQUE ipſi vocant) occidiſſet; quod

§. XIII. (*l*) Auctore Diogene Laert. in vita Solonis *lib.* 1. *n.* 59. & Cicerone *pro Roſcio Amerino cap.* 25.

quod nullus, ajebant, ſit ſubditus, qui excogitare aut patrare tam dirum facinus velit.

XIV. Illuſtratio hujus diſcriminis à comparatione duorum diſparium diſcipulorum.

Vereor ne putidum videatur iſthæc tam aperta pluribus inculcare. Ad tironum tamen captum hoc exempli addam. Sunt alicujus informationi commiſſi duo pueri, ſed diſpari plane indole. Unus modeſtus eſt, verecunduſque & magno literarum amore flagrans. Alter diſſolutus, petulans, fœdas potius libidines, quam libros amat. Summa officii utrique eadem, literas addiſcere. Sed peculiaria præcepta diſparia. Priori enim ſufficit injunxiſſe, quæ ſtudia, quo tempore, quave ratione tractare debeat. Alteri præter hæc acerrima ſub comminatione vetandum, ne circumcurſitet, ne alea ludat, ne libros vendat, ne in exercitiis componendis alieno vitulo aret, ne pergræcetur, ne ſcorta conſectetur. Eadem ſi quis prioris indolis puero operoſe declamare inſtituat, hic εὐφημεῖν ipſum jubebit, & cuivis potius quam ſibi, iſta canere, qui talium nulla cupidine tangatur.

XV. Concluſio ad obtrectatores.

Ex quo manifeſtum arbitror eſſe, longe aliam fore Juris Naturalis faciem, ſi quis ſtatum hominis integrum velit præſupponere. Simulque, cum tam liquido limites hujus Diſciplinæ, quibus à Theologia Morali ſejungitur, deſignati ſint; non deteriore hancce diſciplinam conditione futuram, quam Jurisprudentiam Civilem, Medicinam, Scientiam Naturalem aut Matheſin; in quas ſi aliquis ἀμύητος irrumpere audeat, ſine populi ſuffragiis cenſuram ſibi vindicans, non dubitant ipſi occinere, quod quondam Apelles Megabyzo, de arte pictoria neſcio quod diſſerere aggredienti: *quæſo*

*ajebat,*

Digitized by Google

*ajebat*, *tace*, *ne pueri*, *qui melidem terunt*, *te irrideant*, *loqui orſum de rebus*, *quas non didiciſti* (*m*) Sed cum bonis quidem cordatisque viris facile nobis conveniet. Malevolos autem, ineruditosque obtrectatores ſatius fuerit invidiæ ſuæ excruciandos commendare; ſiquidem utique conſtat, æterna poſitumque lege eſt, ut Æthiops cutem non mutet.

§. XV. (*m*) Vid. Ælian. *lib.* II. *var. hiſt. cap.* 2. ibique Cl. Perizon. in notis.

# ELENCHUS CAPITUM

## LIBRI PRIMI.

I. De actione humana. Pag. 1
II. De norma actionum humanarum, ſeu de Lege in genere. 32
III. De Lege Naturali. 50
IV. De Officio Hominis erga Deum, ſeu de Religione Naturali. 65
V. De Officio Hominis erga ſeipſum. 79
VI. De Officio quorumlibet erga quoslibet, & primo, de non lædendis aliis. 117
VII. De agnoſcenda Naturali hominum æqualitate. 131
VIII. De Promiſcuis Officiis humanitatis. 139
IX. De Officio paciſcentium in genere. 148
X. De Officio ſermocinantium. 175
XI. De Officio jurantium. 178
XII. De Officio circa acquirendum rerum dominium. 189
XIII. De Officiis, quæ ex dominio rerum per ſe reſultant. 216
XIV. De pretio. 224
XV. De contractibus, qui pretia rerum præſupponunt, & fluentibus inde officiis. 237
XVI. Quibus modis ſolvantur obligationes, quæ ex pactis oriuntur. 265
XVII. De interpretatione. 272



Digitized by Google

## ELENCHUS CAPITUM.

### LIBRI SECUNDI.


| | | |
|---|---|---|
| I. | *De ſtatu hominum naturali.* | 287 |
| II. | *De Officiis conjugalibus.* | 300 |
| III. | *De Officiis parentum & liberorum.* | 315 |
| IV. | *De Officiis dominorum & ſervorum.* | 329 |
| V. | *De cauſa impulſiva conſtituendæ civitatis.* | 337 |
| VI. | *De interna civitatum ſtructura.* | 345 |
| VII. | *De partibus ſummi imperii.* | 360 |
| VIII. | *De formis rerumpubl.* | 370 |
| IX. | *De affectionibus imperii civilis.* | 381 |
| X. | *De modis adquirendi imperium, inprimis monarchicum.* | 390 |
| XI. | *De Officio ſummorum imperantium.* | 401 |
| XII. | *De legibus civilibus in ſpecie.* | 412 |
| XIII. | *De jure vitæ & necis.* | 421 |
| XIV. | *De exiſtimatione.* | 435 |
| XV. | *De poteſtate ſummi imperii in bona civitate contenta.* | 444 |
| XVI. | *De bello & pace.* | 450 |
| XVII. | *De Fœderibus.* | 465 |
| XVIII. | *De Officiis civium.* | 471 |


SA-

Digitized by Google

# SAMUELIS PUFENDORFII

## DE

# *Officio Hominis & Civis.*

## LIBER PRIMUS.

### CAP. I.

### *De Actione Humana.*

SUMMARIA.

I. *Officium eſt actio legibus attemperata.*
II. *humana,*
III. *i. e. ab intelligente & volente ſuſcepta.*
IV. *Intellectus in moralibus rectus eſt,*
V. *vocaturque conſcientia, quæ recta eſt, vel probabilis,*
VI. *vel dubia, quo caſu actio ſuſpendenda.*
VII. *Fallitur errore vincibili & invincibili*
VIII. *& ignorantia efficace vel concomitante, voluntaria vel involuntaria.*
IX. *Voluntas requirit ſpontaneitatem & libertatem.*
X. *quæ hominem ſuæ actionis auctorem reddunt.*
XI. *Fertur in bonum decorum, jucundum vel utile,*
XII. *pro peculiari cujuſque ingenii diſpoſitione,*
XIII. *conſuetudine frequentibus actionibus acquiſita;*

A XIV.

Digitized by Google

XIV. *motibus affectuum*
XV. *& morbis animi, velut ebrietate.*
XVI. *Actioni voluntariæ opponitur invita & mixta.*
XVII. *Imputationis fundamentum generale eſt intellectus & voluntas.*
XVIII. *Regulæ ſpeciales, utrum imputentur* 1. *actiones alterius,*
XIX. 2. *perfectiones vel imperfectiones cujuſque,*
XX. 3. *patrata ex ignorantia invincibili facti,*
XXI. 4. *vel errore juris,*
XXII. 5. *omiſſa ob deficientem occaſionem,*
XXIII. 6. *vel vires,*
XXIV. 7. *coacta,*
XXV. 8. *ceſſante uſu rationis peracta,*
XXVI. 6. *ſomnia.*
XXVII. *Cuinam imputentur actiones a pluribus ſimul ſuſceptæ?*

Conf. GROT. *d.* J. B. & P. L. 2. *c.* 11. §. 5. *ſeqq.*

I. Definitio officii.

OFFICIUM nobis heic vocatur actio hominis, pro ratione obligationis, ad præſcriptum legum recte attemperata. Ad quod intelligendum, neceſſarium eſt præmittere, tum de natura Actionis humanæ, tum de Legibus in univerſum.

Per

§. I. Officium ab efficiendo, quaſi efficium, eſt id, quod quemque facere decet; vel eſt actio, ad quam lege obligamur. Sub voce actionis comprehenditur omiſſio: *omnia* enim *quæ præſtanda ſunt, ac vitanda, formula humani officii includit*, ait Seneca *Epiſt.* 95. Vox illa Stoicis valde familiaris, quorum non unus *περὶ καθηκόντων* ſcripſit, quos Cicero imitatus, *de officiis*, quam de officio librum ſuum inſcribere maluit. Lactantius *officiales libros* appellavit *lib.* VI. *c.* XI. Latius vero illi officium accipiebant, pro omnibus, quæ ratione fiunt, & rationabili naturæ conveniunt. Auctor ſtrictius; ut tamen non ea tantum, quæ juris, ſed etiam quæ virtutis ſunt, comprehendat. Vid *lib.* I. *cap.* 5. & 8.

Digitized by Google

Per HUMANAM ACTIONEM intelligimus non quemvis motum, a facultatibus hominis procedentem; ſed illum duntaxat, qui provenit ac dirigitur ab iis facultatibus, quæ humano generi præ brutis Creator O. M. attribuit, nempe qui velut prælucente INTELLECTU, ac decernente VOLUNTATE ſuſcipitur. II. Actio humana quid?

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 1, 2.

Datum quippe eſt homini, (*quoad intellectum*) ut non ſolum varias res, quæ in hoc univerſo oc- III. Intellectus & voluntas actionum humanarum principia.



§. II. Duæ hujus capitis ſunt partes; prior principia actionum humanarum, altera earum imputationem exponit, à §. 17. ad finem. Solæ autem actiones hominum voluntariæ & *morales*, quas fieri, vel non fieri, eſt penes agentem, officiorum ſubjectum conſtituunt: *naturales*, quæ ſolo impulſu naturæ fiunt, non magis, quam actiones brutorum, vituperium habent vel laudem. Sic vegetatio corporis non eſt in noſtra poteſtate. *Quis poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?* Matth. VI. verſ. 27. v. infra §. 19.

§. III. Principium & regimen actionum humanarum eſt animus rationalis, ſeu totum illud in homine, quod non eſt corpus. Hujus variæ ſunt facultates, quæ vulgo ad duas potiores referuntur, ad Intellectum & Voluntatem. Ille perficitur cognitione veri; hæc fruitione boni. Illius eſt ſuadere, hujus jubere. Utramque Auctor generaliter deſcribit, ut tamen ſub priore *Judicium* comprehendat. Alii id referunt ad voluntatem: alii ſeparant ab utroque; ſed, lite de vocabulo aliis relicta, intellectum definio, quod ſit facultas animi, qua res ſibi objectas comprehendit & dijudicat. Veteres ſane non bipertitam, neque tripertitam animam hominis fecerunt, ſed ſingularem & unicam, quæ in varias facultates divideretur. Sicut iidem pedes habent potentiam ſtandi, eundi & ſaltandi; ſic eadem mens, quæ rem percipit & cognoſcit, perpendit & ruminat, quod invenit, ideas inter ſe connectit, & differentias ratiocinationum inveſtigat, adeo ut momentum illius conjunctionis vix queat diſcerni. V. Scalig. *Exercit.* 307. §. 15. & ſeqq.

Digitized by Google

occurrunt, poſſit cognoſcere, eas inter ſe conferre, & harum occaſione novas ſibi notiones formare: ſed ut etiam poſſit proſpicere, quid acturus ſit, ac ad id exſequendum ſeſe movere, idemque ad certam normam, certumque finem conformare, & quid inde proventurum ſit, colligere; quin & quæ peracta jam ſunt, an ad regulam congruant, judicare. Sed nec (*quoad voluntatem*) omnes hominis facultates ſeſe perpetuo, aut modo uniformi movent: verum aliquæ iſtarum intrinſeco hominis impulſu excitantur, excitatæque temperantur, & diriguntur. Denique nec in omnia objecta promiſcue homo fertur, ſed quædam adpetit, quædam averſatur. Sæpe quoque licet objectum agendi adſit, motum ſuſpendit; & pluribus objectis præſentibus unum eligit, cætera reſpuit.

*J. N. & G. l.* I. *c.* I. §. 2. *& c.* 3. §. I.

IV. Intellectus hominis in moralibus naturaliter rectus eſt.

Circa facultatem ergo comprehendendi & dijudicandi res, quæ Intellectus vocabulo venit, id ante omnia pro certo habendum eſt; cuilibet homini, matura ætate & mente integra, tantum ſupereſſe naturalis velut luminis, ut adhibita cultura, ac debita meditatione, poſſit recte

§. IV. Vigor intellectus per lapſum protoplaſtarum vehementer eſt imminutus: quod ſi autem homo, præjudiciis vacuus, animum recte advertat, generalia & pauca juris naturalis præcepta facile intelligit, ferme ad modum eorum, quæ ſenſibus percipimus. Seneca *lib.* VII. *de benef. c.* I. *Natura quicquid nos meliores beatosque facit, aut in aperto, aut in proximo locavit.* Perſius *ſat.* V. verſ. 98.

*Publica lex hominum, Naturaque continet hoc fas,*
*Ut teneat vetitos inſcitia debilis actus.*

recte comprehendere, ſaltem generalia illa præcepta & principia, quæ ad vitam hancce honeſte & tranquille exigendam faciunt; ſimulque judicare, iſta utique indoli humanæ congruere. Hoc enim niſi ſaltem intra ſphæram fori humani admittatur, quibusvis ſuis delictis homines ignorantiam invincibilem obtendere poſſent: cum nemo in foro humano argui poſſit violaſſe regulam, quam capere ſupra ipſius vires eſt.

*J. N. & G. l. 1. c. 3. §. 3.*

V. Conſcientia recta, & probabilis.

Intellectus hominis, quando de eo, quod agendum vel omittendum eſt, recte informatus



§. V. Mens noſtra de actionibus aliorum fert judicium, propriarum vero ipſa ſibi eſt conſcia, cogitationibus ſeſe mutuo accuſantibus, aut etiam defendentibus. Conſcientia illa eſt perceptio, ſyllogismus & cenſura eorum, quæ quisque cogitavit, fecit, & omiſit, comparando illa cum idea, quam de lege habet. Hinc forum conſcientiæ internum coram Deo, cordium ſcrutatore, exſurgit, quod clamat, judicem fore, qui cuique pro factis præmia aut pœnas decernat. Unusquisque, ratione præditus & cognitione legum imbutus, in hac interiore domo, nolens volensque ſe ipſum damnat vel abſolvit, etſi ea, quæ patravit, mortalium ſciat nemo. Sap. XVII. verſ. 11. Rom. II. verſ. 15. 1. Johann. III. verſ. 21. Juvenalis Sat. XIII. verſ. 2.

*Prima hac eſt ultio, quod ſe*
*Judice, nemo nocens abſolvitur, improba quamvis*
*Gratia fallaci Prætoris vicerit urna.*

Diviſio Conſcientiæ in *rectam & probabilem*, a vulgo eſt petita, & pleriſque diſplicet. Accuratius (1 reſpectu normæ eſt vel *recta*, vel *erronea*: illa principiis veris nititur, hæc falſis. (2 a modo aſſentiendi eſt *certa*, vel *probabilis*: illa ſapientes de rectitudine ſuarum actionum liquido perſuadet; hanc vero vilis plebecula ab exemplis vel auctoritate ſumit. (3 ratione objecti, *antecedens* actionem ſuſcipi præcipit vel vetat, *conſequens* vero peracto crimine ſentitur.

tus fuerit, & quidem ita, ut ſententiæ ſuæ certas & indubias rationes norit reddere, ſolet vocari Conscientia Recta. Sed ubi quis veram quidem ſententiam circa agenda vel omittenda fovet, quam tamen ipſe per rationes demonſtrare nequeat, ſed eandem ex vitæ civilis tenore; ex aſſuetudine, aut ſuperiorum auctoritate hauſerit, neque tamen ipſi ſuppetat ratio, quæ contrarium magis perſuadeat, ſolet vocari Conscientia Probabilis. Qua maxima pars mortalium regitur: quippe cum paucis rerum cognoſcere cauſas conceſſum ſit.

*dict. c.* 3. §. 4--7.

VI. Conſcien-tia dubia, Solet tamen quibuſdam non raro evenire, circa caſus potiſſimum ſingulares, ut ex utraque parte

§. VI. Conſcientia (4 eſt *decidens*, *dubia*, vel *ſcrupuloſa*. *Decidens* de actionis moralitate affirmat vel negat. *Dubia* fluctuat inter erroneam & rectam, neutrique adhæret. *Scrupuloſa* alteri parti aſſentit, ſed inanibus ſcrupulis alterius partis vexatur. Sunt quidam Theologi, qui conſcientiam dubiam non agnoſcunt; & fateor, talem non eſſe, quamdiu, judicio ſuſpenſo, relatio actionis ad normam legis non eſt inſtituta. At ſi quis in re gravi, non exploratis ſapientum conſiliis, ad executionem feſtinat, & v. gr. fratris defuncti viduam ducit, is dubiis poſtea implicari poteſt, non facile ſuperandis, ut ex Henrici VIII. hiſtoria conſtat. Regulam Auctoris illuſtrat Cicero *lib.* 1. *de Offic. cap.* 9. & Plinius *lib.* 1. *Epiſt.* 18. ubi illud cautiſſimi cujusque præceptum vocat: *Quod dubitas, ne feceris.* Optime Paulus Rom. XIV. verſ. 23. *Qui dubitat, ſi ederit, condemnatus eſt, quoniam non edit ex fide: quicquid vero ex fide non eſt peccatum eſt.* ubi fides eſt aſſenſus conſcientiæ, vel perſuaſio, qua quis credit, licitum eſſe, quod agit, vid. Grotius *lib.* 11. *de J. B. & P. cap.* 23. §. 2. Alias regulas in conſcientia probabili vel erronea obſervandas dedit Auctor *Op. maj. lib.* 1. *cap.* 3. §. 6. 13, & 14. ut et Saurin, Baſnage, et ceteri de conſcientia ſcriptores.

Digitized by Google

parte ſeſe offerant rationes; nec illi ita polleant judicio, ut, utræ præponderent, liquido diſcernere queant. Id quod vocari ſuevit Conscientia Dubia. De qua hæc eſt regula: Quamdiu in ancipiti hæret judicium, bonum quid ſit, an malum, actio erit ſuſpendenda. Nam nondum diſcuſſa dubitatione ad agendum ſeſe determinare, propoſitum peccandi, aut ſaltem neglectum legis involvit. *propter quam actio ſuſpendenda.*

J. N. & G. *l.* I. *c.* 3. §. 8.

VII. *Error vincibilis & invincibilis, quis & in quibus:*

Sæpe etiam intellectus hominis pro vero falſum adprehendit: & tunc in Errore verſari dicitur. Qui error Vincibilis ſolet appellari, quando quis adhibita attentione & diligentia debita cavere poterat, ne in eum incideret. Invincibilis autem, quando quis etiam adhibita omni diligentia, quam vitæ communis ra-



§. VII. Intellectus noſter, quia finitus eſt, errore vel ignorantia aliquando impeditur, dum vel cognitionem pravam pro vera habemus, vel nulla cognitione ſumus imbuti. In ſcholis vero Juriſconſultorum hæc duo coincidunt, quia ex veræ cognitionis abſentia error naſcitur. Vid Joh. à Felden *Scient. interpr. p.* 2. *lib.* 3. *pag.* 977. Error *vincibilis* eſt, vel *invincibilis*, uterque *juris* vel *facti*. Nota (1) Error circa præcepta juris naturalis communia, in hominibus integræ mentis & ætatis, eſt vincibilis, nec ulla ruſticitati venia præbetur *l.* 2. *C. de in jus voc.* (2) Error juris civilis vincibilis erat apud Romanos, qui juris ignorantes pro ſtultis habebant *l.* 9. §. 5. *D. l. pen. C. de juris & facti ign.* (3 Error facti alieni regulariter eſt invincibilis; quia infinitorum non datur ſcientia, & facti interpretatio homines, etiam prudentiſſimos, fallit, *l.* 2. *D. eod. l. fin. D. pro ſuo* (4 Error facti proprii vix excuſari poteſt; quia hominis eſt valde ſupini, immo ſtulti & ad culpam ignavi. *l. fin. C. de Hered. inſt.* De ceteris infra *cap.* IX. §. 12.

tio fert, iſtum evitare non poterat. Qualis error tamen ſaltem inter eos, queis rationis lumen excolere, & vitam ad honeſtatem componere cordi eſt, non circa communia vivendi præcepta, ſed duntaxat circa ſingularia negotia incidere ſuevit. Nam & naturalis juris præcepta generalia plana ſunt: & qui leges poſitivas fert, id ante omnia agere ſolet & debet, ut illæ ſubjectis innoteſcant. Unde citra ſupinam negligentiam heic error non naſcitur. Sed in ſingularibus negotiis facile eſt, ut error invito & præter culpam obrepat circa objectum, aliasque actionis circumſtantias.

*dict. c.* 3. §. 8, 9.

VIII. *Ignorantia efficax & concomitans, voluntaria & involuntaria.* Ubi vero ſimpliciter cognitio abeſt, vocatur Ignorantia. Quæ duplici modo conſideratur; uno, prout ad actionem aliquid confert, altero, prout invito, aut non citra culpam oborta fuit. Priori reſpectu ignorantia ſolet dividi in Efficacem & Concomitantem. Illa eſt, quæ ſi abfuiſſet, præſens actio non fuiſſet ſuſcepta. Hæc eſt, quæ licet abfuiſſet, ni-

§. VIII. Efficax ignorantia, vel ut alii malunt, *eſſentialis*, eſt defectus ejus cognitionis, qua præſente actio non fuisſet ſuſcepta; ut in Abimelecho Gen. xx. *v.* 4. & patre, teſtamentum mutante, apud Ciceronem *lib.* 1. *de Orat. cap.* 38. Concomitans, ſeu *accidentalis* eſt, ſi quis nihilominus id facturus erat, etiamſi noviſſet, quod ignoravit. v. gr. ſi quis fortuito hoſtem occidit, quem nihilo ſecius erat occiſurus. Sic plerumque actio redhibitoria, ob ignorantiam eſſentialem, quanto minoris, ob accidentalem inſtituitur *l.* 1. §. 1. *l* 38. *D. de Ædil. Ed.* Poſterior diviſio ignorantiæ, ab origine petita, in voluntariam & involuntariam, non differt a diviſione erroris propoſita §. *præced.*

Digitized by Google

nihilominus actio ſuſcepta fuiſſet. Poſteriori reſpectu ignorantia eſt VOLUNTARIA, vel INVOLUNTARIA. Illa eſt, quam quis vel ultro affectavit, rejectis veri cognoſcendi mediis, aut debita diligentia non abhibita obrepere ſibi paſſus eſt. Hæc eſt, quando quis ignorat, quæ nec ſcire poterat, nec tenebatur. Et hæc iterum DUPLEX eſt. Vel enim quis in præſens quidem ignorantiam exuere non potuit, ut tamen in culpa ſit, quare in tali ſtatu verſetur. Vel non ſolum in præſens ignorantiam vincere nequit, ſed & in culpa non eſt, quare ad talem conditionem ſit devolutus.

*J. N. & G. l. 1. c. 3. §. 10.*

IX. Voluntaria actio ſpontanea eſt & libera ratione finis & mediorum.

Altera facultas, quæ in homine præ brutis peculiariter cernitur, VOLUNTAS vocatur; per quam, velut intrinſeco impulſu, ad agendum ſeſe homo movet, & eligit, quod ſibi maxime arridet; averſatur, quod ſibi non convenire vi-



§. IX. Voluntatis maxime habenda eſt ratio, quia non ſolum movet intellectum, ſed etiam, velut imperio, dirigit actiones noſtras, & eſt fundamentum imputationis. Definiri poteſt appetitus rationalis, per quem cognita ab intellectu, ſub ratione boni vel mali, proſequimur. Primaria ejus affectio eſt Libertas, quæ ſpontaneitatem comprehendit, ut ex collatione definitionum Titius hic docuit. Libertatis natura in eo ſita eſt, quod quis ex ſe ſuaque natura vim habet agendi vel non agendi, prout agere vult, quodque poſſit aliter velle, vel ſuſpendere voluntatem, aliove eam deflectere, quam ratio monſtrarat. Ejus characteres primarii vulgo ſtatuuntur, remotio impedimentorum & indifferentia ad bonum & malum. Sed abſolutam indifferentiam nec requiri nec adeſſe, ex ratione, experientia, & Dei in homines imperio refellit Cl. Carmichael ad *h*. §. & §. 17.

detur. Habet igitur homo à voluntate, tum quod Sponte agat, id eſt, ut non per intrinſecam aliquam neceſſitatem ad agendum determinetur, ſed actionis ſuæ ipſe auctor ſit: tum ut Libere agat, i. e. ut uno objecto propoſito poſſit agere vel non agere, idemque eligere vel reſpuere; aut pluribus objectis propoſitis unum eligere, cætera reſpuere. Porro cum actionum humanarum quædam propter ſe ſuſcipiantur, quædam quatenus ad aliud conſequendum inſerviunt, i. e. cum quædam rationem Finis, quædam Mediorum habeant; circa finem quidem ita voluntas verſatur, ut eum cognitum primo adprobet, dein ad eundem conſequendum efficaciter ſeſe moveat, & velut ad eum tendat, vehementius aut remiſſius; eoque obtento adquieſcat, placideque fruatur. Media autem primo probantur, tum quæ maxime idonea fuerint viſa, eliguntur, ac demum uſui adplicantur.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 4. §. 13.

X. Homo actionis — Quemadmodum autem hoc maxime nomine homo

§. X. Fortius iterum urget αὐτεξούσιον & liberum arbitrium, in actionibus noſtris, quod Paulus *poteſtatem ſuæ voluntatis* vocat. I. Cor. VII. vſ. 37. tum quia alias ſequeretur, id quod elegimus, non potuiſſe non a nobis eligi, nec legibus, pœnis & pœnitentiæ eſſe locum: tum quia hominis perfectio in eo conſiſtit, quod habet libertatem, cum aliis ſubſtantiis ſpiritualibus communem: tum quia alias Deus omnium ſcelerum fieret cauſa; quam ſententiam in Rep. non tolerandam eſſe, Plato ſancivit: tum denique, quia Hobbeſius, Spinoſa, & alii magis tecte, voluntati, tanquam facultati neceſſariæ, libertatem negarunt, adverſus quos Judæorum & Græcorum philoſophia conſpirat, Lockius item *de intell. hum. lib.* II. *cap.* 21. ut et Leibnit. *in Eſſais de Theodicée*

homo actionum ſuarum auctor habetur, quia ipſe voluntario eas ſuſcepit, ita circa voluntatem id cumprimis obſervandum, ejus ſpontaneitatem utique aſſerendam eſſe ſaltem circa illas actiones, de quibus ab homine in foro humano ratio ſolet exigi. Ubi autem homini nihil plane ſpontaneitatis relinquitur, ibi non ipſe homo, ſed qui eidem neceſſitatem adfert, auctor habebitur actionis, ad quam homo invitus membra viresque ſuas accommodat. voluntariæ autem auctor.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 5.

XI. Voluntas fertur in

Porro quanquam voluntas bonum in genere ſem-

inſigni judicio pugnarunt. Diſtinctio Auctoris, inter forum divinum & humanum, omnino neceſſaria eſt: nam bonorum alia naturæ ſunt, alia ſupra naturam. In illis eligendis homo eſt liber, in his vero gratia Spiritus S. opus eſt, ſive intellectum attendas, ſive voluntatem. vid. 2 Sam. XXIV. vſ. 12. Johann. XV. vſ. 5. Philipp. II. vſ. 13.

§. XI. Poterat opponi, ſi homines natura in id, quod bonum eſt, feruntur, & malum neceſſario averſantur, ergo voluntas non eſt libera. Sed illa appetitio vel averſio, voluntatem inclinat, non cogit, nec tantam injicit neceſſitatem, quin in alteram partem eluctari queat. Præterea licet voluntas generaliter objecti faciem bonam ſequatur, ſi tamen electio particularium inſtituenda eſt, non idem omnibus ſedet, ſed plerique pro Junone nebulam, pro bono vero, apparens amplectuntur, propter tres cauſas: (1) ob mixturam boni & mali; ſicut ægri appetitu ſenſitivo pharmacum reſpuunt amarum, quod amor ſanitatis ebibi dictat. (2) Propter diverſam repræſentationem objectorum, & involucra vitiorum, ſub nominibus ſpecioſis *decori*, *jucundi* & *utilis*. Hæc enim faciunt, ut ambitioſus honores, voluptuoſus libidinem, & avarus divitias pro bono habeat, iiſque obtentis, ſub pallio virtutis, pietatis & religionis ſuperbiat. (3) ob ſingulo-

rum

Digitized by Google

bonum, ſed diverſimode. ſemper adpetat, & malum in genere averſetur: magna tamen inter ſingulos homines tum adpetituum tum actionum cernitur varietas. Idque inde provenit, quod non omnia bona & mala homini velut pura adpareant, ſed invicem mixta, bona malis, mala bonis. Et quia diverſa objecta diverſas velut partes in homine peculiariter afficiunt, v. g. quædam æſtimationem illam, quam homo de ſeipſo habet, quædam ſenſus ejus exteriores, quædam amorem ſui, quo ſeipſum conſervare ſtudet: inde eſt, quod illa quidem homo adprehendat tanquam Decora, iſta tanquam Jucunda, hæc tanquam Utilia. Et prout quodque horum validum motum homini impreſſit, ita eundem quoque verſus ſe peculiariter propendere facit. Cui accedit in pleriſque hominibus ad certa quædam peculiaris inclinatio, aut a certis averſatio. Hinc fit, ut circa quamlibet fere actionem ſeſe ſimul offerant ſpecies bonorum & malorum, verorum aut adparentium, ad quas ſolide diſcernendas aliis major, aliis minor eſt perſpicacia. Inde mirum non eſt, unum ad id ferri, à quo alter maxime abhorret.

*J. N. & G. l. 1. c. 4. §. 4.*

XII. Voluntas inclinatur Sed nec ſemper voluntas hominis circa quamlibet

rum peculiares inclinationes & judiciorum varietates, ac ſtudiorum millia, propter quæ homines, velut glaucomate oculis objecto, non attendunt ad id, quod naturæ per ſe congruit, ſuamque vitam, ſanitatem, prudentiam, exiſtimationem & conſcientiæ tranquillitatem promovet, in quibus verum bonum conſiſtit.

§. XII. Æquilibrium tollunt corruptio univerſalis, tem-

libet actionem velut in æquilibrio poſita deprehenditur, ſic ut inclinatio in hanc aut illam partem unice ab impulſu ejuſdem intrinſeco poſt mature perpenſa omnia proveniat: ſed frequentiſſime per extrinſeca velut momenta verſus unam magis quam alteram partem homo propellitur. Ut enim prætereamus communem illam mortalium in prava proclivitatem, cujus originem atque indolem alterius fori eſt excutere; primo voluntati ſingularem quandam vergentiam conciliat PECULIARIS INGENII DI- diverſa ingenii diſpoſitione.

temperamentum, conſuetudo, affectus, & ebrietas, de quibus nunc ſingillatim. Conditionem ſtatus integri lapſumque primævum ratio, ſibi relicta, ignorat: licet hominem, ut nunc eſt, a Deo non eſſe creatum, ſatis colligat, id quod vulgaris de Pandoræ pyxide fabula teſtatur. Primum vero appetitus ad verum bonum vel imaginarium tendunt, ob peculiarem animi propenſionem, quæ ex temperamento oritur. Non equidem cum Stoicis facimus, qui animam ſpiritum eſſe, alimentum ejus ſanguinem opinabantur. Ex arctiſſimo autem nexu, corporis concretio in animam tranſit, & mixtura elementorum morum varietates facit, non modo ſingulorum hominum, ſed & integrarum nationum. Seneca *de ira lib.* II. *cap.* 18. Livius *lib.* XLV. *c.* 23. Vitruv. *lib.* VI. *cap.* I. Juncto Ulpiano *in l.* 31. §. 21. *D. de Ædil. Edicto.* Horum temperamentorum infinitæ ſunt ſpecies, quæ ad tria genera *Cholericum, Melancholicum* & *Sanguineum* revocari ſolent. Hinc tres quaſi diverſæ exſiſtunt voluntates, quæ ex amore *perfectionis*, *durationis* vel *voluptatis*, ſub ſpecie *decori*, *utilis* & *jucundi*, ad tria vitia cardinalia, *ambitionem*, *avaritiam* & *libidinem* impelluntur. Horum unum in quovis fere homine prædominatur, & injuſti vel improbi cauſa eſt. Hinc Paulus libidinis mancipia, ait, ambulare *ſecundum carnem*, Rom. VIII. verſ. 1. & Cl. Vitr. *lib.* III. *Obſ. ſacr. cap.* 10. omnem pravam voluntatem ex corpore non arceſſendam, probat. Per tria illa, Eva in Paradiſo eſt lapſa; per eadem diabolus tentavit Chriſtum; conjunxit ea quoque Johannes I. Epiſt. II. verſ. 16. *Quicquid eſt in mundo, cupiditas carnis, libido oculorum & faſtus vitæ.*

Digitized by Google

dispoſitio, qua ad certum genus actionis aliqui valde proclives redduntur. Quæ non in ſingulis tantum hominibus, ſed & integris in nationibus deprehenditur. Eam autem producere videtur cœli nos ambientis, ſolique genius, humorum in corporibus temperatura, ex ipſo ſemine, ætate, victu, valetudine, ſtudiorum ratione, ſimilibusque cauſis proveniens; item conformatio organorum, queis animus ad functiones ſuas obeundas utitur, & ſimilia. Ubi notandum, præterquam quod homo adhibita cura temperamentum ſuum non parum retundere & alterare poſſit; quantacunque etiam vis eidem tribuatur, non tamen eousque illa valere judicanda eſt, ut hominem neceſſario in violationem legis naturalis rapiat, quousque hæc in foro humano exercetur; ubi pravæ cupidines, intra actum exteriorem ſubſiſtentes, non attenduntur. Adeoque ſi vel maxime natura recurrat, furca licet expulſa, (*a*) id tamen prohiberi poteſt, ne exteriores actiones vitioſas producat. Et quæ in ſuperanda ejusmodi inclinatione occurrit difficultas, illam ſplendor laudis penſat, quæ heic victorem manet. Quod ſi autem ejusmodi ſtimuli animum concutiant, quos nulla ratio, quo minus erumpant, reprimere poteſt; via tamen eſt, ut citra peccatum velut depleri queant.

(*a*) Horat. *lib.* 1. *Epiſt.* 10. *vſ.* 24.
*Naturam expellas furca, tamen uſque recurret,*
*Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.*

Vali-

J. N. & G. *l*, I. *c*. 4. §. 5.

Valde quoque in certas actiones voluntatem inclinat frequens ejuſdem generis actionum repetitio, ex qua enata proclivitas CONSUETUDO vocatur. Per hanc quippe efficitur, ut libenter & expedite actio aliqua ſuſcipiatur, ſic ut objecto præſente in id velut trahi animus videatur, aut idem abſens vehementiſſime deſideret. De qua id obſervandum: uti nulla videtur eſſe adſuetudo, quin eam adhibita diligentia iterum exuere poſſit homo; ita nulla quoque animum eousque detorquere valet ut non exterioribus ſaltem actibus, in quos illa rapitur, heic & nunc cohibendis par homo ſit. Et quia penes hominem fuit ejusmodi adſuetudinem contrahere, inde utut hæc actiones facilitet, tamen neque inde bonarum actionum pretio aliquid decedit, neque pravarum malitia redditur levior. Quin uti bona adſuetudo hominis laudem, ita prava ejusdem turpitudinem intendit.

XIII. Voluntas inclinatur conſuetudine ex frequenti actione;

Plu-

§. XIII. Secundum momentum extrinſecum, quo voluntas propellitur eſt Conſuetudo, quam Tullius *alteram naturam* vocat, *lib.* v. *de Fin. cap.* 25. quia in naturam fere abire videtur, & difficulter deponitur. Juvenalis *Sat.* XIII. verſ. 239.

*— ad mores Natura recurrit*
*Damnatos, fixa & mutari neſcia.*

At quia non tanta ejus vis eſt, ut tollat libertatem, merito agenti in laudem vel vituperium, ejusmodi actio imputatur: nam & ultro habitum illum aſſumſit, & ultro retinuit. Laudi nihil decedit, ſi actio bona, ex habitu virtutis, crebro exerceatur; at ſi v. gr. filius, ſine intentione ſervandi legem, parentum morem in dandis eleemoſynis, imitetur, pretio bonæ actionis non parum decedet.

Digitized by Google

*J. N. & G. l. 1. c. 4. §. 6.*

XIV. Voluntas inclinatur animi motibus ſeu affectibus.

Plurimum quoque intereſt, an placida tranquillitas animo conſtet; an vero idem peculiaribus motibus, quos Affectus vocant, concutiatur. Circa quos illud tenendum: quantumcunque vehementes iſti ſint, tamen debito rationis uſu hominem iisdem ſuperiorem eſſe poſſe, ipſorumque impetum ſaltem intra ultimum actum ſiſtere. Cum autem affectuum alii excitentur ſpecie boni, alii ſpecie mali, & ſtimulent, vel ad adquirendum aliquod gratum, vel declinandum moleſtum; naturæ humanæ congruens eſt, ut hos, quam illos plus favoris aut veniæ mortales inter comitetur, eoque magis,

§. XIV. Affectus porro irrationales, ſaltem ad momentum, voluntatem impellunt, ipſosque ſapientes, ni principiis obſtent, in transverſum agunt. Vocantur ita motus temperamenti corporei, verſus rem aliquam gratam vel inviſam excitati, qui ad bonum futurum tendunt. Cicero eos *perturbationes animi*, Carteſius *paſſiones* appellavit. Primarii eorum aliis ſunt ſpes & timor; aliis odium & amor, aliis rurſus ambitio, avaritia & voluptas; quæ reliquos ſecundarios velut liberos gignant. Omnes vero ſunt effectus opinionis, quam beſtiæ ignorant, quia ſola ὁρμῇ naturali moventur. Et licet primi motus evelli nequeant, regimen affectuum tamen voluntatis imperio, tanquam dominæ, ſubeſt, quamdiu mens rationem non adſpernatur. Ceterum Grotii hæc eſt obſervatio, *lib.* 11. *de J. B. & P. cap.* 20. §. 31. inter delicta per affectus excitata, illa minus odioſa eſſe, quæ ex ira, quam quæ ex voluptate proveniunt. Delectantia enim non tam acres addunt ſtimulos, & repentinos, quam quæ ſunt moleſta, facilius etiam differri, aut in alia perſona defleri poſſunt. Lepide autem tormenta amoris Plautus deſcripſit *Ciſtell. act.* 11. *ſc.* 1. vſ. 1. Ariſtides eum *mirabilem hominis tyrannum* vocat, ἐν Διονύσῳ. Aureum de ira, furoris minimi ſpecie, eſt monitum Horatii *lib.* 1. *Epiſt.* 2. verſ. 59.

giſ, quo infeſtius & intolerabilius fuerit malum, quod eos excitavit. Longe quippe tolerabilius habebitur carere bono, ad naturæ conſervationem non adeo neceſſario, quam excipere malum, ad naturæ deſtructionem tendens.

*dict. cap.* 4. §. 7.

Denique uti dantur certi MORBI, qui uſum rationis in perpetuum, aut ad tempus plane tollunt: ita multas apud nationes frequens eſt, homines ſibi ultro arceſſere morbi quoddam genus brevi tranſiens, uſum rationis non parum perturbans. Quo innuimus EBRIETATEM, ex certis potulentorum generibus, ac quibusdam fumis

XV. Voluntas morbis & ebrietate inclinatur.



§. XV. Quarto ſicut morbi quidam mentis ad omnia cœcitatem inducunt, ita ebrietas, ſi modica eſt, mentem inclinat, ſumma vero totum principium actionum humanarum tollit, & mentis exilium inducit. Ebrius enim, ob ſanguinis præcipitatum motum, agit abſque deliberatione, & contra œconomiæ animalis ordinem: imputatur autem ei actio, quia in culpa eſt, quod *voluntariam* hanc *inſaniam* contraxit, ut Seneca vocat *epiſt.* 83. Nimis etiam vile foret vinum, ſi ebrio impune quidvis facere liceret; nec vinum hominibus moderari, ſed vino homines debent, ait Plautus *Truc.* IV. *ſc.* 3. *vſ.* 57. Addenda hic eſt diſtinctio Ciceronis *lib.* IV. *Tuſcul. quæſt. cap.* 12. inter ebrium involuntarium, & ebrioſum voluntarium, quem Pittacus duplo luere voluit, apud Diog. Laërt. *lib.* I. *n.* 76. Inter *multas* autem *nationes*, quarum meminit auctor, quæ Baccho litant, Michael Montaigne *lib.* 2. *cap.* 2. Germanis principem locum dedit: *la plus groſſiere nation de celles, que ſont aujourdhui, c'eſt elle la ſeule, qui tient l'yvrognerie en credit.* Sed Plinii tempore, jam nulla in parte mundi, ebrietas ceſſabat, & culpæ partem, in Septentrionalibus populis cœlum ſuſtinere, quod ſitire cogit, Grotius in *proleg. ad Hiſt. Goth. pag.* 37. monſtravit.

Digitized by Google

fumis provenientem; quæ violento motu ſanguinem ac ſpiritus impellit & turbat, ac ad libidinem imprimis, iram, temeritatem & enormem lætitiam homines proclives reddit; ſic ut multi velut extra ſe per ebrietatem rapti videantur, & diverſum plane genium induiſſe, quam quo ſobrii conſpiciebantur. Hæc tamen uti non ſemper omnem uſum rationis ſequeſtrat, ita quatenus ultro arceſſita eſt, odium potius quam favorem actionibus per eandem ſuſceptis conciliare apta eſt.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 4. §. 8.

XVI. *Actio invita, mixta.* Porro actiones humanæ uti VOLUNTARIÆ ſolent vocari, quatenus à voluntate proficiſcuntur & diriguntur; ita ſi quæ reluctante volun-

XVI. Quemadmodum intellectui contrarius eſt error, ita libertatem voluntatis coactio tollit. Differt actio invita a coacta: *invita* abeſt voluntas, quia caſu præter intentionem patratur; ut ſi quis venenum pro ſaccharo ſumit, aut valvas aperiens patrem lædit. Actio *coacta* autem eſt *ſimplex*, vel *mixta*. Per illam reluctanti infertur neceſſitas ſcelus faciendi vel patiendi. Exemplum eſt in Chriſtianis, quorum manus ab Antiochi milite in thuribulum immerſæ: aliud in Lucretia, cujus mens non peccabat, quia conſilium aberat, auctore Livio *Lib.* I. *c.* 58. Fuſe de illa Stephanus differit in *Apol. pro Herod.* §. 15. *Mixta* eſt, ſi ex comparatis duobus malis minus eligitur, quod boni locum obtinet; ut ſi quis Medico pedem ſecandum præbet, *coactus ſua voluntate*, ut ait Terentius. Atque hæc ad voluntarias accedit actiones, quatenus utique principium eſt in agente, & voluntas, prævia deliberatione, id quod melius videtur, eligit. vide *l.* 21. §. 5. *D. quod metus cauſa.* Ad invitas autem, quatenus deeſt libertas voluntatis, quæ vi quadam inimica compellitur *l.* 116. *de R. J.* Cujacius veterum Juriſconſultorum hac de re ſententias exponit *lib.* XVI. *Obſ. c. fin.* De imputatione infra §. 24. & c. II. §. 15.

luntate ſcienter ſuſcipiuntur. INVITÆ adpellantur, preſſius ſumto hocce vocabulo. Nam latius id acceptum etiam illas comprehendit, quæ per IGNORANTIAM patrantur. Invitum autem nobis hoc loco idem notat, quod COACTUM; quando nempe quis ab extrinſeco principio validiore adigitur membra ſua adplicare, ita ut averſationem & diſſenſum ſuum ſignis ac præcipue renitentia corporis ſignificet. Minus autem proprie INVITA & illa dicuntur, quando incumbente graviore neceſſitate aliquid tanquam minus malum eligitur, & ſuſcipitur, abs quo alias homo extra neceſſitatem conſtitutus vehementer abhorrebat. Quales actiones vulgo MIXTAS vocant. Hæ cum ſpontaneis illud habent commune, quod voluntas pro præſenti ſtatu eas utique eligat tanquam minus malum. Cum invitis autem aliquatenus quoad effectum conveniunt, quod vel plane non, vel non ita graviter, uti ſpontaneæ, ſoleant agenti imputari.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 4. §. 9, 10.

Cæterum actionum humanarum, quæ ab intellectu & voluntate proficiſcuntur & dirigun- XVII. Fundamentum generale
tur,



§. XVII. Vox *imputare* à rationibus & numeris eſt petita, uti Tacitus de moribus Germanorum *cap.* 21. *data non imputant*, id eſt ad gratum animum non obligant. Hic autem notat effectum actionis alicui tribuere, in præmium, pœnam vel damni reſtitutionem. Regula eſt generalis: imputari nobis actiones vel omiſſiones voluntarias, quia earum ſumus auctores. Quisquis enim ſecundum legem agere debebat, eamque actionem ſciens volenſque omiſit, vel e contrario fecit, quod non erat faciendum, is in connexam moralitatem ſimul conſenſiſſe videtur.

Imputationis actionum. tur, hæc eſt præcipua affectio, quod illæ homini poſſint IMPUTARI, ſeu quod homo pro earum auctore recte poſſit haberi, ac ad reddendam de iisdem rationem adſtringi; quodque in ipſum redundent effectus, qui ex iſtis provenient. Nulla enim propior ratio eſt, quare alicui actio quæpiam imputari poſſit, quam quia ab iſto ſciente & volente, mediate aut immediate, profecta eſt; ſeu quia penes ipſum fuit, ut fieret, vel non fieret. Hinc axiomatis primarii loco, in diſciplinis moralibus, ad forum humanum ſpectantibus habetur, quod de illis actionibus ad rationem poſci queat homo, quæ ut fiant vel non fiant, penes ipſum eſt. Seu quod eodem recidit: quod quælibet actio, directionis humanæ capax, quam penes aliquem eſt fieri, vel non fieri, ipſi queat imputari. Sic & contra nemo pro auctore ejus actionis haberi poteſt, quæ penes ipſum neque in ſe, neque in ſua cauſa fuit.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 4. §. 5.

XVIII. Actio alterius al- Ex hiſce præmiſſis aliquot particulares forma-

§. XVIII. Vir Cl. Auguſtinus Leyſerus *Medit. ad Pand. ſpec.* 113. *n.* 4. redarguit hic Auctorem, quod principii ſui ſit oblitus. Ex regulis enim ſocialitatis quilibet mala, alteri impendentia, avertere debet, ſi id ſine periculo fieri poteſt. Sed jus, in primis civile, ad certas perſonas id reſtrinxit. Sic Ariſtoteles *Mir. auſcult.* c. 80 ſcribit, in Heraclea, Græcos & indigenas, iter facientes, ab incolis obſervari, ne quid iis forte mali contingat; cum alioquin hi futurum ſciant, ut quorum in finibus aliquid delicti admiſſum fuerit, delicti pœnas luant, & damnum illatum ſarciant. Nec diſſimile Cymenſium inſtitutum refert Heraclides Ponticus περὶ πολιτειῶν

Digitized by Google

mabimus propoſitiones, unde conſtet, quid cuique imputari, ſeu cujus actionis eventusque auctor quisque poſſit haberi. Prima: Actiones ab alio patratæ, ut & operationes quarumvis aliarum rerum, nec non quivis eventus, non poſſunt alteri imputari, niſi quatenus ille poteſt & tenetur iſtas moderari. Nihil quippe eſt frequentius inter homines, quam ut uni commiſſum ſit alterius actiones dirigere. Heic igitur

Cui teri an imputetur?



*λιτιῶν*, & Ægyptiorum Diod. Sic. *l.* 1. *c.* 77. Regula vero, *Ex facto alieno nemo tenetur*, exceptionem patitur valde naturalem, niſi in nobis fuerit potentia & obligatio, ad factum illud concurrendi, vel non concurrendi, uti v. gr. (1) dominus ad ſervi, pater ad filii, maritus ad uxoris, tutor ad pupilli peccata conniventes tenentur *l.* 3. *D. de nox. act.* *l.* 44. §. 1. *l.* 45. *D. ad L. Aquil.* *l.* 3. *C. de inc. nupt.* Ælian. *lib.* III. *c.* 10. (2) ſi quadrupes, non cuſtodita, pauperiem fecit, aut bos cornupeta hominem occidit, dominus culpam luit, quod neglexit cavere vitæ alterius Exodi XXI: 28. 29. *l.* 40, 41, 42. *D. de Ædil. edict. tot tit. D. ſi quadr. paup.* (3) ſi incendium vel furtum negligentia inhabitantium factum eſt, aut agricola arvum, vinitor vineam non bene coluerunt, damnum reſarcire tenentur *l.* 11. *D. de peric. & comm. rei vend. l.* 27. §. 9. *D. ad L. Aquil. l.* 11. §. 2. *D. de publican. l.* 91. *D. de furt.* (4) Eventus præter ordinem imputantur certo homini, propter quem Deus eos immiſit, ut Joſ. VII. vſ. 11. & 2. Sam. XXIV. vſ. 17. at ſine divina revelatione, huc non temere eſſe recurrendum, monuit Beyer. *them. ſel. Ex.* V. n. 2. & Cl. Barbeyraccius illuſtrat. Atque hæ ſunt limitationes hic propoſitæ. Ubi vero nullus inter factum noſtrum & caſum eſt nexus, nec potuimus aut debuimus, alterius factum prohibere, effectus actionis moralis de perſona in perſonam non tranſit. *l.* 6. §. 7. *D. de off. Præſid.* Imperite igitur ille apud Prudentium *Hamartig. v.* 640 nihil referre putat, an auctor mali ſit Deus, an vero cum prohibere poſſit, negando vires naturales, aut libertatem voluntatis exſtinguendo, actionem permittat.

*Si non vult Deus eſſe malum, cur non vetat?*
*Nil refert auctor fuerit, fautorve malorum.*

tur ſi actio aliqua ab altero ſit patrata, circa quam iſte omiſit, quod penes ſe erat; actio illa imputabitur non ſolum ei, qui immediate ipſam patravit, ſed etiam iſti, qui ex debita & poſſibili directione aliquid omiſit. Habet tamen ea res fere ſuum modum finemque, ſic ut illud POSSIBILE cum aliquo velut temperamento & moraliter ſit intelligendum. Cum per quamcunque ſubjectionem unius ſub altero, ſubjecti tamen libertas non exſtinguatur, quin alterius directioni reniti, & in diverſa tendere poſſit; nec vitæ humanæ indoles ferat, ut quis uni perpetuo velut affixus omnes iſtius motus obſervare queat. Igitur ſi quis omnia fecit, quæ directionis, ſibi injunctæ, natura ferebat, ubi nihilominus quid ab altero patratum fuit, patranti ſoli imputabitur. Sic poſtquam in animalia homines dominium exercent, quæ per illa in alterius detrimentum facta ſunt, domino imputabuntur, ſiquidem is ex debita cuſtodia & circumſpectione aliquid neglexit. Sic & quævis mala, quæ alteri obtingunt, imputari iſti poſſunt, qui eorum cauſam & occaſionem, cum poſſet & deberet, non ſubtraxit. Sic cum multarum rerum naturalium operationes promovere aut ſuſpendere ſit penes homines, quod ab hiſce commodi vel damni datum ſit, iſtis imputabitur, quantum eorundem opera vel neglectus ad id momenti attulit. Aliquando etiam præter ordinem imputantur alicui eventus tales, qui alias ſupra humanam directionem ſunt, quatenus intuitu certi hominis iſtos divinum Numen peculiariter procuravit. Extra hoſce & ſimiles caſus ſufficit, ſi de propriis actionibus rationem quis poſſit reddere.

Sea

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 14.

Secundo: Quæcunque in quolibet homine ſunt vel non ſunt, quæ penes ipſum non fuit, ut adeſſent vel non adeſſent, non poſſunt ipſi imputari, niſi quatenus per induſtriam naturalem defectum non ſupplevit, aut nativas vires non adjuvit. Sic cum perſpicaciam ingenii vires-que corporis nemo ſibi præſtare poſſit, nemini quoque eo nomine inputari quid poterit, niſi quantum culturam adhibuit, aut adhibere neglexit. Sic non ruſtico, ſed urbano atque aulico horridi mores vitio vertuntur. Unde & valde abſurdæ ſunt judicandæ exprobrationes ejusmodi qualitatum, quarum cauſa penes nos non fuit, v. g. brevis ſtaturæ, formæ parum felicis, & ſimilium. XIX. An imputetur, cujus cauſa penes aliquem non eſt.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 6, 7.

Tertio: Quæ per ignorantiam invincibilem pa- XX. An imputentur.



§. XIX. Debilitas, mutilatio & deformitas corporis probroſa eſt, ſi ejus ſumus auctores, ut ſi nares vel oculi ex Venere ſunt amiſſi: ſi vero culpa abeſt, ſtulte fortunæ delictum arguitur, cujus potius miſereri debebamus. Phædrus *lib.* III. *fab.* XI. Hinc cum Lyco, apud Plautum, Curculionem per contemtum *unoculum*, & de *coelitum proſapia* appellaſſet, is eum reprehendit Act. III. ſc. 29.

*Adoleſcens, ob Rempublicam hoc intus mihi*
*Quod inſigne habeo, quaſo ne me incomities.*

§. XX. Actiones per ignorantiam invincibilem patratæ, revera ſunt invitæ, nec imputantur, *ſupra* §. 7. Idem eſt ſi error *eſſentialis* & involuntarius in contractu aliave re indifferente interceſſit. v. infra *cap.* IX. §. 12. At ſi quis in re illicita verſabatur, & Titium occiſurus, Mevium

quæ quis ex invincibili ignorantia patrat. patrantur, imputari non poſſunt. Quia neque dirigere actionem poſſumus, ubi intellectus lumen non prælucet; & præſupponitur, tale lumen ſibi hominem non potuiſſe comparare, neque quo minus poſſet, in culpa fuiſſe. Quin & in vita communi τὸ posse moraliter accipitur, pro illa facultate, ſolertia & circumſpectione, quæ vulgo ſufficere judicatur, & quæ probabilibus rationibus ſubnixa fuit.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 5. §. 10.

XXI. Ex ignorantia legis & officii patrata imputantur. Quarto: Ignorantia, ut & error, circa leges & officium cuique injunctum, ab imputatione non liberat. Nam qui leges & officium alicui injungit, efficere ſolet & debet, ut in notitiam ſubjecti illæ perveniant. Et ad ſubjecti

occidat, cœdis eſt réus *l.* 14. *D. ad l. Corn. de ſic. l.* 18. §. 3. *D. de injur.* Veritas enim rerum erroribus geſtarum non vitiatur *l.* 6. §. 1. *D. de offic. Proc. l.* 4. & 18. *C. ad leg. Jul. de adult.* Error vero *accidentalis* vincibilis non attingit conſenſum, nec ſubruit voluntatem. Exemplum habet Dlugloſſus *Hiſt. Pol. lib.* x. *pag.* 167. in Vladiſlao, Poloniarum rege, qui deformi, pro pulchra deſponſatus erat. Invincibilis vero error actioni vix moralitatem conferre poteſt. De errore tertii vide *l.* 12. *l.* 13. *D. de novat.*

§. XXI. Regula in legibus *naturæ* generalibus, ut, neminem lædendum, læſo damnum reſarciendum, recte ſe habet; ſed circa illationes ſpeciales, v. c. ubi ultio fit vitioſa, excuſandi ſunt, quibus rationis imbecillitas aut prava educatio obſtitit: ſimiles enim ſunt his, qui morbo corruptos habent appetitus, Grot. *lib.* II. *c.* 20. §. 43. Similiter ubi de delictis juris *civilis* levioribus quæritur, excuſamus milites & mulieres, quæ legum intellectum non habuerunt, nec tam facile acquirere potuerunt *l.* 38. §. 2. *D. ad l. Jul. de adult. l.* 1. §. 10. *D. ad SCt. Turpil.* Cujac. *lib.* v. *Obſ.* 39. Apud Hebræos ſacerdos expiabat eos, qui per ignorantiam in leges rituales peccaſſent; delicta vero, capitis ſupplicio ſancita, nulla ratione expiari poterant. Num. xv. vſ. 27.

Digitized by Google

jecti captum leges ac regulæ officii attemperari ſolent & debent; circa quas cognoſcendas & retinendas quemlibet ſollicitum eſſe oportet. Unde qui eſt cauſa ignorantiæ, reſpondere etiam tenebitur de iis actionibus, quæ ex illa ignorantia promanant.

*dict.* §. 10.

XXII. Non imputatur omiſſio actionis, cujus exequendæ defuit occaſio.

Quinto: Cui occaſio agendi citra ſuam culpam deeſt, illi non imputatur, quod non egerit. Videtur autem occaſio quatuor hæcce complecti; ut objectum actionis ſit in promptu; ut adſit commodus locus, ubi non poſſimus ab aliis impediri, aut malo aliquo multari; ut adſit opportunum tempus, quo non ſint obeunda negotia magis neceſſaria, quodque item aliis, qui ad actionem concurrunt, ſit opportunum; ut denique naturales agendi vires ſuppetant. Citra iſthæc enim cum actio fieri nequeat, etiam abſurdum fuerit, ſi alicui imputetur, ad quod agendum accaſio defuit. Sic medicus ſegnitiæ non poteſt argui, ſi nemo

B 5 æ-

§. XXII. Qui vetitam actionem patravit, omnino pœnæ reus eſt; qui vero actionem præceptam omiſit, non aliter, quam ſi occaſio adfuerit, id eſt faciendi vel non faciendi opportunitas, & media ad actionem neceſſaria, quæ lex præſupponit, Nam *cuicunque multum datum fuerit, multum repetetur ab eo*. Lucæ XII. vſ. 48. & Plaut. *Moſtell. Act.* III. *ſc.* 2. *vſ.* 104.

*Simul flare ſorbereque haud facile*
*Eſt: ego hic eſſe & illic ſimul haud potui.*

Scholaſtici barbare hoc efferunt: Præcepta *affirmativa* obligant ſemper, non ad ſemper. *Negativa* ſemper & ad ſemper. Ea autem præcepta tantum affirmativa intelligi debent, quæ pro certo hominum ſtatu, ad factum poſitivum obligant. Vid. Cl. Beyeri *themat. Exerc.* 1. §. 13.

Digitized by Google

ægrotet. Sic liberali eſſe non conceditur, qui ipſe indiget. Sic talentum ſuum defodiſſe argui nequit, cui rite ambienti ſtatio denegata fuit. Et cui multum datum fuit, ab eo multum repetetur. Sic non poſſumus ſimul ſorbere & flare.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 5.

XXIII. Non imputatur omiſſio actionis, quæ vires agentis excedit.

Sexto: Non poteſt quoque alicui imputari, quod non præſtiterit ea, quæ vires ipſius excedunt, neque per eas prohiberi aut effici poſſunt. Inde vulgo impoſſibilium nulla eſſe obligatio dicitur. Addendum tamen, modo quis ſua culpa vires præſtandi non detriverit, aut per

§. XXIII. Nemini imputantur *neceſſaria*, quæ fiunt, ſive quis velit, ſive nolit: neque *impoſſibilia*, quæ ſive quis velit, ſive nolit, non fiunt, *l.* 31. *&* *l.* 185. *D. de R. J.* niſi quis ſua culpa vires præſtandi perdiderit, ut malitioſus decoctor, miles ebrius, vel qui dolo poſſidere deſiit. Non hic prætereundus eſt mos Burgundionum, qui Regem ſuum, *Hendinos* dictum, ſubmoverunt, ſi fortuna titubaverit belli, vel ſegetum copiam terra negaverit, auctore Ammiano Marcellino *lib.* XXVIII. *c.* 5. Non etiam ſine riſu, in Mexicana Lopezii hiſtoria, legitur, morem iis fuiſſe, ut cum Regem conſecrarent, is juraret in hæc verba: *Effecturum ſe, ut ſol curſum ſplendoremque ſuum teneret, nubes pluerent, rivi currerent, & terra produceret omne genus frugum.* Auctor *Op. Maj. lib.* 1. *c.* 5. §. 6. id ſtultum vocat: neque enim quod venti & fluctus deliquerunt, ſceleri aſſignari debet. At ſenſus forte barbarorum fuit, Principem bonum, recto imperio, uberem proventum a Diis obtinere, malum vero omne genus calamitatum accerſere; quemadmodum propter Davidis factum gravis peſtilentia invaſit Judæos. Hæc utique Ægyptiorum & Græcorum fuit opinio. Vid. Gruter. ad illa Taciti *lib.* XIII. *Annal. c.* 3. *Nihil regente eo reip. triſte ab externis accidiſſe*, & Lipſ. *not. ad lib.* III. *Polit. c.* 6.

perdiderit. Hic enim eodem modo tractari poteſt, atque ſi vires adhuc obtineret: cum alias facilis eſſet via quamvis obligationem paulo laborioſiorem eludendi, ultro corruptis præſtandi viribus.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 5. §. 8.

Septimo: Imputari quoque non poſſunt, quæ quis coacte patitur, aut agit. Talia enim amoliri aut defugere ſupra ipſius vires poſitum intelligitur. Cogi autem dicimur duplici modo; uno, quando alius valentior per violentiam noſtra membra ad aliquid agendum aut patiendum adplicat: altero, ſi potentior grave aliquod malum cominus intentet, (idque ſtatim re- XXIV. Non imputantur quæ quis coacte patitur aut agit.

§. XXIV. Vis vel *abſolute* aufert libertatem, vel *ſecundum quid.* Prioris exemplum eſt, ſi robuſtior me ex alto dejicit, vel in alterum impellit, apud Lucret. *l.* II. *vſ.* 272. Poſterioris in tonſore, ſtricta novacula libertatem rogante, apud Martialem *l.* XI. *epigr.* 59. Circa imputationem diſtinguendum eſt inter actionem *bonam*, *indifferentem* & *malam.* Enimvero (1) actio bona coacta nemini ad præmium vel laudem imputatur. Horat. *lib.* I. *Epiſt.* 15. (2) Actio indifferens, vi extorta, eſt ipſo jure nulla *l.* 4. *&* 5. *C. de his quæ vi.* (3) Actio mala coacto, non tantum in foro divino ad pœnam imputatur, ſed etiam in humano; quamvis in hoc non ſemper in eodem gradu, quia omnia ad vivum reſecari non poſſunt *l.* 2. *C. de ſep. viol. l.* 8. *C. ad leg. Jul. de vi.* Claudicat enim, ut alii jam obſervarunt, comparatio in fine §. I. hic allata: quia gladius eſt nudum inſtrumentum, quod movetur, homo autem occidere juſſus ſceleri manus accomodat, & ad actum concurrit, itaque *miniſterium crimen eſt*, Plinius *lib.* III. *Ep.* 9. Poterit tamen ſatelles alterum v. c. Papinianum occidere, ſi propria ipſius vita certo periclitetur; vel ſi occidendus favore occiſuri in injuriam conſentiat. Vid. cautiones apud Auctorem *Op. Maj. l.* VIII. *c.* I. §. 6. ibique Cl. Barbeyracc. *not.* 4.

Digitized by Google

repræſentandi facultatem habeat) niſi ultro nos ad aliquid faciendum moveamus, aut à faciendo abſtineamus. Tunc enim, niſi expreſſe obligemur, id quod alteri eſt inferendum noſtro malo redimere, is qui eam nobis neceſſitatem adfert, pro auctore facinoris habebitur; nobis autem non magis factum iſtud imputari poterit, quam gladio aut ſecuri cædes.

*J. N. & G. l. I. c. 5. §. 9.*

XXV. Nihil imputatur iis, qui rationis uſu deſtituuntur. Octavo: Eorum, qui rationis uſu deſtituuntur, actiones non imputantur. Quia quid agatur, liquido dignoſcere, & ad normam comparare nequeunt. Et huc ſpectant actiones infantum, antequam uſus rationis paulo diſtinctius ſeſe incipit exſerere. Quod enim iſti propter quaſdam actiones increpantur aut verberantur, id non ideo fit, quaſi in foro humano pœnam proprie dictam meriti ſint; ſed per modum nudæ emendationis, & diſciplinæ, ne per talia moleſtiam aliis faceſſant, aut ne pravam adſuetudinem contrahant. Sic & furioſorum, mente motorum, & delirorum actiones

§. XXV. Puerum, in foro ſaltem humano, ætas excuſat, propter quam nondum rerum diſcrimina novit. Seneca *lib.* III. *de ira c.* 24. neque admodum impuberes aut furioſi capitalem fraudem admittunt, *l.* 23. §. 2. *D. de Ædilit. ed.* ſed in omnibus pœnalibus judiciis excuſati ſunt *l.* 3. §. 1. *D. de ſep. viol. l.* 8. *de R. J.* Duro igitur judicio puer ſacrilegii nomine damnatus eſt, apud Ælianum *l.* v. *var. hiſt. c.* 16. Aliud iniquiſſimum judicium puerorum lapidibus obrutorum, habet Pauſanias, *lib.* VIII. *c.* 23. At pubertati proximi doli capaces ſunt & ex XII. Tabb. puniuntur, ſi furtum fecerint Plin. *lib.* XVIII. *Hiſt. nat. c.* 3. Gell. *lib.* XI. *c. ult. l.* 23. *D. de furt.*

Digitized by Google

nes pro humanis non habentur, quibus quidem citra ſuam culpam iſte morbus provenit.

Conf. J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 2.

Nono: Denique imputari non poſſunt, quæ quis in ſomniis agere ſibi videtur; niſi quatenus talibus interdiu cogitandis cum delectatione immoratus, eorum imagines animo alte impreſſit: etſi & hæc rariſſime in foro humano attendantur. Alias enim phantaſia in ſomno eſt veluti cymba ſine rectore fluitans, ſic ut penes hominem non ſit præſtare, qualia viſa iſthæc effingat. XXVI. Non imputantur, quæ in ſomniis agere videmur.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 5. §. 11.

Circa imputationem autem actionum alterius XXVII. De imputatione a-

pau-

§. XXVI. Somnium eſt operatio animi admodum confuſa, quæ ideo non imputatur, quia in arbitrio noſtro non eſt, quas imagines ſibi phantaſia formet. *An habent & ſomnia pondus?* Ovidius *lib.* IX. *Met. vſ.* 495. Quæritur autem de ſomniis impuris, quorum exempla ſunt apud Sueton. *in Cæſare c.* 7. Plutarch. *in Demetrio* & Clementen Alexandrinum *lib.* IV. *Strom.* Item de noctambulis, in ſomnio occidentibus, de quibus Laudenſis ad *cap. un. de homicid.* & Ill. Thomaſius *Diſſ. Lipſ.* XI. *de jure circa ſomnum c.* 1. §. 40. & *c.* V. §. 15. Vulgo dicunt pollutiones nocturnas & ſomnia imputari, ſi illorum deſiderium fuerit in vigilante, aut ſi quis vivida imaginatione illis anſam præbuit, & ut Byblis apud Ovid. *d. lib.* IX. *vſ.* 479. optavit, ut *ſimili redeat ſub imagine ſomnus.* Sed tunc vigilantis cogitatio magis in foro divino, quam in humano punitur. Nutrix vero ebria infantem opprimens, & noctambulo, conditionis ſuæ gnarus, ob culpam præcedentem, puniri poſſunt *c.* 3. *X. de his, qui fil. occid.*

§. XXVII. Diſtinctius, quam ſupra §. 18. cum Grotio *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 17.

§. 6.

Actionum ad quas plures perſonæ concurrunt. paulo diſtinctius obſervandum, quod aliquando quidem contingat, ut actio ei, qui immediate eam patravit, plane non imputetur, ſed alteri

§. 6. *ſeqq.* nunc explicat, quouſque alterius actio alteri ſimul imputetur, qui per ſe & ἀμέσως damnum non dedit, ſed aliquid ad rem contulit, agendo vel non agendo, cum intentione agendi vel omittendi. Definitiones autem omiſſas cauſæ principalis, collateralis & ſubalternæ eruditiſſimus hic ſupplet & illuſtrat Barbeyraccius, quas Cl. Carmichaël obſcuritatis accuſat. Quicquid ejus eſt, illud inter omnes conſtat, quod (1) nonnunquam de ſola cauſa morali quæſtio ſit; ut in fœtura Jacobi, ubi nihil coloribus virgultorum, omnia arti Patriarchæ ſunt tribuenda, qua ſoceri fraudulentas machinationes, pacta decies mutantis, monente numine divino, eluſit. Gen. xxx. vſ. 37. Huc quoque pertinet, quod Cicero *Philipp.* IX. *c.* 3. contendit, legationem ad Antonium vitam abſtuliſſe Servio Sulpicio, qui ſenio fractus, ex morbo in itinere obierat, is, ait *profecto mortem attulit, qui cauſa mortis fuit.* Sed hac de re hic non quæritur. (2) Aliquando tenetur is, qui imperio vel dolo aliquem ad faciendum impulit, ſolus, non vero, qui factum perpetravit. Exemplum eſt in *l.* 1. §. 1. *D. de eo per quem.* Ita *damnum dat, qui jubet dare*, ait Paulus in *l.* 169. *d. R. J.* & ſervis, qui jubenti domino obtemperarunt, ignoſcitur, ſi atrocitas facinoris abſit *l.* 2. §. 1. *D. de nox. act. l.* 157. *de R. J.* (3) Plerumque vero uterque, & cauſa phyſica & moralis tenetur; cui vero plurimum imputari debeat, id ex pondere, efficacia & momento, quod quisque ad effectum actionis, vel ad ejus nexum, committendo vel omittendo attulit, facile judicari poteſt. v. gr. qui Aſſaſſinum ad occidendum conducunt, aut Principem ad perſecutionem inſtigant, plus peccant, quam Aſſaſſinus ipſe aut Princeps: & hi rurſus magis delicti participes ſunt, quam qui opem ferunt ultro delinquenti, aut conſilium ei ſpeciale dant; hi vero rurſus deteriores ſunt illis, qui facinus nondum patratum laudant & aſſentantur. Sane qui delictis jam commiſſis lætantur, aut ea ratihabent, niſi lucrum ex iis quærant, nil præter pravam voluntatem ſuam luere debent. Nimium ergo cauſæ ſuæ inſervit Cicero *Philipp.* II. *c.* 12. *Quid intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem? aut quid refert utrum voluerim fieri, an gaudeam factum?*

Digitized by Google

ri, qui hoc tantum velut inſtrumento uſus eſt. Sed frequentius eſt, ut & ei, qui actionem patravit, & alteri, qui ad eandem agendo quid vel omittendo concurrit, illa ſimul imputetur. Id quod fit triplici potiſſimum modo; vel ut alter principalis cauſa actionis, patrator minus principalis habeatur; vel ut uterque pari velut paſſu ambulet; vel ut alter minus principalis, patrator principalis cauſa ſit. Ad primam claſſem pertinent, qui alterum auctoritate ſua ad quid permoverunt; qui conſenſum requiſitum adhibuerunt, citra quem alter agere non poterat; qui poterant & debebant prohibere, & non fecerunt. Ad ſecundam claſſem pertinent, qui mandant, aut ad facinus patrandum conducunt; qui adjuvant; qui receptum & defenſionem præſtant; qui cum opem ferre injuriam patienti poſſent & deberent, non fecerunt. Ad tertiam claſſem referuntur, qui conſilium ſpeciale dant: qui laudant & aſſentantur, ante patratum facinus; qui exemplo ſuo ad peccandum accendunt, & ſimiles.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 5. §. 14.

CAP.

Digitized by Google

## CAP. II.

# *De norma actionum humanarum, ſeu de Lege in genere.*

SUMMARIA.

I. *Norma actionum humanarum neceſſaria,*
II. *Scil. lex, quæ definitur.*
III. *Producit obligationem: quid ea ſit?*
IV. *Hominis aptitudo ad eam recipiendam.*
V. *Obligatio introducitur a ſuperiore vires & jus habente,*
VI. *requirit cognitionem legiſlatoris & legis, quam parit promulgatio.*
VII. *Legis perfectæ partes duæ præceptum & ſanctio,*
VIII. *Objectum res poſſibilis & utilis.*
IX. *Eidem derogatur diſpenſatione,*
X. *a qua differt æquitas.*
XI. *Ex lege actio alia licita, alia bona, alia mala.*
XII. *Juſtitia alia perſonarum,*
XIII. *alia actionum.*
XIV. *univerſalis & particularis, eaque diſtributiva & commutativa.*
XV. *Injuſtitia injuriam & culpam comprehendit.*
XVI. *Legis diviſio in divinam & humanam, naturalem & poſitivam.*

GROT. *d.* J. B. & P. *Proleg.* §. I. *ſeqq.* & *l.* I. *c.* I. §. 8. *ſeqq.*

I. Actiones humanæ norma indigent.

QUIA actiones humanæ à voluntate dependent, voluntates autem ſingulorum non ſemper ſibi ſimiles, & diverſorum in di-

§. I. Viſis actionibus moralibus, nunc de norma agitur, ad quam illæ, velut ad lapidem Lydium exiguntur. Vid. §. I. *cap. præc.* Et primum quidem legis neceſſitas hic

verſa fere tendere ſolent; igitur ad ordinem & decorum, in genere humano conſtituendum, neceſſarium fuit normam aliquam exiſtere, ad quam iſtæ componerentur. Alias enim, ſi in tanta voluntatis libertate, tantaque inclinationum & ſtudiorum diverſitate, quisque citra reflexionem ad certam normam ageret, quod ipſi in mentem veniret, non poterat non maxima confuſio in genere humano exiſtere.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 1. §. 1, 5.

Norma illa vocatur LEX, quæ eſt decretum, quo II. Norma actionum

C

hic oſtenditur. Prolixius vero Auctor *Op. Maj. lib.* 11. *c.* 1. ex hominis dignitate, pravitate, varietate ingeniorum, imbecillitate ac naturali incultu demonſtravit, non conveniens ei fuiſſe, ut ſine lege vitam tranſigeret, immo noxiam ei libertatem fore, ſi omnia ex vago quodam impetu ageret, nulli juri, regulæ aut neceſſitatibus obnoxius. Vid. *cap. ſeq.* §. 3. *ſeqq.*

§. II. Ex Platonis præcepto, generalem de legibus doctrinam a definitione incipit, quæ non uno modo ab aliis concipitur. In *l.* 1. *D. de LL.* magis coacervatio generum, & oratorium encomium legis refertur, ex Demoſthene, quam definitio. Melior eſt Grotiana *lib.* 1. *c.* 1. §. 9. & plenior Barbeyracciana ad *h.* §. quamvis illi Auctor *Op. Maj. l.* 1. *c.* 6. §. 4. huic Cl. Treuerus dubia moverit. Seneca *lib.* IV. *de benef. cap.* 12. ait: *legem juſti injuſtique regulam eſſe.* Mihi, quod ſemel dicam, vehementer arridet veterum Juriſconſultorum inſtitutum, qui artem ſuam magis in rerum gravitate, quam verborum captatione conſiſtere putarunt. Sciebant illi, unius rei plures dari poſſe definitiones, & omnes diſciplinas aliter tractandas ab iis, qui eas ad uſum transferunt, quam qui ipſarum tractatu delectantur. Vid. Duarenus *ad tit. de judiciis Op. pag.* 153. Nemini ſane litem idcirco moverim, quod permiſſionem, non ad actionem legis, ſed ad ejus negationem retulerit. Quod ſi enim legem in ſignificatu ſtrictiore capimus, ad ea tantum juſſa, quæ liber-

lex eſt, quæ deſcribitur. quo ſuperior ſibi ſubjectum obligat, ut ad iſtius præſcriptum actiones ſuas componat.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 6. §. 4.

III. Obligatio, ex Lege oriunda, quid? Hæc definitio ut eo melius intelligatur, evolvendum eſt, quid ſit obligationem recipere; & quis eandem alteri injungere queat? Vulgo igitur Obligatio dicitur vinculum juris quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei præſtandæ. Scilicet injicitur per eam quaſi frænum aliquod no-

bertatem naturalem, vetando vel præcipiendo, reſtringunt pertinet; uti recte Grot. *Lib.* I. *c.* I. §. 9. & Auctor *Op. Maj. lib.* I. *c.* 6. §. 15. Si vero laxius ſumatur jus naturæ, pro eo, quod actum voluntatis humanæ conſequitur, & pro certo rerum ſtatu eſt tale, jus permiſſivum ejus pars eſſe videtur. Plane inter legis civilis virtutes Modeſtinus retulit *permittere*, in *l.* 7. *D. de LL.* id eſt declarare, quid v. gr. patri liceat, in exheredatione liberorum, ob certas cauſas; marito in occiſione adulteri, omnibus in modo uſurarum &c. quamvis & hic reliqui obligentur, ne quem in exercitio libertatis naturalis turbent, quatenus illa non eſt reſtricta. Privilegiis certe omnes ceteri obligantur, ut effectum conſtitutioni tribuant, & hactenus leges ſunt, non vero quatenus permittunt aliquid ei, qui privilegio eſt munitus. V. B. Huber *de jure civ. lib.* III. *ſ.* I. *c.* 2. §. 29. ibique Thomas. *in not.*

§. III. Effectus legis eſt obligatio, quæ per Metaphoram a ligamentis corporis nomen accepit, & *vinculum* juris appellatur *l.* 67. *D. de proc. l.* 59. *de cond. ind.* Horatius *catenas* vocat, Varro *ex ſponſu alligatus* dixit. Si cui vero hæc definitio JCtorum non ſufficit, is aliter obligationem definiat, quod ſit qualitas vel neceſſitas moralis, qua quis aliquid agere, aut pati tenetur. Dividitur in connatam & adventitiam, perfectam & imperfectam, perpetuam & temporariam, naturalem & civilem, internam & externam. Omnis vero vim accipit ex metu potentiæ legitimæ, quæ bonum vel malum, ſeu præmium & pœnam inferre, & illius ſpe, hujus metu voluntatem impellere poteſt; uti recte Ill. Thomaſius in fund. *jur. nat. l.* I. *c.* 4. § 61.

Digitized by Google

noſtræ libertati, ut quamquam de facto voluntas in diverſum tendere queat, intrinſeco tamen per eandem velut ſenſu imbutam ſe deprehendat, ut, ni præſcriptæ normæ conformis ſit actio edita, non recte ſe egiſſe cogatur agnoſcere. Adeoque ſi quid mali eo nomine homini eveniat, non immerito id ſibi accidere judicet, cum normam, prout par erat, ſequenti iſtud evitaſſe licuerit.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 6. §. 5.

IV. Homo ſua natura eſt obligationis capax.

Quod autem homo aptus sit ad recipiendam obligationem, duplex cauſa eſt: una quidem, quia is voluntatem habet, quæ ſeſe in diverſas partes flectere, adeoque & ad normam componere poteſt: altera, quia homo à poteſtate ſuperioris non eſt immunis. Nam ubi alicujus agentis vires per naturam ad uniformem agendi modum ſunt alligatæ, ibi libera actio fruſtra exſpectatur: iſtique incaſſum præſcribitur aliqua norma, qui eam neque intelligere, neque ad eandem ſeſe componere poteſt. Si quis autem non agnoſcat ſuperiorem, eo ipſo nemo exiſtit, qui neceſſitatem eidem jure queat injicere. Et ſi maxime is in agendo certam rationem obſervet, & à quibusdam actionibus conſtanter abſtineat; id tamen non ex obliga-



§. IV. Subjectum legis eſt homo, qui non modo aptus eſt ad legem recipiendam, dum intellectu eximio & vi electrice boni malique eſt præditus, verum etiam a Deo, tanquam auctore ſuo, & à Principe, in cujus imperium conſenſit, legem accipere debet: in primis quia habet facultatem ſpem metumque concipiendi, ab examine actionum ſuarum ad normam ſuperioris, a quo dependet.

tione aliqua, ſed ex proprio beneplacito facere intelligitur. Sequitur ergo, ut ille obligationis ſit capax, qui & ſuperiorem habet, & normam præſcriptam poteſt cognoſcere, & voluntatem habet in diverſa flexilem, quæ tamen, ubi norma per ſuperiorem fuerit præſcripta, ſentiat ſe ab ipſa non recte diſcedere. Quali natura hominem præditum adparet.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 6. §. 6.

V. *Obligatio omnis introducitur a ſuperiore.*

Introducitur obligatio in animum hominis proprie à superiore, i. e. tali, cui non ſolum vires ſunt malum aliquod repræſentandi contranitentibus; ſed & cui justæ ſunt causæ, quare poſtulare queat, ex ſuo arbitrio voluntatis noſtræ libertatem circumſcribi. Talia enim ubi in aliquo fuerint, poſtquam quid velit ſignificavit, neceſſum eſt in animo hominis oriri metum, reverentia temperatum: illum quidem ex potentia, hanc autem ex conſideratione cauſarum, quæ etiam remoto metu allicere aliquem debebant, ad iſtius voluntatem amplectendam. Qui enim nullam rationem allegare novit, quare mihi invito obligationem velit impingere, præter ſolas vires, is terrere quidem me poteſt, ut effugiendo majori malo ipſi

§. V. Cauſa efficiens obligationis eſt ſuperior, qui in alterum habet imperium, ad quod duo requiruntur; jus imperandi & vires imperium exequendi. *Imperium* Deo competit, qui noſter eſt creator & conſervator, nec tantum multa in nos contulit beneficia, ſed & plura conferre poteſt. Princeps vero imperio gaudet, ex voluntaria ſubjectione ſubditorum. *Vires* juſſa tuendi Deo ſunt eſſentiales, Princeps ex pacto civitatis eas nanciſcitur.

Digitized by Google

ipſi tantiſper parere ſatius ducam; ſed eo metu remoto nihil amplius obſtat, quo minus meo potius, quam illius arbitrio agam. Contra, qui rationes quidem habet, quare ego ipſi parere debeam, a viribus tamen malum aliquod mihi imponendi deſtituitur, ejus juſſa impune à me poſſunt negligi, ni potentior aliquis hujus auctoritatem proculcatam adſertum eat. Rationes autem, quare quis recte poſtulare queat, ut ab altero ſibi obtemperetur, ſunt; ſi ab iſto in hunc inſignia quædam bona ſint profecta; ſi conſtiterit, iſtum & bene huic velle, & rectius, quam ipſe valet, eidem proſpicere poſſe; ſimulque ſi actu iſte hujus directionem ſibi vindicet, & denique ſi quis ultro alteri ſeſe ſubjecerit; & in ipſius directionem conſenſerit.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 6. §. 8--12.

VI. Requirit notitiam Legiſlatoris & Legis.

Cæterum ut lex vim ſuam in animis eorum, quibus fertur, exſerere poſſit, requiritur COGNITIO tum LEGISLATORIS, tum IPSIUS LEGIS. Nemo enim obedientiam præſtare valebit, ſi neque cui parere debeat, neque ad quid teneatur,



§. VI. Eſſentiale legis complementum, ſive conditio ſinequa non, eſt Promulgatio, quæ fit a Deo per lumen rationis; a Principe per edicta in provincias emiſſa, vel in tabulis propoſita, unde de plano recte legi poſſent. Leges enim, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, ut univerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. *l.* 9. *C. de LL.* Pericles apud Xenophontem addebat, *lib.* 1. *Memor. pag.* 718. ut ſubjecti in legem conſentiant, atque ita Moraliſtæ. Sed neque in jure naturæ, neque in jure civili id neceſſe eſt: qui enim agnoſcit imperium implicite in leges conſentit, &

tur, noverit. Et Legiſlatoris quidem cognitio eſt facillima. Legum quippe naturalium eundem eſſe auctorem, qui univerſi, ex lumine rationis conſtat. Nec civis ignorare poteſt, quis in ipſum imperium obtineat. Leges porro naturales quomodo innoteſcant, paulo poſt exponetur. Civiles autem leges per PROMULGATIONEM, publice & perſpicue factam, in ſubjectorum notitiam perveniunt. In qua de duobus conſtare debet; tum quod lex eum habeat auctorem, penes quem ſummum in civitate eſt imperium; tum quæ ſit legis ſententia. Prius cognoſcitur, ſi vel ipſe legem ſua voce promulget, vel autographo conſignet; vel ſi id fiat per ipſius delegatos. Quorum auctoritas fruſtra in dubium vocatur, ſi conſtet, hoc cum munere, quod in civitate gerunt, eſſe conjunctum, & ipſos regulariter ad idem adhiberi. Si iſtæ leges in uſum judiciorum deducantur, ſi nihil contineant, quod ſummo imperio deroget. Ut autem ſententia legis recte percipiatur, promulgantibus incumbit, quanta fieri poteſt perſpicuitate uti. Si quid in legibus obſcurum oc-

& hac in re lex differt a *conſilio* & *pacto*, quia illud volentibus datur, hoc non niſi conſentientes obſtringit. Exempla conſilii vide in §. 3. *Inſt. de pup. ſubſt. l.* 24. *D. de R. V.* Sueton. *Claud. c.* 16. Nec quicquam nos movet, quod lex *communis reip. ſponſio*, & *συνθήκη κοινὴ πόλεως*, *fœdus & conventio civium* vocatur in *l.* 1. & 2. *D. de LL.* Papinianus enim, adulto licet principatu, cum Demoſthene ſuo, reſpicit ad plebiſcita Athenienſium, quæ, pariter ac in democratico ſtatu Romano, erant communis ſponſio civitatis, in Solonem legislatorem facta: ut minime opus ſit, eum ad pactum civitatis cum imperante reſpexiſſe credamus. Vid. Sigon. *lib.* II. *de rep. Athen. c.* 4. & Pufend. *Op. Maj. l.* 1. *c.* 6. §. 2. juncto Cl. Hubero *lib.* III. *de jure civ. Sect.* 1. *c.* 2. §. 10.

Digitized by Google

occurrat, ejus declaratio petenda abs legiſlatore, aut illis, qui ad jus ſecundum leges dicendum publice ſunt conſtituti.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 6. §. 13.

Cujuſlibet LEGIS PERFECTÆ DUÆ PARTES ſunt: una, per quam definitur, quid ſit faciendum, quidve omittendum: altera, per quam indicatur, quodnam malum ſit propoſitum ei, qui præceptum intermittit, & interdictum facit. Nam uti propter pravitatem ingenii humani, in vetita tendere amantis, ſupervacuum eſt dicere, HOC FAC, ſi non facientem nil mali ſit manſurum; ita abſurdum eſt dicere, POENAS DABIS, ni cauſa, quæ pœnam mereatur, præceſſerit. Sic igitur omnis vis legis conſiſtit in ſignificando eo, quid ſuperior à nobis fieri velit, vel non velit, & quæ pœna violatoribus legis ſit conſtituta. Vis autem obligandi, i.e. in- VII. Legis perfectæ partes duæ, præceptum & ſanctio.



§. VII. Non equidem neceſſe eſt, ut lex poſitiva pœnæ faciat mentionem: nam aliquando civitas jure non ſcripto utitur; vel leges habet promulgatas, quibus delictum rarius non eſt notatum; vel denique actum quidem prohibuit, ſed pœnam arbitrio judicis reliquit. Grot. *de. J. B. & P. lib.* 11. *c.* 20. §. 22. Quicquid etiam lex fieri vetat, id pro non facto & inutili habendum eſt, *licet legislator fieri tantum prohibuerit, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum eſt*, ſecundum Theod. & Valent. *l.* 5. *C. de LL.* Proprie autem (1) lex dicitur *perfecta*, quæ minimum arbitrio judicis relinquit, punit transgreſſores, & actum nullum declarat, ſive expreſſe, ut lex Ælia Sentia, ſive tacite v. gr. ſi agenti adimit facultatem agendi, vel actus turpitudo continuatur, ut in inceſtu juris gentium. (2) Alia *minus quam perfecta*, quæ tantum punit, non vero reſcindit, quod geſtum eſt, majoris mali vitandi cauſa, vel quod major eſt indecentia in actu, quam in effectu, ut in inceſtu juris civilis. vid. *l.* 4. *C.*

intrinſecam neceſſitatem adferendi, & vis cogendi, ſeu per pœnas ad obſervationem legum adigendi, proprie eſt in legiſlatore, & cui legum cuſtodia atque exſecutio eſt commiſſa.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 6. §. 14.

VIII. Materia Legis eſſe debet poſſibilis & utilis.

Illud quod per leges alicui injungitur, debet non ſolum intra vires eſſe illius, cui leges feruntur, ſed & utilitatem aliquam afferre, ſive illi ipſi, ſive aliis. Nam uti ſub comminatione pœnæ aliquid exigere velle ab aliquo, quod eſt

4. *C. de inceſt. nup.* (3) Alia denique eſt lex imperfecta, quæ parte definitiva, non autem punitiva conſtat. ut lex Cincia, apud Ulpianum *tit.* I. § I. ibique Cl. Schulting. in notis. Item lex Valeria, Liv. *lib.* x. *c.* 9. aliæque apud Grotium *l.* II. *c.* 5. §. 14. 16. Merillium *lib.* v. *Obſ. c.* XI. & Vinn. *lib.* I. *ſel. qu. c.* I.

§. VIII. Officia hominibus per legem injuncta (1) debent eſſe intra eorum vires, vel ſaltem fuiſſe; nam onus, quod a natura humana abhorret, non eſt objectum legis. (2) Lex plurium utilitatem reſpicit, non Titii ſemper & Mevii: hinc non quælibet ſatis commoda eſt omnibus, ſed ſufficit, ut majori parti & in ſummam profit Liv. *lib.* XXXIV. *c.* 3. Sic uſucapio bono publico introducta eſt, licet domino haud negligenti quandoque ſuum auferat *l.* I. *D. de Uſurp.* (3) Addit Cl. Barbeyraccius, ut lex juſta ſit & honeſtati conveniens: animus enim ægre paret, rite à natura fortus, niſi recta præcipiantur, & Cicero *l.* II. *de LL. c.* XI. juſſa injuſta quidvis potius, quam leges eſſe dicit. Sed omnes hæ conditiones non tam ad leges naturales pertinent, quam ad civiles: hæ enim ferri debent cum ſenſu humanæ imbecillitatis, & utilitatem civitatis promovere, nec obligant, niſi ſint juſtæ, Grot. *l.* I. *de J. B. & P. c.* 4. §. 7. *&* *l.* III. *c.* 23. §. 5. & infra ad *c.* XI. §. 5. *& cap.* XII. Aliud eſt, ſi qua ſit dubiæ rationis: tunc enim non nimis ſcrupuloſe & animo ſuſpendendi obſequium in eam inquirere licet *l.* 20. *&* 21. *D. de LL.* quod etiam Plato *in Gorgia* monuit,

Digitized by Google

eſt & ſemper fuit ſupra ipſius vires poſitum, abſurdum & crudele fuerit; ita ſupervacuum eſt, naturalem voluntatis libertatem conſtringere, ſi nulla in quenquam utilitas inde proveniat.

J. N. & G *l.* I. *c.* 6. §. 16.

Quamquam autem regulariter lex omnes legiſlatoris ſubditos complectatur, in quos materia legis quadrat, & quos legiſlator ab initio exemtos non voluit: interdum tamen contingit, ut ab obligatione legis aliquis peculiariter ſolvatur. Id quod DISPENSARE vocant. Uti tamen diſpenſare ille tantum poteſt, cui legem ferendi & abrogandi poteſtas competit: ita cavendum, ne promiſcua, & citra graviſſimas cau- IX. Diſpenſare quid? quis poſſit? quæ cautela?



§. IX. Lex eſt commune præceptum & juſſum in omnes, nec in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituitur, ergo & obligatio ejus eſt univerſalis *l.* I. & 8. *D. de LL.* Duplici autem modo contingit,* ut unus vel alter ejus vinculo eximatur, per privilegium, vel diſpenſationem. Privilegium, ratione cauſæ efficientis, tranſlato nomine, lex eſt, Gell. *lib.* X. *c.* 20. In liberis vero Græcorum & Romanorum rebus publicis, in pœnam irrogari non poterat; quia inæqualitas eſt cauſa tumultus. Cicero *lib.* III. *de LL.* *c.* 4. Diſpenſatio (1) adverſus præcepta juris *naturalis* & divini a nullo Principum fieri poteſt, quia ipſe illa tenetur lege, *cui nec abrogari fas eſt, neque derogari aliquid licet, quæque tota abrogari non poteſt. Neque vero aut per ſenatum, aut per populum, ſolvi hac lege poſſumus*, ait Cicero apud Lactant. *lib.* VI. *c.* 8. Deum vero, tanquam ſummum omnium dominum, poſitiva ſua voluntate aliquando diſpenſaſſe ajunt, Geneſ. XXII. vſ. 2. Exod. XII. vſ 35. adverſus quos diſputat Beyer. *delin. jur. div. c.* 9. *n.* 33. (2) Lex vero humana, uti tota nova lege antiquari poteſt, ita & relaxationi ſubjacet; modo cauſæ ſint graviſſimæ, intrinſecæ vel extrin-

cauſas facta diſpenſatione auctoritas legum convellatur, & invidiæ atque indignationi inter ſubjectos anſa præbeatur.

X. *Æquitas quid, & quare neceſſaria?* A diſpenſatione tamen multum differt ÆQUITAS, quæ eſt correctio ejus, in quo lex deficit ob univerſalitatem; ſeu dextra legis interpretatio, qua ex naturali ratione oſtenditur, caſum aliquem peculiarem ſub lege univerſali non comprehendi, eo quod alias abſurdi quid inde foret ſecuturum. Nam quia, ob infinitam varietatem, omnes caſus neque prævideri, neque exprimi poſſunt; ideo judices, quorum eſt generalia legum decreta ad ſpeciales caſus adplicare, debent à lege excipere ejusmodi caſus, quos exceptu-

trinſecæ, de quibus Grotius *lib.* II. *c.* 20. §. 25. 26. Sic Athenienſes ſoli Xenocrati fecerunt gratiam jurisjurandi, cum injurati nullius teſtimonium alias valeret. Diog. Laert. *lib.* IV. *n.* 7.

§. X. Sæpe lex univerſalis videtur quoad verba, quæ talis non eſt ſecundum mentem legislatoris; is enim nullas leges ita ſcribere poteſt, ut omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendant *l.* 10. *&* 12. *D. de LL.* Tunc ergo lex dura per æquitatem reſtringitur intra ſuos fines, & ſi tota eſt aſpera, à ſolo ſuperiore mitigatur. *l.* 12. §. 1. *D. qui & a quib. l.* 1. *C. de LL.* Male Vaſquius confudit æquitatem cum diſpenſatione, a Grotio notatus *dict. lib.* II. *c.* 20. §. 26. nam (1) Diſpenſatio eſt exemtio peculiaris perſonæ ab obligatione legis: Æquitas vero oſtendit, hanc vel illam ſpeciem ſub lege nunquam fuiſſe comprehenſam; quia vel ratio, vel rationes omnes ceſſant, quæ legis conditorem moverunt. (2) Illa ad gratiam pertinet, atque ex cauſa levi vel nulla ſæpe contingit: hæc ad officium judicis & Juriſconſulti. (3) Relaxatio tantum circa leges eſt occupata; æquitatis etiam in *omnibus rebus* aliis præcipua ratio habetur *l.* 8. *C. de judic.* (4) illa pœnam remittit, hæc eam quoque aliquando auget; quia creſcentibus delictis exaſperantur pœnæ. Sic æquum fuit apud Judæos adulterium gravius puniri, quia divortium erat permiſſum. Adde Grot. *de Æquitate* §. 10. Reliqua vero infra ad *cap.* XVII. §. 12.

Digitized by Google

cepturus fuerat ipſe legiſlator, ſi præſens adeſſet, aut tales caſus prævidiſſet.

J. N. & G *l.* 5. *c.* 12. § 21.

XI. Actio per Legem licita, bona mala.

Porro à relatione & congruentia ad normam moralem actiones humanæ certas ſortiuntur qualitates, & denominationes. Et illæ quidem actiones, de quibus in neutram partem quid diſponit lex, vocantur LICITÆ ſive PERMISSÆ. Etſi quandoque in vita civili, ubi non omnia ad vivum poſſunt reſecari, illa etiam licita dicantur, in quæ pœna fori humani non eſt conſtituta, etſi in ſe honeſtati naturali repugnent. Quæ porro actiones cum lege congruunt, BONÆ; quæ diſcrepant, MALÆ vocantur. Sed ut

§. XI. Reſpectu legis actiones ſunt licitæ vel neceſſariæ, item bonæ vel malæ. Accurate Grotius permiſſionem diviſit in propriam & impropriam: illam rurſus in plenam & minus plenam *l.* 1. *c.* 1. §. 17. *n.* 4 Idem vocis ambiguæ *licere* varias ſignificationes diſtinxit *lib.* III. *c.* 4. §. 2. Nos quatuor *liciti* ſignificatus obſervemus. (1) Licere dicitur, quod non eſt vetitum, lege ſilente; ut licet paciſci de crimine, non tranſigere (2) quod plene licet juſtumque eſt; ut occidere furem nocturnum, confugere ad aſylum, *l.* 4. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* Exodi XXII. vſ. 15. (3) quod rectius aliter fieret, ita vero permittitur, ut nullam contra proditum ſit remedium. v. c. divortia & concubinatus in rep. Rom. item in ſpecie *l.* 22. §. *f. D. locat. l.* 16. §. 4. *D. de minor. l.* 1. §. 3. *D. de peric. & comm. rei vend.* (4) quod impune fit, & jure externo toleratur; per ſe tamen eſt vitioſum; uti mendacia, otium, meretricia libido, ebrietas, aliaque quæ pudori civium & honeſtati relinquuntur. vid. Grot. *l.* II. *c.* 12. §. 26. *l.* III. *c.* 10. §. 1, 2. Jac. Gothofred. ad *l.* 144. *de Reg. jur.* & Cl. Barbeyrac. *Orat. de permiſſione & beneficio legis.* Bene Quintilian. *lib.* III. *Inſt. orat. c.* 6. *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa: ut in* XII. *Tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem*

ut aliqua actio bona ſit, neceſſum eſt, ut ex omni parte cum lege congruat, ut mala ſit, ſufficit, ſi in una duntaxat parte deficiat.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 6. §. 15. & *c.* 7. §. 2-4.

XII. Juſtitia perſonæ in quo conſiſtat? Juſtitia autem quandoque eſt attributum ACTIONUM, quandoque PERSONARUM. Quando JUSTITIA PERSONÆ tribuitur, ſolet vulgo definiri, quod ſit conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi. Juſtus quippe vir dicitur, qui juſta faciendo delectatur, qui juſtitiæ ſtudet, ſeu in omni re conatur facere, id, quod juſtum eſt. Injuſtus contra, qui negligit cuique ſuum tribuere, vel id non debito ſuo, ſed præ-

*legem mos publicus repudiavit.* Seneca *Troad. vſ.* 334.

*Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*

Ad primam claſſem pertinent actiones *indifferentes*, ob quas omiſſas vel patratas homo peccati non poteſt argui. Tales ſunt, quæ cujusvis arbitrio a lege permittuntur, neque valde proſunt aut obſunt ſocietati humanæ. Ita ſaltationes Grævius ad Ciceron. *l.* I. *de Off. c.* 42. Comœdias Burmannus; fœnus trapeziticum Salmaſius; loterias Clericus, aleæ luſum Barbeyraccius vindicavit. Athenæus *l.* I. *c.* 19. ſaltandi peritiam, apud Græcos rem præclaram & ſapiente dignam fuiſſe, refert. Contra Romæ *nemo ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit*, ait Cicero *pro Muren. c.* 6. Communiter plerique motus phyſici, naturæ humanæ non pernitioſi, ſine reſpectu ad legem, ſunt indifferentes, ex lege autem variam moralitatem induunt; uti ex concubitu cum uxore, virgine, conjuge alterius, & ſorore liquet. Hoc capere non poterant Cenſores Auctoris, vitio creati, qui indifferentismi moralis ipſum accuſabant, quibus reſpondit in *Eride Scand. pag.* 106 & 113.

§. XII. Juſtitia *perſonarum* reſpicit intentionem operantis, & tranquillam reddit conſcientiam; licet aliquis forte ob inopiam aut ignorantiam invincibilem, id quod injuſtum eſt agat. Juſtitia *actionum* vero reſpicit effectum operis & officia ipſa, ac

præſente commodo menſurandum exiſtimat. Sic ut juſti hominis non paucæ poſſint eſſe actiones injuſtæ; & vice verſa. Juſtus quippe juſta facit propter præceptum legis, injuſta non niſi per infirmitatem: injuſtus autem juſta facit propter pœnam legi adjunctam, injuſta per animi malitiam.

*J. N. & G. l. I. c. 7. §. 6.*

XIII. Justitia actionis quæ: & quid ab ejus bonitate differat?

Quando vero JUSTITIA ACTIONIBUS tribuitur, tunc nihil aliud eſt, quam recta adplicatio earundem ad perſonam. Et juſta actio, quæ ex proæreſi, ſeu à ſciente & volente adplicatur ad perſonam, cui illa debetur. Sic ut juſtitia actionum à bonitate in hoc potiſſimum differat, quod hæc ſimpliciter notet convenientiam cum lege, juſtitia autem præterea involvat reſpectum ad eos, in quos actio exercetur. Quo nomine

ac liberat a pœna externa, licet aliquis injuſte agat. Illa igitur ad Ethicam pertinet, hæc ad Juriſconſultos, qui tamen perperam priorem nobis definitionem, a Stoicis deſumtam, dederunt. videſis Cl. Noodt. *lib.* III. *Probab. c.* I. Secundum juſtitiam priorem bellum vel lis judiciaria utrinque culpa vacare poteſt; non ſecundum poſteriorem: quia facultas moralis ad contraria non datur. Grotius *l.* II. *de J. B. & P. c.* 23. § 13.

§. XIII. Quando Socrates apud Xenophontem *lib.* IV. *Memor. p.* 805. juſtum eſſe definit, quod legibus eſt conſentaneum, nullam inter actionem bonam & juſtam differentiam agnoviſſe videtur. Subtilius vero aliis actio *bona* eſt, quæ omni ex parte convenit principiis juſti, honeſti & decori: *juſta* vero, quæ principiis tantum juſti eſt conformis, & reſpectum ad perſonas involvit, in quas exercetur. Hinc Ariſtoteles *l.* V. *Ethic. c.* I. & Seneca. *epiſt.* 91. juſtitiam rem ſacram vocant, quæ nihil pro ſe petit, ſed bonum alienum ſpectat. Carneades ſummam ſtultitiam appellabat, quia ſibi nocet, aliorum commodis conſulens, apud Lactant. *l.* V. *c.* 17. ſed vid. Grotii *proleg.* §. 18.

ne etiam juſtitia virtus adverſus alium dicitur.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 7. §. 7.

**XIV.** **Juſtitia univerſalis & particularis, distributiva & commutativa.** Juſtitiæ diviſionem non omnes eodem modo inſtituunt. Receptiſſima eſt diviſio in Universalem & Particularem. Illa dicitur, quando quodcunque officium exercetur erga alios, etiam quod per vim, aut intentata in foro actione exigi non poterat. Hæc autem eſt, quando alicui potiſſimum exhibentur, quæ ille ſuo jure poſtulare poterat: hæc iterum ſolet dividi in Distributivam & Commutativam. Illa nititur pacto, inter ſocietatem & membra inito

§. XIV. Hæc diſtinctio vocabuli æquivoci ab Ariſtotele. *l.* v. *Ethic. c.* 2. & *Magn. moral, l.* 1. *c.* 33. deſumta, Ethicæ tantum eſt contemplationis, & varie ab Eruditis explicatur. Auctor *l.* 1. *c.* 7. §. 8. univerſalem vocat eminentem, quæ omnia officia ex regulis juſti, honeſti & decori contineat; particularem appellat vulgarem, quæ continet officia juſti: ſed Joh. Georg. Wagnerus *de J. nat. p.* 2. *c.* 9, §. 4. ait, totam doctrinam ſic confundi, & ad alium plane ſenſum invitam detorqueri. Utcunque interpreteris, ſemper vox univerſalis manebit inconcinna; cum prius diviſionis membrum totum, quod dividitur, exhaurit. Non melior eſt ſubdiviſio juſtitiæ in *diſtributivam* & *commutativam*; quarum illa proportionem inter perſonas, hæc inter res obſervat. magis enim juſtitiæ objectum, quam juſtitiam dividit, nec unum errorem gignit. Res omnis eo redit, an in exercenda juſtitia ratio dignitatis & perſonarum haberi debeat? quod in contractibus & aſſignandis dominiis negamus, in præmiis vero, honoribus & pœnis affirmamus; homini enim vili infamia leve eſt malum, honorato grave, & mulcta eadem pauperem magis, quam divitem onerat. *l.* 16. §. 3. *de pœnis l.* 12. *D. de incend. ruin.* Unica Grotii *l.* 1. *c.* 1. §. 8. diviſio ſufficit, in juſtitiam *attributricem* & *expletricem*: illa eſt virtus, quæ in

Digitized by Google

inito circa, participandum pro rata damnum & lucrum. Hæc autem nititur contractu bilatere potiſſimum circa res & actiones in commercium venientes.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 7. §. 8, 10.

Cognito quid juſtitia ſit, facile etiam quid INJUSTITIA ſit colligitur. Ubi obſervandum, quod actio injuſta, quæ deſtinato ex conſilio ſuſcipitur, & per quam violatur, quod alteri perfecto jure debebatur, aut quod tali jure undecunque partum is poſſidebat, proprie INJURIA vocetur. Quæ triplici modo fit, vel ſi alicui denegetur, quod ſuo jure poſtulare poterat, (non ſi quid duntaxat ex humanitate aut ſimili virtute debebatur) vel ſi auferatur, quod ſuo jure, adverſus auferentem valente, tenebat; vel ſi malum aliquod alteri inferatur, quod inferendi poteſtatem non habebamus. Ad injuriam præterea requiritur deſtinatum conſilium, & malitia ejus, qui facit. Quæ ubi adfuerit, & XV. Injuſtitia, injuria, culpa, quae?

in præmiis, pænis & muneribus habet rationem meriti, & cuique aſſignat, quod habere dignus eſt: hæc vero in commutandis rerum dominiis explet, compenſat & cuique tribuit, quod ex jure perfecto, in ſtatu naturali per bellum, in ſtatu civili per actionem petere poteſt. Conf. Huber. *Obſerv. jur. human. l.* 1. *c.* 8. *&* 9.

§. XV. Injuſtitia pariter ac juſtitia eſt vel perſonarum vel actionum: prior eſt habitus mentis, jus ſuum cuique negandi: poſterior vero eſt violatio juris perfecti alterius. Eaque ſi fiat ex deſtinato conſilio *dolus* & injuria; ſi per errorem & negligentiam *culpa*; ſi utrumque abſit, *caſus* appellatur. Cicero *lib.* v. *ep.* 17. *Communem*, ait, *& incertum caſum neque vitare quiſquam noſtrum, neque præſtare ullo pacto poteſt.* Tenenda etiam hic eſt regula Ariſtotelis *lib.* v. *Ethic. c.* 2. *Non omne quod injuſtum eſt, ideo iniquum eſt: at omne iniquum etiam eſt injuſtum.*

læſio alterius INFORTUNIUM aut CULPA vocatur, gravior aut levior, prout gravis aut levis fuerit ſocordia & negligentia, ex qua quis in alterum velut incurrit.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 7. §. 14-17.

XVI. Lex variè diviſa: divina, humana, naturalis, poſitiva. Lex reſpectu auctoris dividitur in DIVINAM & HUMANAM; illa à Deo, hæc ab hominibus lata eſt. Sed ſi lex conſideretur, prout neceſſariam & univerſalem congruentiam cum hominibus, vel minus habet, dividitur in NATURALEM & POSITIVAM. Illa eſt quæ cum rationali ac ſociali natura hominis ita congruit, ut humano generi honeſta & pacifica ſocietas citra eandem conſtare nequeat. Unde & illa per rationis homini congenitæ lumen, & ex conſideratione humanæ naturæ in univerſum inveſtigari & cognoſci poteſt. Hæc eſt, quæ ex communi conditione humanæ naturæ hautquaquam fluit, ſed abs ſolo legiſlatoris placito proficiſcitur: etſi nec ipſa ſua ratione, ac uſu, quem certis hominibus, aut peculiari ſocietati generat, carere debeat. Eſt autem LEX DIVI-NA

§. XVI. Hæc definitio juris naturæ Auctoris principio ſocialitatis eſt accommodata. Alia vero eſt Grotii *l.* I. *c.* I. §. 10. quam illuſtrat Auctor *dubiorum juris nat. cap.* IV. *n.* 52. alia rurſus veterum Juriſconſultorum, quæ ad prima naturæ pertinet in *l.* I. §. 3. *de Juſt. & Jur.* Rectius dicitur, quod ſit lex divina, per ipſam hominum naturam promulgata. vel, Juſſus dei, per rationem promulgatus, obligans ad procurandam ſui felicitatem. Ceterum Scholaſtici quatuor legis ſpecies faciunt, *æternam*, *naturalem*, *divinam & humanam*. Rectius Lex a Grotio *lib.* I. *c.* I. dividitur in naturalem & voluntariam (2) hæc eſt divina vel humana. (3) Humana eſt jus gentium vel civile. (4) Divina eſt ceremonialis

Digitized by Google

NA alia NATURALIS, alia POSITIVA. HUMANA autem omnis, preſſe accepta, POSITIVA eſt.

J. N. &. G. *l.* I. *c.* 6. §. 18.

nialis vel forenſis. Ariſtoteles *lib.* v. *Eth. c.* 10. *Jus aliud naturale eſt, aliud legitimum: naturale, quod ubique eandem vim habet: non quia ita videtur, vel minime. Legitimum, quod a principio, utrum hoc an illo modo fiat, nil refert: ubi vero conſtitutum fuerit, refert.* Quod vero Grot. *d. c.* I. §. 15. jus divinum voluntarium dividit in univerſale & particulare pleriſque nunc diſplicet; quia non patet, Deum legem poſitivam univerſalem toti humano generi dare voluiſſe, dum illam omnibus gentibus non promulgavit; *Quomodo audient, ſine prædicatione?* ait Paulus Rom. x. vſ. 14. Nec opus eſt illa doctrina, quia leges Geneſ. II. *vſ.* 22. *&* 23. III. *vſ.* 16. IX. *vſ.* 6. & Levit. XVIII. ſunt vel concluſiones juris naturæ, vel pertinent ad præcepta honeſti & decori, vel prorſus nos non obligant, uti Viri Cl. Thomaſius *Obſerv. Hal. Tom.* VI. *c.* 27. §. 43. & Buddeus *Inſtit. Theolog. mor. part.* 2. *cap.* I. §. 9. repudiata, quam ante foverant, contraria ſententia, oſtenderunt. Nec aliud perſuadet Albertus Riperus, in diſſert. *de lege & legibus divinis poſit. univ.*

D CAP.

## CAP. III.

# *De Lege Naturali.*

SUMMARIA.

I. *Fundamentum legis naturalis natura hominis.*
II. *Studium conſervandi ſeipſos hominibus innatum,*
III. *ſed extra ſocietatem cum majore, quam aliis animalibus ineſt, imbecillitate,*
IV. *aliis nocendi proclivitate,*
V. *ad noxas mutuo inferendas potentia,*
VI. *ingeniorum varietate, indeque pendente ad mutuas colliſiones diſpoſitione.*
VII. *Unde conficitur, neceſſum eſſe, ut homo ſit ſociabilis.*
VIII. *Leges hujus ſocialitatis ſunt leges naturales.*
IX. *Lex naturæ fundamentalis, colendam ſocialitatem.*
X. *Præcepto huic vim legis conciliat exiſtentia & providentia Dei,*
XI. *qui legis naturalis auctor eſt.*
XII. *Quo ſignificatu eadem natura nota ſit?*
XIII. *Summa diviſio officiorum naturalium erga Deum, ſe ipſum & alios homines.*

GROT. *d.* J. B. & P. *Proleg.* §. 6. *ſeqq.* & *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *ſeqq.*

I. Lex naturæ ex natura hominis eruenda.

QUÆNAM Legis Naturalis ſit indoles, quæ neceſſitas, & quibus eadem præceptis in iſthac mortalium conditione conſtet, planiſſime perſpicitur, ſi quis naturam & ingenium hominis penitius perſcrutatus fuerit. in-

§. I. Ante omnia hic exponendum erat, quid ſit *Natura*, & probandum, dari aliquod jus natura, quod non opinio inſevit, ſed vis innata. Ex mente gentium natura eſt id, a quo ſunt omnia. Seneca *lib.* IV. *de*

Digitized by Google

Sicuti enim ad accuratam legum civilium cognitionem plurimum facit, ſtatum civitatis, moresque & ſtudia civium probe intellexiſſe: ita perſpecto communi mortalium ingenio ſta-

 tuque

*de beneſ. c.* 7. *Quid aliud eſt natura, quam Deus, & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inſerta?* Sed cum natura ipſis etiam notet aliquid Deo inferius, incertum eſt, ad naturam naturantem, an naturatam reſpexerit Ulpianus in *l.* 1. §. 3. *de J. & J. Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit.* Juſtinianus enim in §. XI. *Inſt. de Rer. div.* cum Cajo ſuo, jus naturale deſcribit, quod, cum ipſo genere humano, *rerum natura* prodidit. Inter recentiores Winclerus *lib.* 1. *c.* 6. & 7. diligentius excuſſit, quot modis natura accipiatur, & tandem in eo deſinit, per naturam, cui jus adſcribitur, intelligi naturam humanam, quæ in ratione conſiſtit. Cum enim Deus hominem condidit ratione utentem, & ad ſocietatem, pacem & felicitatem conformatum, naturam ei indidit moralem, quæ normam ipſa continet, ſecundum quam, quid ſibi ſit tributum natura, cujus muneris colendi cauſa ſit natus, & quo pacto ſe conſervare, ſuamque felicitatem debeat promovere cognoſcit. Quicquid illi naturæ ſit conſentaneum, Deus probat, contrarium improbat. Ab illa igitur *hominis natura* hoc jus repetendum eſt, ut Cicero ait, *lib.* 1. *de LL. c.* 5. qui *c.* 6. cum Sophocle vel Ariſtotele, illud deſcribit, quod ſit *ratio ſumma, inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.* Alterum, quod latius hic exponendum dicebam, erat *Exiſtentia* juris naturæ, quam Grotius in *proleg.* §. 6. contra Carneadem, ex appetitu ſocietatis tranquillæ, quantum ejus inſtituto ſufficiebat, demonſtravit. Alii ab exiſtentia Dei, conſenſu gentium, vel natura ſocietatis argumenta depromunt. Sed clarius ex intentione creatoris dari jus natura probatur: Deus enim, ſicut homines fecit ad legem recipiendam aptos, & qua ſine felices eſſe nequeant, ita rectam rationem naturæ eorum indidit. atque in ſymbolum amoris & obedientiæ certam normam huic animali nobiliſſimo præſcripſit, ſecundum quam in ſocietate pax externa & interna quærenda eſſet, ſine qua felicitas, ab illo intenta, obtineri nequit. Denique vel ſolum dictamen conſcientiæ jus naturæ evincit, nemine monente. vid. Cicero. *lib.* 1. *de LL. cap.* 14.

ingenio ſtatuque facile patebit, quibus legibus eorundum incolumitas contineatur.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 14.

II. Conſervationi ſui ante omnia homo ſtudet.

Id igitur Homo habet commune cum omnibus

§. II. Omnes in eo conveniunt, quod Principium *eſſendi* juris naturæ ſit Dei voluntas; *cognoſcendi* vero ratio & natura humana, cum relatione ad Deum, finemque ab eo intentum. Sed plerique, his non contenti, aliud quæſiverunt Principium, quod ſit unicum, univerſale, primum, evidens, domeſticum & adæquatum. Neque Cicero *lib.* 1. *de LL. c.* 5. *ejusmodi fontem legum & juris inveniri poſſe*, deſperat. Sed nullum hactenus, quod omnia habeat requiſita, repertum eſſe videtur, ſi ea, quæ ſingulis, ſolido judicio reponit Vir. Cl. Gribnerus *princ. juriſpr. nat. proleg. c.* 4. penſitemus. Neque ratio ejus rei obſcura eſt. Nam (1) mens noſtra complexum omnium veritatum, divinarum & humanarum, compendio unius propoſitionis comprehendere nequit. (2) Rationes juris naturæ, in quibusdam materiis, poſt lapſum, ſunt valde obſcuræ, & veritas intellectui recte formato ſeſe inſinuat, licet a priori nequeat demonſtrari. (3) Tot diverſa objecta, & innumera juris, æqui, boni que capita, in unum principium admittant, probabile quidem videtur, ſed hactenus non liquet. (4) Sufficit ipſas veritates patere, quibus demonſtratis, de fonte univerſali eſt cogitandum (5) Phyſici tale principium, in rebus, quæ in ſenſus incurrunt, naturalibus, non habent, quanto minus in moralibus illud inventu eſt facile. (6) Pleræque deinceps propoſitiones fundamentales, hactenus prolatæ, in logomachiam deſinunt, vid. Prœlei *Diſſ. de orig. div. jur. nat. princ.* Biblioth. miſc. Halenſ. *T.* VI. *art.* 9. & Auctor *Dubiorum juris nat. c.* 5.6. Si quis autem principio carere non poſſit, is cum Viris Cel. Thomaſio, Gundlingio & Leyſero hoc ponat: Fac ut sis felix; fies autem, ſi coles pacem externam, & internam, & quæ amicitiam promovent; quæ ſunt principia Juſti, Honeſti & Decori. Auctor vero in ſuo principio ſocialitatis demonſtrando ita procedit: Homo ſe ipſum amat, idque cum ceteris animalibus habet commune, ut ſimul atque natus eſt, ipſe ſibi

bus animantibus, queis ſenſus ſui ineſt, ut ſe ipſo nihil habeat carius: SEIPSUM STUDEAT omnibus modis CONSERVARE: ut quæ bona ſibi videntur, adquirere; quæ mala, repellere nitatur. Qui quidem affectus regulariter tantus eſt, ut reliqui omnes eidem cedant. Et quicunque hominis ſalutem impugnatum it, eum non poteſt non iſte averſari, eouſque ut etiam depulſo malo intentato, plerumque odium & cupiditas vindictæ adhuc remaneat.

*dict.* §. 14.

Aſt in eo præ brutis Homo deteriore jam conditione videtur, quod vix ullum aliud animal tanta à nativitate IMBECILLITAS proſequatur; ſic ut miraculi ſit inſtar futurum, ſi quis ad maturam ætatem pervenerit, niſi aliorum hominum auxilium accedat. Cum nunc inter tot

III. Citra ſocietatem, minus quam bruta ſe conſervare poteſt.

D 3

ſibi natura commendetur, ad ſe conſervandum, alienetur autem ab interitu, iiſque rebus, quæ interitum poſſent adferre. Hoc eſt quod Satan dicit apud Jobum II. *vſ.* 4. *Pellem pro pelle, & quicquid eſt viro, daturus eſſet pro ſe ipſo.* Idem quoque Taurus Philoſophus tradit apud Gellium *lib.* XII. *c.* 5.

§. III. Pergit, nihil eſſe miſerius homine, ſine aliorum adjutorio: id vero, citra fictionem*, intelligi poteſt. Homo enim, non ut à matre, ſed ut a noverca, in lucem edi videtur, corpore nudo, & fragili, & infirmo: animo autem anxio ad moleſtias, humili ad timores, prono ad libidines, in quo tamen ineſt, tanquam obrutus quidam divinus ignis ingenii & mentis, ut Cicero ait apud Auguſtinum *lib.* IV. *contra Pelag.* Patet id quoque ex hiſtoria pueri, à capra educati, apud Procop. *lib.* II. *Goth.* Aliud exemplum pueri, a lupis capti, & mirabilem in modum educati, deinde vero in aulam Haſſiacam pro ſpectaculo allati, habet Auctor Suppl. Lamberti Schafnab. *ad Ann.* 1344. Recentius ex Hartknochio addidit Hert. *de ſocial. primo jur. nat. princ. ſect.* I. §. 7.

tot inventa humanæ neceſſitatis adminicula plurium annorum ſollicita informatio requiratur, ut proprio quis Marte victum & amictum ſibi parare queat. Fingamus hominem, citra omnem ab aliis hominibus accedentem curam & culturam, ad robuſtam ætatem provectum, cui nihil ſit ſcientiæ, niſi quod ex proprio ingenio velut ultro pullulavit, eundemque ab omni aliorum hominum ope atque conſortio in ſolitudine deſtitutum. Sane vix miſerabilius animal deprehendetur. Elingue nimirum ac nudum, cui nihil aliud relictum, quam herbas radicesque vellere, aut ſponte natos fructus legere, ſitim fonte, flumine, aut lacuna obvia levare, repellendis aëris injuriis antra ſubire, aut muſco gramineve corpus utcunque tegere, tempus tædioſiſſimum per otium exigere, ad quemvis ſtrepitum aut alterius animantis occurſum exhorreſcere, denique fame, frigore, aut per feram beſtiam demum perire. Contra quidquid jam commoditatum vitam humanam comitatur, id omne ex mutua hominum ope redundavit. Sic ut poſt Deum O. M. nihil in hoc orbe ſit, ex quo major utilititas homini provenire queat, quam ex ipſo homine.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 14.

IV. Proclivitas hominum aliis nocendi.

Iſthoc tamen tam utile invicem animal non paucis laborat vitiis, & non minore NOCENDI FA-

§. IV. Proclivitas hominis ad nocendum vel ex eo cernitur, quod nulla tam deteſtabilis eſt peſtis, quæ homini ab homine non proficiſcatur, unde tritum illud: *Homo homini lupus.* Pejor etiam hactenus eſt brutis & marinis belluis, quæ non ſæviunt, niſi in diſpar genus. Vid. Juvenal, Sat. XV. *vſ.* 159, *ſeqq.*

Facultate præditum eſt; quæ conjunctionem cum ipſo reddunt ſatis ancipitem, magnamque requirunt cautionem, ne pro bono malum quis ab illo ſortiatur. Jam primum major fere ad nocendum proclivitas in homine, quam in quovis brutorum deprehenditur. Nam bruta fere cibi deſiderio & Veneris efferantur, quorum utrique tamen facili negotio ipſa ſatisfacere poſſunt. Et eo deſiderio ſopito non temere in iras, aut ad lædendum alios concitantur, niſi quis irritaverit. Aſt homo animal eſt nullo non tempore in libidinem paratum, cujus ſtimulis longe frequentius vellicatur, quam conſervandæ ſpeciei neceſſarium videbatur. Ejuſdem quoque venter non ſatiari duntaxat, ſed & titillari vult; & ſæpe plura adpetit, quam natura digerere valet. Veſtibus ne indigerent bruta, natura proſpexit. Aſt homo non ad neceſſitatem tantum, ſed & ad oſtentationem veſtiri gaudet. Multi præterea affectus atque cupidines, brutis ignoti, in mortalium genere deprehenduntur, ut ſuperflua habendi libido, avaritia, gloriæ & inter alios eminendi cupiditas, invidia, æmulatio, ingeniorumque contentio. Indicio eſt, quod pleraque bella, quibus genus mortalium colliditur, ob cauſas geruntur brutis ignotas. Atque iſta omnia ſtimulare homines poſſunt & ſolent, ut ſibi mutuo nocere velint. Accedit in multis eximia quædam petulantia, & aliis inſultandi libido; quibus cæteri, etiam modeſto ingenio præditi, ſtudio ſe ac ſuam libertatem conſervandi ac tuendi, non poſſunt non offendi, ac ad reſiſtendum accingi. Quandoque etiam homines ad mutuas læſiones incitat inopia, & quod præſens rerum

copia cupiditatibus aut indigentiæ eorum non ſufficiat.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 14.

V. Vis hominum ad noxas mutuo inferendas.

Sed & maxima Vis ineſt hominibus AD NOXAS MUTUO INFERENDAS. Nam etſi neque unguibus aut cornibus ſint formidabiles, ut multa brutorum; tamen habilitas manus in efficaciſſimum nocendi inſtrumentum evaleſcere poteſt; & ſolertia ingenii aſtu & per inſidias graſſandi facultatem dat, quo aperta vi pertingere non licet. Sic ut facillimum ſit, homini graviſſimum malorum naturalium, nempe mortem, inferre.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 14.

VI. Ingeniorum varietas & ad mutuas colliſiones diſpoſitio.

Denique & in genere humano conſideranda eſt inſignis illa INGENIORUM VARIETAS, qualis in ſingulis brutorum ſpeciebus non cernitur; quippe quæ conſimiles fere inclinationes habent, parique affectu & appetitu ducuntur. Aſt inter homines quot capita tot ſenſus, & ſuum cuique pulcrum. Nec ſimplici aut uniformi cupidine omnes agitantur, ſed multiplici & varie inter ſe mixta. Imo unus & idem homo ſæ-

§. V. Hominem ad nocendum eſſe idoneum, vel ſola manus doceat, quam Ariſtoteles *lib.* IV. *de part. animal. c.* 10. homini, ait, eſſe pro haſta, pro enſe, & pro armis quibuslibet, quia omnia poteſt ſumere ac tenere.

§. VI. Naturalem illam hominum ad diſſentiendum facilitatem, Ulpianus quoque memoravit in *l.* 17. §. 6. *D. de recept. qui arb.* Horatius item *lib.* II. *ſat.* I. *Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum millia.* Et inter notiſſima eſt illud Terentianum: *Quot homines: tot ſententiæ.*

ſæpe ſibi diſſimilis cernitur, & quod uno tempore concupivit, ab eodem alio tempore valde abhorret. Nec minor in ſtudiis, inſtitutis, & ad exſerendum animi vigorem inclinationibus varietas, quæ jam in infinitis fere vitæ generibus conſpicitur. Per quæ ne mutuo collidantur homines, ſollicita temperatura & moderatione opus eſt.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 14.

VII. Unde deducitur ſocietatis colendæ neceſſitas.

Sic igitur homo jam eſt animal ſui conſervandi ſtudioſiſſimum, per ſe egenum, ſine auxilio ſui ſimilium ſervari impotens, ad mutua commoda promovenda maxime idoneum; idem tamen juxta malitioſum, petulans, & facile irritabile, ac ad noxam alteri inferendam pronum non minus quam validum. Unde colligitur, eidem ut ſit ſalvus, NECESSUM ESSE, UT SIT SOCIABILIS, id eſt, ut cum ſui ſimilibus conjungatur, & adverſus illos ita ſe gerat, ut ne iſti probabilem cauſam accipiant eum lædendi, ſed potius ejuſdem commoda ſervare & promovere velint.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 15.

VIII. Leges ſocialitatis ſunt Leges naturæ.

Hujus ergo Socialitatis Leges, ſeu quæ docent, quomodo quis ſeſe debeat gerere, ut commodum ſocietatis humanæ membrum exiſtat, vocantur LEGES NATURALES.

*dict.* §. 15.

IX. Lex fundamenta-

His poſitis adparet, FUNDAMENTALEM LE-

lis, ſervandam ſocialitatem.

GEM NATURALEM eſſe hanc: Cuilibet homini quantum in ſe colendam & ſervandam eſſe ſocialitatem. Ex quo conſequitur, quia qui vult finem, vult etiam media, ſine quibus finis obtineri nequit, omnia, quæ ad iſtam ſocialitatem neceſſario & in univerſum faciunt, jure naturali præcepta; quæ eandem turbant aut abrumpunt, vetita intelligi. Reliqua autem præcepta ſunt tantum velut ſubſumtiones ſub hacce generali lege, quorum evidentiam lumen illud naturale hominibus inſitum inſinuat.

Iſt-

§. IX. Fuſe Auctor hoc principium, tanquam fontem juris naturæ, proponit *Op. Maj. lib.* 11. *c.* 3. §. 14. & in *Specim. controv. cap.* 4. quod inſcribitur *de fundamentali propoſitione legis nat.* Sed alia argumenta, a ſocietate ceterorum animalium, amore infantum & uſu ſermonis petita, ante ipſum attulerat Grotius in *proleg. de J. B. & P.* §. 7. Alia rurſus, ex cognatione generis humani, addidit Hertius *de ſocialit. juris nat. princ.* & quæ moveri poterant dubia, Sibrandus in Differt. *de principio juris nat.* tollere conatus eſt. Verum ſumma horum omnium quidem eo redit, ita natos eſſe nos, ut inter omnes eſſet ſocietas quædam, ac hominis naturam impelli ad ſocietatis, id eſt, pacis & amicitiæ cultum: multa etiam juris naturalis præcepta, ut neminem lædendum, damnum reparandum, & beneficia rependenda, egregie ex hoc fonte derivari poſſunt. immo Cicero *lib.* 1. *de Off. cap.* 16. diſerte *primum naturá principium* vocat, quod cernitur in univerſi generis humani ſocietate. Neutiquam vero illud eſt perpetuum, univerſale, & adæquatum, ſi de toto jure naturæ loquamur, ut ipſe Auctor infra §. 13. & *ſpecim. controv. c.* v. §. 5. agnoſcit. Præterea eſt illud obſcurum; quia non conſtat, an ad ſocietatem univerſi generis humani, an ad particulares ſocietates ſit reſpiciendum: quin imo ipſe Auctor. *l.* VI. *c.* I. in arduis quæſtionibus, de polygamia, inceſtu, divortio, ſtupro, concubinatu, ad alias rationes confugere debuit; Grotius etiam, per totum opus, tam pauca ex principio ſocialitatis decidit, ut dubium ſit, an voluerit illud ſtabilire.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 15.

Iſthæc porro præcepta etſi manifeſtam habeant utilitatem, tamen ut eadem VIM LEGIS obtineant, neceſſum eſt præſupponi, Deum eſſe, & ſua providentia omnia regere; eundemque mortalium generi injunxiſſe, ut iſta rationis dictamina tanquam leges, ab ipſo vi congeniti luminis promulgatas, obſervent. Alias enim poſſent ea quidem fortaſſe obſervari intuitu utilitatis, ſicut quæ à medicis regendæ valetudini præſcribuntur, non autem tanquam leges; quippe quæ neceſſario ponunt ſuperiorem, & quidem talem, qui alterius gubernationem actu ſuſceperit.

X. Cultura ſocialitatis ut vim Legis habeat, ſupponendus Deus.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 20.

Eſſe autem Deum LEGIS NATURALIS AUCTO-

XI. Legis naturalis

§. X. Principium *Eſto ſocialis* neminem ponit ſuperiorem, ideo atheus illud quidem lubens amplectitur, quatenus manifeſtam continet utilitatem, non vero tanquam rationem legis, a Deo pro imperio nobis injunctæ. Auctor igitur videns hoc ſibi obmotum iri, addit, neceſſum eſſe præſupponi dari Deum, cujus providentia genus humanum gubernetur; quia ſine legislatore non magis lex eſſe poteſt, quam effectus ſine cauſa. Grotius quidem *in prol.* §. 11. putavit, etiamſi daremus, quod ſine ſummo ſcelere dari nequit, non eſſe Deum, nihilominus hominem fore ſocialem, quia atheus profeſſus, bona phyſica amplectitur. Sed cautius dixiſſet *ignorato Deo*, pro, *non eſſe Deum*: Forſan etiam floſculo oratorio, a Thoma Aquinate deſumpto, utitur. Vid. Cl. Barbeyracc. in *not. ad dict.* §.

§. XI. Eſſe Deum Legum naturalium auctorem, ordine paullulum mutato, clarius ita oſtenditur: Deus hominem creavit & ſuſtentat; quicquid Deus facit, id intel-

ligit

Digitized by Google

Deus eſt vincitur auctor.

TOREM, ex ratione naturali ita demonſtratur; ſi præciſe præſenti mortalium conditioni inhæreamus, non attendendo, an primæva conditio diverſa ab hac fuerit. Cum enim natura hominis ita ſit conſtituta, ut citra ſociabilem vitam humanum genus incolume eſſe nequeat, hominisque animus notionum huc inſervientium capax deprehendatur; & vero pateat, non ſolum genus humanum, uti alias creaturas, originem ſuam Deo debere, ſed & eundem iſtud utcumque jam conſtitutum providentiæ ſuæ moderamine complecti: inde conſequitur, Deum velle, ut homo iis viribus, quas ſibi præ brutis peculiares ineſſe ſentit, ad naturæ ſuæ incolumitatem utatur, utque adeo à brutorum exlege vita, humana vita ſit diſtincta. Id quod cum aliter, quam ſervata lege naturali, obtineri nequeat; intelligitur quoque à Deo obligatum hominem ad iſthanc ſervandam, tanquam medium non ex arbitrio hominum inventum, ac ex eorum libidine mutabile, ſed expreſſe ab ipſo, Deo huic fini procurando, conſtitutum. Qui enim obligat ad finem, cenſetur quoque eundem obligaſſe ad uſurpanda media fini neceſſaria. Sed & ſocialem vitam à Deo hominibus pro imperio injunctam eſſe, indicio eſt,

ligit perfecte; Si intelligit, ergo & ſcopum quendam intendit; Scopus ille eſt duplex, ſui gloria & felicitas generis humani. Neuter ſine lege poteſt obtineri, igitur pro æterna ſapientia ſua animum ei dedit felicitatis cupidum & normæ capacem; hujus enim alius non potuit eſſe auctor, quam qui eſt conditor naturæ humanæ & rerum omnium, ipſe nimirum Deus. Hinc θεῖοι νόμοι dicuntur apud Xenophont. *lib.* IV. *Memorab. pag.* 807. Unum illum legis hujus inventorem quoque agnovit Cicero apud Lactantium *lib.* VI. *c.* 8. & Juſtinianus §. XI. *Inſt. de J. N. G. & C.*

eſt, quod in nullo præterea animante ſenſus religionis, aut metus Numinis deprehendatur, qui in animali exlege intelligi non poſſe videtur. Abs quo generatur tener admodum ſenſus in animis hominum non plane corruptorum, quo convincuntur, in legem naturalem peccando offendi illum, cui in animos hominum imperium eſt, & qui metuendus ſit, etiam ubi ab hominibus metus non impendet.

J. N. & G. *l.* I. *c.* 2. §. 12, 20.

Quod vulgo dicitur, iſthanc Legem naturæ notam eſſe, id non ita capiendum videtur, quaſi in animis hominum jam naſcentium innata? XII. Quo ſenſu lex dicatur eſſe natura nota?

§. XII. Hac metaphora Paulus utitur, ad Roman. II. *vſ.* 15. verum non intelligit miraculoſam & actualem notitiam, quæ animis hominum naſcentium inhæreat: ſed potentiam proximam, ſive facilem, & cum naturali quadam propenſione conjunctam ratiocinandi facultatem, qua gentes, ſine doctore, præcepta juris hujus generalia tam facile ex tabulis naturalibus percipere poterant, quam Judæi ea ex lege, tabulis lapideis inſcripta, cognoſcebant, uti Grot. explicat *lib.* I. *d. J. B. & P. c.* I. §. 16. *n.* 6. & latius Pufend. noſter in *ſpecim. controv. c.* IV. §. 23. Idem Paulus ſimiliter alibi, naturam opponit inſtitutioni, I Corinth. XI. vſ. 14. & quæ non natura ſunt, tamen, phraſi ſcripturæ, cordibus inſcripta dicuntur, Jerem. XVII. vſ. I. XXXI. vſ. 33. & Proverb. VII. vſ. 3. Similiter quoque alii veteres, utriuſque linguæ auctores loquuntur. Vid. Cl. Clericus *Art. crit. Tom.* I. *p.* 2. *S.* I. *c.* 4. Ad has etiam collectiones naturales pertinet, quod Philo, libro, Omnem virum bonum eſſe liberum, ait: *legem ab immortali natura inſculptam eſſe in mortali intellectu.* Sic Plutarchus ad Principem indoctum: *non foris ſcriptam in libris, aut lignis inſculptam, ſed vivam in cujusvis ratione* vocat. Hi ſunt *parvi igniculi*, & *ſemina inſita omnium artium & virtutum*, ut Cicero & Seneca loquuntur, quæ mens noſtra tam facile percipit, quam

inhæreant actuales & diſtinctæ propoſitiones circa agenda & fugienda. Sed partim quod illa per lumen rationis inveſtigari poſſit; partim quod ſaltem communia & præcipua capita legis naturalis ita plana & liquida ſint; ut ſtatim aſſenſum inveniant, & ita animis inoleſcant, ut nunquam inde iterum deleri queant, utut forte homo impius ad ſopiendas conſcientiæ vellicationes eorundem ſenſum plane ſtudeat exſtinguere. Quo nomine etiam in Sacris Literis cordibus hominum inſcripta dicitur. Inde & cum à puero ex vitæ civilis diſciplina eorundem ſenſu imbuamur; & vero recordari non poſſimus id tempus, quando primum eadem hauſerimus, non aliter de ea cognitione cogitamus, ac ſi illa nobis naſcentibus jam adfuiſſet. Id quod cuilibet etiam circa linguam ipſi vernaculam contingit.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3. §. 13.

XIII. Officia hominis

DIVISIO OFFICIORUM quæ ex lege naturali ho-

quam ſpeculum imagines, aut oculus figuras. Qui vero actuales & diſtinctas propoſitiones, circa agenda & fugienda, antequam ratione utimur, nobiſcum naſci volunt, vel ſolis exemplis infantum, quos inter bruta ſupra educatos, diximus, facile refelluntur. Adde *Eſaiæ* VII. *vſ.* 16. & Lockium *de intell. hum. l.* 1. *c.* 2.

§. XIII. In Opere Maj. *lib.* 11. *c.* 3. §. 19. Auctor ſocialitatem poſuerat principium, ex quo præcepta juris naturalis, *quæ alios ſpectant*, petenda eſſent. Omiſerat ergo §. 24. officia erga Deum, quia de illis non erat tractaturus. Hic autem, extenſis diſciplinæ limitibus, dubius hæret, quomodo tripartita illa officia ex principio ſuo ſocialitatis derivet. Sed indirecta demonſtratio, ad quam confugit, uti in jure naturæ non eſt demonſtratio, ita religionem ſubordinat ſocialitati; cum tamen

Digitized by Google

homini incumbunt, commodiſſime videtur inſtitui SECUNDUM OBJECTA, erga quæ iſta ſunt exercenda. Quo intuitu illa in tres principales partes diſpeſcuntur, quarum prima tradit, quomodo ex ſolo rectæ rationis dictamine quis ſeſe debeat gerere adverſus DEUM; altera quomodo adverſus SEIPSUM; tertia quomodo adverſus ALIOS HOMINES. Quanquam autem primario & directe ea præcepta legis naturalis, quæ ad alios homines ſpectant, ex ſocialitate, quam fundamenti loco ſubſtravimus, deriventur: tamen etiam indirecte officia hominis erga Deum

ſpectant Deum, noſmet, alios.

men ratio, abſtrahendo ab omni obligatione ſocialitatis, homini cultum Dei injungat, & religio primario ſit propter Deum, ſecundario vero coagulum ſocietatis civilis & fundamentum legislationis. Econtrario, in hoc manuali omiſit Auctor *jus gentium* voluntarium, quia illud a jure naturæ reipſa diſtinctum eſſe, cum Hobbeſio, negaverat, in *Op. Maj. l.* II. *c.* 3. §. 23. Multis quoque illud Hertius oppugnavit, in *diſſert. de Lytro ſect.* I. Barbeyracc. ad Ill. Bynkershoek *de foro legat. c.* 3. & Cl. Rötgerſius *diſſert. ſingulari*, tum quia non eſt ſuperior, neque legislator; tum quia incertum eſt, quænam gentes ſint moratiores; tum denique quoniam inter liberos populos ex pacto, conſuetudine vel præſcriptione jus introduci non poteſt. Primum autem Grotius de eo meritus eſt, qui opus ſuum de jure gentium inſcribere voluit, ut ipſe Epiſt. 75. & 78. *ad Gallos* ait. Is etiam in *proleg.* §. 40. illud definit, & a jure naturæ diſtinguit. *lib.* I. *c.* I. §. 14. Idem quoque illud exemplis probat *l.* II. *c.* 18. *&* 19. Profeſſa opera deinde Jo. Joach. Zentgravius *de origine, veritate & obligatione juris gentium* diſquiſivit. Plane aliæ illationes ex ſimplicibus naturæ principiis, vetantibus vel præcipientibus, procedunt, aliæ ex ratiocinio compoſito: hoc enim, propter utilitates & neceſſitates publicorum commerciorum, gentibus inter ſe varia ſuaſit, quæ deinde communi conſenſu, moribus & tacito pacto declarato, in jus tranſierunt. Quemadmodum ergo jus civile ex præceptis naturalibus gentium & civilibus conſtat, ita jus naturæ a ju-

re

Digitized by Google

Deum tanquam Creatorem inde deduci poſſunt; quatenus ultimum firmamentum officiis ergo alios homines à religione & metu Numinis accedit, ſic ut ſociabilis quoque non eſſet homo, ni religione foret imbutus. Et quia ſola ratio in religione ulterius progredi nequit, quam quousque illa inſervit promovendæ tranquillitati & ſocialitati hujus vitæ Nam prout religio ſalutem animarum procurat, ex peculiari revelatione divina provenit. Officia autem hominis erga ſeipſum ex religione & ſocialitate conjunctim promanant. Ideo enim quædam non pro abſoluto ſuo lubitu homo circa ſeipſum diſponere poteſt, partim ut cultor idoneus divini Numinis, partim ut commodum & utile membrum ſocietatis humanæ eſſe queat.

*dict. c.* 3. §. 24.

re gentium differt, velut fons & rivus, & utrumque Deum, tanquam Deum pacis, ordinis & decori, habet vindicem. Huc pertinet ſanctimonia legatorum; ne veneno in bello uti liceat; ut actus, ſecundum leges loci celebratus, alibi ſit validus; quod infantes dominium acquirunt; ordo denique & præcedentia imperantium, quorum omnium cauſa eſt voluntas gentium; duo ſunt fulcra, ratio & uſus. Seneca *Epiſt.* 120. *Nobis videtur obſervatio elegiſſe, & rerum ſæpe factarum inter ſe collatio, noſtro intellectu bonum judicante.* Neque obſtat, quod deficit imperans; nam & ſic conventiones hominum, qui in rempublicam ex ſtatu naturali ſe conferunt, validæ non forent, & ſufficit, quod ſupremus Deus hujus juris eſt cuſtos, ac regulis, actus publicos, ad vitam ſocialem dirigentibus, vim largitur.

Cap.

Digitized by Google

## CAPUT. IV.

# *De Officio Hominis erga Deum, ſeu de Religione Naturali.*

### SUMMARIA.

I. *Officium hominis erga Deum duplex.*
II. (1) *Verus ſenſus*, (α) *Deum exiſtere*,
III. (β) *eſſe hujus univerſi conditorem*,
IV. (γ) *mundi generisque humani rectorem*,
V. (δ) *perfectiſſimum.*
VI. (2) *Rectus cultus*, (α) *internus*
VII. (β) *externus.*
VIII. *Religio naturalis æternæ ſaluti non ſufficit*,
IX. *eſt tamen firmiſſimum vinculum ſocietatis humanæ.*

Conf. GROT. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 20. §. 44. *ſeqq.*

OFFICIUM hominis erga Deum, quantum quidem ex naturali ratione inveſtigari poteſt, DUABUS partibus abſolvitur: I. Officium erga Deum conſtat ſenſu & cultu.

§. I. Cum Auctor ab adverſariis culpatus eſſet, quod officia erga Deum, in Opere majore, neglexerat, ſatis quidem rationum habebat, quibus ſeſe defenderet: nam officia erga Deum ad Theologiam naturalem, ut officia erga nos ipſos ad Philoſophiam moralem rejecerat, ſolasque externas hominum actiones erga alios erat tractaturus, vid. *Eridem Scand.* *pag.* 253: §. 25. Melius autem hic præmittit officia erga Deum, tum quia res eſt digniſſima ſtudio, ob pretium felicitatis ingens, & periculum ex altera parte immane: tum quia religione ſublata, fides etiam & ſocietas humani generis & juſtitia tollitur: tum denique ut contra Spinoſam & Hobbeſium diſcamus, ex lumine naturali officia erga Deum ejuſ-



Digitized by Google

tur: tum ut de Deo recte ſentiamus: tum ut actiones noſtras ad ipſius voluntatem componamus. Inde religio naturalis conſtat propoſitionibus, tum Theoreticis, tum Practicis.

II. Senſus de Deo verus eſt. 1. Deum exiſtere: Inter ea, quæ de Deo cuivis homini ſentienda ſunt, primum omnium eſt, ut certo perſuaſus ſit, Deum existere, id eſt, revera dari ſummum aliquod & primum Ens, abs quo hoc univerſum dependeat. Id quod ſapientes ex ſubordinatione cauſarum, quæ demum in pri-

que exiſtentiam poſſe cognoſci, licet modum exiſtentiæ mens noſtra finita non capiat. Duas illas propoſitiones religionis naturalis eleganter expreſſit Seneca *Epiſt.* 95. *Primus eſt deorum cultus deos credere: deinde, reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla majeſtas eſt.* Lactant. *lib.* IV. *div. inſt. c.* 4. *Prius eſt Deum ſcire, conſequens colere.*

§. II. Varias, in probanda Dei exiſtentia, vias ingreſſi ſunt eruditi: alii ex idea Dei, alii ex harmonia Prophetarum, alii ex natura & finibus rerum eam petierunt; ſed Auctor quatuor profert argumenta (1) per viam cauſalitatis, quia in progreſſu cauſarum ad primam aliquam neceſſario pervenitur a nemine dependentem, quæ Deus vocatur, (2) quia motus hujus univerſi motorem, & contemplatio magnitudinis immenſæ, ordinis admirabilis & pulchritudinis ſtupendæ artificem potentiſſimum & ſapientiſſimum monſtrant; eoque argumento Paulus ad Rom. I. vſ. 19. Lucas Act. XVII. vſ. 27. & Cic. *l.* 1. *de leg. c.* 8. uſus eſt, quod & nuper Cl. Nieventitius cum plauſu omnium illuſtravit. (3) Adverſus feroces atheos addit conſenſum generis humani, quia nulla unquam gens, niſi forte pauciſſimas excipias, adeo extra mores fuit projecta, ut non aliquos deos crediderit, ait Seneca *Epiſt.* 117. & licet ignorarint, qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſcivere. Cicero *lib.* 1. *d. LL. c.* 8. idque argumentum Grotius vehementer laudat *lib.* II. *c.* 20. §. 45. licet magis agnitio ſit demonſtrationis, quam ipſa demonſtratio, & unica natio athea ad illud refellendum ſufficeret. (4) Ab utilitate, quia ſalus humani generis

primo aliquo ſiſti volunt, ex motu & ex contemplatione machinæ hujus univerſi, & ſimilibus argumentis liquidiſſime demonſtrarunt. Quæ ſi quis neget abs ſe capi poſſe, non ideo atheiſmi ſui excuſationem invenit. Cum enim univerſum genus humanum in perpetua velut poſſeſſione iſtius perſuaſionis fuerit, neceſſum erat, ſi quis eandem oppugnare velit, ut non ſolum omnia argumenta, quibus Deus eſſe probatur, ſolide deſtruat, ſed & plauſibiliores rationes pro aſſertione ſua proferat. Simulque cum generis humani ſalutem ea perſuaſione contineri hactenus creditum ſit, oſtendendum ipſi præterea fuerit, generi humano per atheiſmum melius conſuli, quam retento ſano cultu Numinis. Quod cum fieri nullo modo queat, omnium eorum, qui iſthanc convellere quocunque modo aggrediuntur, impietas maxime eſt deteſtanda, & graviſſimis pœnis coërcenda.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 4. §. 4.

Alterum eſt, DEUM ESSE UNIVERSI HUJUS CON- III. 2. Deum eſſe hujus univerſi conditorem;



neris hac perſuaſione continetur. Alii (5) addunt argumentum ab eo, quod eſt tutius, de quo Vir. Cl. Laurentius Mosheim *diſſert. ſingul.* & Baylius in *Paſchal. nota* I. Quod vero Auctor ait, Atheos eſſe puniendos, in eo quidem aſſentientem habet Ariſtotelem Top. I. *cap.* II. Senecam *lib.* III. *de benefic.* *c.*6. Grot. *lib.* II. *c.*20. §.44. verum atheus, quiete & ſibi ſentiens, doceri debet, & ſi proficere nolit, e republica poteſt pelli, non vero puniri; quia non lædit rempublicam, & Deus ad injurias ſibi illatas vindicandas eſt potentiſſimus; error denique intellectus pœnis non corrigitur. Quod ſi vero blaſphemus ſit, aut virus ſuum propagando imperium civile turbet, graviſſime coërceri poteſt. Levit, XXIV. *vſ.* 14. *Nov.* 77.

§. III. Sicut nulla domus in-

Digitized by Google

CONDITOREM. Cum enim ex ratione manifeſtum ſit, iſthæc omnia non extitiſſe à ſeipſis, oportet ut eadem ſummam aliquam cauſam habeant. Quæ ipſa eſt id, quod Deum adpellamus. Ex quo conſequitur, falli eos, qui ſubinde NATURAM tanquam ultimam omnium rerum & effectuum cauſam crepant. Nam ſi per id vocabulum intelligitur efficacia illa & vis agendi, quæ in rebus conſpicitur, illa ipſa utique auctorem ſui, id eſt, Deum arguit: tantum abeſt, ut ejus vis ad negandum Deum quid valere poſſit. Sin autem per Naturam intelligatur ſumma rerum omnium cauſa, ex profano quodam faſtidio defugitur plana & recepta Dei appellatio. Errant quoque illi, qui credunt, Deum eſſe aliquid eorum, quæ in ſenſus incurrunt, & præcipue SIDERA. Nam hæc omnia ſubſtantia ipſorum arguit non eſſe primum aliquod, ſed ab alio ortum. Nec minus indigne de Deo ſentiunt, qui eum MUNDI ANIMAM dicunt. Anima enim mundi, qualiſcunque illa demum ſit: partem mundi notat: pars autem rei quomodo ejuſdem cauſa, i. e. prius ali-

inſtructa, aut horologium artificioſum a ſe ipſo eſſe poteſt, ita univerſum hoc caſu aut fortuito atomorum concurſu provenire non potuit: cumque omnia alia orta ſunt ab aliquo diverſo à ſe ipſis, hoc non aliud eſſe poteſt, quam quod ortum non habet: idque vel ſola corporis noſtri ſtructura evincit, & Galenus in ſolo oculo, Celeb. Boerhavius in capillis ingenioſiſſime monſtravit. Falluntur ergo; (1) qui naturam auctorem cum Stoicis crepant apud Senec. *lib.* IV. *de benef. c.* 7. & Silium Ital. *lib.* IV. *vſ.* 795. quorum ſententiam Spinoſa incruſtavit. Vid. Buddeus de Spinoſiſmo ante Spinoſam. (2) errarunt Perſæ & vulgus Græcorum atque Romanorum, qui Solem & Lunam pro diis habuerunt, ipſe Jobus id

aliquid eſſe potuit? Quod ſi autem per animam mundi intelligatur primum illud & inviſibile, à quo omnium rerum vis & motus dependet, pro plano vocabulo obſcurum & figuratum nomen ſubſtituitur. Ex hoc ipſo quoque adparet, MUNDUM NON ESSE ÆTERNUM. Id enim abhorret a natura ejus, quod cauſam habet. Et qui mundum æternum aſſerit, aliquam ejus cauſam negat; & ſic ipſum Deum negat.

IV. 3. Deum eſſe mundi geneſique humani rectorem:

Tertium eſt, DEUM TUM IN UNIVERSUM MUNDUM, TUM IN GENUS HUMANUM REGIMEN EXERCERE. Id quod ex admirabili & conſtanti ordine, qui in hoc univerſo cernitur, liquido adparet. Quoad effectum autem moralem perinde eſt, utrum quis neget, Deum exi-



id ſibi eveniſſe teſtatur c. XXXI. vſ. 26. (3) Non ſoli veteres Virgilius, Seneca aliique, ſed & varii recentiorum, ſaniore ſenſu, Deum ſpiritum mundi vocant, quibus tamen parum ſubſidii eſt Gen. I. vſ. 2. Sap. VII. vſ. 24. Vid. Gatakerus *ad Antonin. lib.* IV. §. 40. Deniqne (4) Ariſtoteles, Plato, Plinius aliique mundum æternum eſſe crediderunt; ſed quis illis conſentiat? quum paucorum millium annorum hiſtoria, origines regnorum, artium progreſſus & populorum migrationes, plurimarum rerum inventionem & cultum recentem eſſe fateantur. vid. Macrobius *lib.* II. *in ſomn. Scip. c.* 10.

§. IV. Grotius *lib.* II. *c.* 20. §. 46. monuit, in moribus & vita hominum perinde eſſe, an dicamus, Deum non eſſe, an ab eo non curari res humanas: ideo Epicurei ex bene moratis civitatibus, ejecti ſunt, quod indignum Deo eſſe docebant, rerum viliſſimarum cura affici. Athenæ. *lib.* XII. *c.* 12. Ælian. *lib.* IX. *c.* 12. Verum quod Deus actu provideat, non modo ex ordine annorum, menſium & dierum, atque ex prædictionibus, juſto tempore impletis, ſed in primis etiam ex ejus omnipræſentia, omnipotentia & bonitate probatur: quod ſi enim bruta animantia curam habent ſuorum, quanto magis Deus? Add. Amos III. vſ. 6. Jeſ. XLV. vſ, 7. Jerem. XXXII. vſ. 18, 19. & Vir Cl. Franciſc. Burmann. *Diſſert. de Provid. Dei.*

Digitized by Google

exiſtere, an ab eodem humana curari; cum utrumque omnem religionem plane tollat. Fruſtra enim metuitur aut colitur, utut in ſe ſit præſtantiſſimus, qui nulla plane noſtri cura tangitur, & nihil boni malique in nos vult aut poteſt conferre.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 4. §. 4.

V. 4. Deum imperfectionis nihil habere.

Quartum eſt, NULLUM ATTRIBUTUM IN DEUM CADERE, QUOD ALIQUAM IMPERFECTIONEM INVOLVAT. Cum enim ille omnium rerum cauſa ſit & origo, abſurdum foret, creaturam ipſius aliquam ſibi poſſe perfectionem animo concipere, quæ abs Deo abeſſet. Imo cum iſtius perfectio infinitis modis exſuperet captum tantillæ creaturæ, eandem terminis potius negativis quam poſitivis exprimere par erat. Inde Deo haudquaquam ſunt tribuenda, quæ FINITUM aut DETERMINATUM quid notant; quia finito majus ſemper adtribui poteſt. Et omnis de-

§. V. Eſſentia Dei infinita, ab hominibus finitis, tantum per partes conſiderari, ejuſque majeſtas perfectiſſima, propter imperfectionem actus concipiendi, verbis potius negativis, quam poſitivis exprimi poteſt. Scholaſtici *viam eminentiæ & negationis* appellant. Scimus enim magis quid Deus non ſit, eumque a poſteriore cognoſcimus, viſuri eum poſtea ſicuti eſt. 1 *Joh.* III. *vſ.* 2. Unde apparet, quam caute omnis de Deo diſputatio a nobis inſtituenda ſit. Seneca *lib.* VII. *Q. N. c.* 30. *Si intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri vultum ſubmittimus: quanto magis hoc facere debemus, cum de Dei natura diſputamus, ne quid temere, ne quid impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut ſcientes mentiamur.* Recte addit Auctor, a perfectione divina ab-

determinatio ac figura terminos ac circumſcriptionem involvit. Quin nec dicendus eſt diſtincte & plene comprehendi aut CONCIPI NOSTRA IMAGINATIONE, vel quacunque facultate animæ noſtræ; quia quicquid animo diſtincte & plene concipere valemus, id finitum eſt. Neque vero ideo, quia Deum infinitum dicimus, ejus conceptum plenum animo tenemus: cum infinitum proprie non notet aliquid in ipſa re, ſed impotentiam in animo noſtro, ac ſi diceremus, non capere nos magnitudinem ejus eſſentiæ. Inde nec recte dicitur, quod PARTES habeat, aut ſit TOTUM aliquid; quia hæc attributa finitorum ſunt. Neque quod IN LOCO aliquo contineatur, quia hoc innuit fines & terminos magnitudinis. Neque quod MOVEATUR aut QUIESCAT; utrumque enim ſupponit eſſe in loco. Sic nec Deo proprie adtribui poſſunt, quæ DOLOREM aliquem aut PASSIONEM notant, (PROPRIE dico: nam ubi talia Deo attributa leguntur, id fit ἀνθρωποπαθῶς, pro effectu, non affectu) ut eſt ira, pœnitentia, miſericordia. Item, quæ EGESTATEM & ABSENTIAM alicujus boni notant: ut eſt adpetitus, ſpes, concupiſcentia, amor, cupido. Nam hæc involvunt indigentiam, adeoque & imperfectionem: cum intelligi non poſſit, ut quis adpetat, ſperet;



abhorrere, ſi plures uno ſtatuantur Dii; nec tamen errat Grotius, quando *lib.* II. *c.* 20. §. 47. illam notionem minus evidentem vocat. Enimvero Socrates aliique Sapientes gentium ſatis viderunt, plura, quantacunque ſint, Numina ſinita tamen, & differentia, & imperfecta eſſe, eaque ſe invicem impedire, aut contraria velle poſſe: noſtri etiam veteres Juriſconſulti unius *Dei* cum Stoicis ſuis, meminere, in *l.* 2. *D. de Juſt. & jur.*

cupiatve, niſi quibus indiget, caretve. Sic & quando Deo tribuitur INTELLECTUS, VOLUNTAS, SCIENTIA, & ACTUS SENSUUM, viſio, auditio, illa longe ſublimiori modo ſunt capienda, quam quo nobis inſunt. Nam voluntas eſt adpetitus rationalis: adpetitus autem præſupponit abſentiam, & indigentiam rei congruentis. Et intellectio ac ſenſus in hominibus involvit paſſionem, per objecta in organa corporis, & potentias animæ impreſſam. Quod eſt indicium potentiæ ab alio dependentis, & conſequenter non perfectiſſimæ. Denique & illud à perfectione divina abhorret, ſi dicantur PLURES UNO DII. Nam præterquam quod admiranda mundi harmonia unum duntaxat ejus moderatorem arguit, etiam finitus tunc foret Deus, ſi plures eſſent paris poteſtatis ab ipſo non dependentes. Sic ut contradictionem involvat, plura dari infinita. Quæ cum ita ſint, maxime rationi congruum eſt, circa attributa Dei utcunque exprimenda uti nominibus vel NEGATIVIS, ut infinitus, incomprehenſibilis, immenſus, æternus, i. e. principio & fine carens: vel SUPERLATIVIS, ut optimus, maximus, potentiſſimus, ſapientiſſimus, &c. vel INDEFINITIS, ut bonus, juſtus, creator, rex, dominus, &c, eo ſenſu ut non tam velimus, quid ſit, diſtincte dicere, quam noſtram admirationem & obedientiam qualicunque expreſſione

*jur. l.* 9. §. 3. *D. de rer. divis.* Laert. l. VII. n. 135. *Unum eſſe Deum, & mentem, & fatum, & Jovem, variis appellari nominibus.* At vulgus ethnicorum, ex diverſis Dei operibus, multos ſibi Deos, aut Dei miniſtros finxit. Plinius *l.* II. *Hiſt. c.* 7. Vid. Cl. Roel. *de relig. Natural.* §. 61.

ne profiteri; quod eſt ſignum animi humilis, & animi honorantis quantum poteſt.

VI. Cultus Dei naturalis internus quæ requirat?

Propoſitiones PRACTICÆ religionis naturalis verſantur partim CIRCA INTERNUM, partim CIRCA EXTERNUM CULTUM DEI. INTERNUS CULTUS Dei conſiſtit in ejus HONORE. Honor autem eſt opinio alienæ potentiæ, conjunctæ cum bonitate. Debet ſcilicet animus hominis ex conſideratione potentiæ & bonitatis Dei quantam poteſt animo venerationem adverſus ipſum concipere. Ex quo fluit, ut eundem debeat AMARE; tanquam omnis boni auctorem & datorem; in eum SPERARE, tanquam abs quo in futurum quoque omnis noſtra felicitas dependeat, ejus voluntati ADQUIESCERE, tanquam qui pro ſua bonitate omnia optime faciat, nobisque det, quæ maxime expediunt; eum TIMERE, tanquam potentiſſimum, & cujus offenſa maximum ſit malum conciliare apta; ei denique in omnibus humillime OBSEQUI, tanquam creatori, domino, ac rectori optimo maximo.

VII. Cultus Dei ex-

EXTERNUS Dei CULTUS in hiſce potiſſimum con-



§. VI. Cultus Dei internus ex amore illius reverentia temperato, & regulis honeſti fluit; atque alias *pietas* vel *devotio* appellatur. Conſiſtit illa præcipue (1) in Dei *veneratione*, propter ejus excellentem Majeſtatem. (2) In *timore*, propter potentiam & juſtitiam. (3) In *fiducia*, ob ſummam bonitatem. (4) In *obedientia*, propter imperium & legum divinarum utilitatem. Bene Thomas: *Deum, ut Deum, veneror, ut juſtum tremo, ut bonum amo.*

§. VII. Cultus externus, amorem internum tribus actionibus oſtendit; invocatione, glorificatione & gratiarum actione. Dubitavit autem Cl. Thomaſius *Eth. p. 1. c. 3.* an, ex ratione ſibi relicta, cultus hujus externi neceſſitas poſſit demon-

ſtra-

ternus quibus partibus abſolvatur?

conſiſtit, ut homo Deo GRATIAS AGAT pro tot bonis ab eo acceptis. Ut ipſius voluntatem per actiones ſuas, quantum fieri poteſt, exprimat, ſeu ei OBTEMPERET. Ut ejus magnitudinem ADMIRETUR, & CELEBRET. Ut PRECES ad ipſum FUNDAT, pro obtinendis bonis & averrucandis malis; preces enim ſunt ſigna ſpei, ſpes vero bonitatis & potentiæ divinæ agnitio eſt. Ut, ſi res tulerit, per ſolum Deum JURET, & juramentum religioſiſſime obſervet. Hoc enim poſtulat omniſcientia & potentia Dei. Ut de Deo CONSIDERATE LOQUATUR; id enim eſt ſignum timoris; timor autem potentiæ confeſſio eſt. Ex quo conſequitur, NON ESSE UTENDUM DEI NOMINE TEMERE ET FRUSTRA, utrumque enim inconſideratum. NON ESSE JURANDUM, UBI NON EST OPUS; eſt enim fruſtra. NON ESSE CURIOSE ET PETULANTER DISPUTANDUM CIRCA NATURAM ET GUBERNATIONEM DEI: ex hoc enim nihil aliud ſequitur, quam ut Deum exigere velimus ad modulum noſtræ rationis. Item, ut QUICQUID DEO PRÆSTANDUM EST, IN SUO GENERE SIT EXIMIUM, ET HONOREM EXPRIMERE APTUM. Item, ut HOMO DEUM NON SOLUM SECRETO, SED ET PALAM ET PUBLICE IN CONSPECTU HOMINUM COLAT. Occultare enim aliquid eſt, quaſi

ſtrari. Plane reſpectu Dei is non videtur neceſſarius, qui noſtris laudibus & gratiis non magis, quam cultu noſtro interno indiget, in ſe ipſo ſummè beatus. At reſpectu hominum (1) eſt *neceſſarius*, quoniam corporis facultates non minus, quam animi, a Deo dependent, & in ejus honorem ſunt impendendæ. (2) *evitari* nequit, quin mens pia in geſtus pios ſeſe effundat; (3) eſt *utilis*, reſpectu aliorum, ut noſtro exemplo excitentur; (4) eſt *decorus*, quia pii non niſi pios amicitia ſua dignantur. vid. Barbeyr. ad *Op. Maj. l.* II. *c.* 4. §. 4.

Digitized by Google

quaſi quis eo exercendo erubeſceret. Contra publicus cultus non ſolum de noſtra devotione teſtatur, ſed & alios exemplo incitat. Denique ut SUMMO CONATU LEGES NATURALES OBSERVET. Nam uti imperium Dei parvipendere ſuperat omnes contumelias; ita è contrario omnibus ſacrificiis eſt acceptior obedientia.

Enimvero id certum eſt, effectum hujus Religionis Naturalis præciſe & pro præſenti hominum conditione conſideratæ, intra ſphæram hujus vitæ terminari; ad æternam autem ſalutem nanciſcendam nequaquam valere. Ratio quippe humana ſibi relicta jam ignorat pravitatem, quæ in facultatibus & inclinationibus hominis cernitur, per culpam humanam proveniſſe, VIII. *Æternæ ſaluti obtinendæ haud ſufficit religio naturalis.*

§. VIII. Petrus Chauvinus *de Relig. natur.* ſerio contendit, religionem naturalem ad æternam ſalutem prodeſſe. In eadem ſententia fuit Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus & Eraſmus, *in Epiſt. ad Wattenum*, pro quibus militat quodammodo Pauli locus *Rom.* x, *vſ.* 14. Verum quia notitia Dei prorſus in illis imperfecta fuit, & ſplendidæ virtutes, ut ſplendida peccata, certe non magis quam ut civiles, & proprii commodi cauſa, à plerisque in praxin deductæ, conſiderari poſſunt, hinc Auguſtinus *lib.* IV. *contra Julian. cap.* 3. tum illis rationibus, tum maxime, ex hypotheſi religionis Chriſtianæ prolixe, per ſeptingentos & amplius verſus, negavit, gentes ſalvas fieri poſſe, quia in alio non eſt ſalus, extra Chriſtum. *Act.* IV. *vſ.* 12. & gentes expertes pactorum & deſtituti ſpe vitæ dicuntur Eph. II. vſ. 12. Idque pluribus Noriſius in *Vindic. Auguſtin. cap.* 3. §. 4. confirmat. Illud certum eſt, eas non ideo damnatum iri, quod in Meſſiam, ſibi non annunciatum, non crediderunt, ſed quia non obſervarunt leges naturales. vid. Scriptores huc pertinentes, apud Cl. Fabricium, in Append. prima *ſcriptor. de Verit. relig. Chriſt.* Quænam Judæorum de juris Noachii cultoribus, licet legis Moſaicæ ignaris, fuerit ſententia, expoſuit Selden. *de J. N. lib.* VII. *c.* 10.

Digitized by Google

niſſe, Deique offenſam & æternum exitium mereri. Eoque & neceſſitas Salvatoris, ejuſque officium & meritum, nec non promiſſa Dei humano generi facta, & quæ alia inde dependent, eandem latent: per quæ ſola ſalutem æternam hominibus provenire ex divinis literis conſtat.

IX. Religio firmiſſimum ſocietatis vinculum.

Operæ pretium porro fuerit paulo diſtinctius expendiſſe uſum, quem in vita humana Religio gignit; ut conſtet, EAM ESSE ULTIMUM ET FIRMISSIMUM HUMANÆ SOCIETATIS VINCULUM. Nam in libertate naturali, ſi metum divini Numinis removeas, ubi quis propriis viribus fiſus fuerit, quælibet imbecillioribus pro lubitu inferet, ac honeſtatem, pudorem, fidem inter inania vocabula reputabit, nec ad recte faciendum aliter, quam ſenſu propriæ imbecillitatis adigetur. Porro, religione remota, civitatum firmitas intrinſeca in incerto foret, ac ad cives in officio continendos, haud quaquam ſufficeret metus temporalis pœnæ, fides ſuperioribus data, ejuſque ſervandæ gloria, & gratitudo, quod ope ſummi imperii a miſeriis ſtatus naturalis defendantur. Tunc enim revera locum haberet, QUI MORI SCIT, COGI NESCIT: quippe cum Deum non metuentibus nihil magis quam mors metui poſſit, huic contemnendæ qui ſuffice-

§. IX. Religionis naturalis, quatenus Deum, ut ſupremum judicem proponit, adhuc apud nos eſt uſus, poſtquam meliora ſacra Chriſtiana invaluere; tum quod homines ſua inſufficientia ducit ad cultum Dei revelatum, tum quod firmat ſocietates humanas, tam univerſales, quam particulares; uti prolixe Auctor hic declarat, oſtendendo illius uſum (1) in libertate naturali, a voce *nam*; (2) in ſtatu civili ex, parte imperantium, a voce *porro*; (3) ex parte civium, voce *præterea*;

(4)

ceret, in imperantes quævis tentare poſſet. Ut autem id vellet, vix cauſa defutura foret; puta ut declinaret incommoda, quæ ſibi ab alterius imperio videntur incumbere; aut ut ipſe potiretur commodis, quæ imperii poſſeſſorem comitantur. Præſertim cum facile judicare poſſit, jure ſe id facere; vel quod, qui in præſens rerum potitur, prave remp. videatur gerere, vel quod ipſe longe melius imperaturum ſeſe ſperet. Occaſio autem ad talia tentanda facile offerri poſſet, rege vitam ſuam non ſatis caute circumſpiciente, (& quis tali rerum ſtatu cuſtodes ipſos cuſtodiet?) vel multis conſpirantibus, vel bello externo ingruente, adſcitis in partes hoſtibus. Præterea cives ad injurias mutuo inferendas futuri eſſent proniſſimi. Cum enim in foro civili pronuncietur ſecundum acta & probata, omnia ſcelera & flagitia, ex quibus lucrum provenire aptum eſt, ſi occulte patrari & ſine arbitris poſſent, pro dexteritate ingenii, in qua placere ſibi quis poſſet, haberentur. Nemo quoque opera miſericordiæ aut amicitiæ foret exerciturus, niſi gloriæ aut emolumenti explorata ſpe. Ex quo & illud conſequeretur, ut dum nemo in alterius fide, remotis pœnis divinis, ſolidam fiduciam collocare poſſet, ſinguli perpetuo metu & ſuſpicionibus anxii viverent, ne ab aliis deciperentur, aut læderentur. Sed & tam imperantes quam ſubjecti

(4) quoad officia humanitatis a voce *nemo*; (5) ex parte unionis, quæ anima eſt reipublicæ, a voce *ex quo* ad finem. In gradu autem ſublimiore hæc omnia inculcat religio Chriſtiana, cujus excellentiam & uſum in vita civili adverſus Machiavellum *l.* II. *c.* 2. & Baylium IV. *Reſp. c.* 26. & 27. Pufendorfius diſſert. *de concordia vera politicæ cum religione Chiſtiana* demonſtravit.

Digitized by Google

jecti parum proclives futuri eſſent ad præclara & glorioſa opera patranda. Nam imperantes, nullo conſcientiæ vinculo conſtricti, omnia munia, ipſamque juſtitiam venalia eſſent habituri, & in omnibus privatum commodum quæſituri, cum oppreſſione civium: à quorum rebellione uti ſibi ſemper metuerent, ita ſuam ſalutem unice in eo poſitam intelligerent, ut iſtos quam maxime enerves redderent. Cives contra, oppreſſionem imperantium formidantes, nunquam non circumſpecturi forent occaſiones rebellandi: nec minus tamen ipſi inter ſe diffiſuri, ſeque mutuo formidaturi erant. Quin & conjuges, oborta vel levi querela, ſe invicem eſſent ſuſpectaturi, ne veneno, aut alio clandeſtino modo necarentur. Par periculum à familia immineret. Cum enim ſine religione nulla quoque futura foret conſcientia, non facile eſſet occulta ejuſmodi ſcelera deprehendere; quippe quæ plerumque per inquietudinem conſcientiæ, & terrores, in exteriora indicia erumpentes, produntur. Unde adparet, quantopere interſit generis humani, atheiſmo omnes vias, ne invaleſcat, præcludere; ſimulque quanta vecordia eos agitet, qui ad opinionem prudentiæ politicæ conciliandam facere autumant, ſi in impietatem proclives videantur.

GROT.

Digitized by Google

## CAP. V.

# *De Officio Hominis erga Seipſum.*

### SUMMARIA.

I. *Officium hominis erga ſeipſum*
II. *ſpectat culturam* 1. *animi per veras ſententias,*
III. *pravis opinionibus exploſis,*
IV. *cognitionem ſui,*
V. *moderationem ambitionis & cupiditatis opum,*
VI. *voluptatis & affectuum,*
VII. *arte que ac diſciplinas:*
VIII. 2. *corporis*
IX. *& conſervationem vitæ.*
X. *Quare licita defenſio violenta tam citra noxam aggreſſoris,*
XI. *quam cum ejus læſione,*
XII. *tentatis prius tutioribus remediis,*
XIII. *& adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, pro diſcrimine ſtatus naturalis,*
XIV. *& civilis,*
XV. *obſervatoque juſto tempo--, tam in libertate naturali.*
XVI. *quam ſub civili imperio.*
XVII. *Defenſio hæc locum habet etiam adverſus errantem,*
XVIII. *nec obligat ad fugam.*
XIX. *Permittitur etiam ad conſervationem membrorum,*
XX. *pudicitiæ.*
XXI. *ac bonorum.*
XXII. *Datur quoque invaſori, ſi læſus fiat aggreſſor.*
XXIII. *Tollit legem in caſu neceſſitatis:*
XXIV. *qui patitur abſciſſionem membri, pro ſalute corporis,*
XXV. *levamen ſcaphæ cum internecione gravantium,*
XXVI. *mortem accelerari uni, ne alius ſimul pereat,*
XXVII. *periculum intentari innocenti,*

XXVIII.

XXVIII. *ſubtractionem victus & amictus*, XXIX. *ac deſtructionem rerum alienarum.*

Grot. *d.* j. b. & p. *l.* 2. *c.* 1. *Add. l.* 2. *c.* 2. §. 6. & *l.* 2. *c.* 24. *item l.* 3. *c.* 17.

I. Officia erga ſe haud fruſtra homini injuncta.

Quanquam hominem amor ſui penitus infixus ſubigat, ſollicitam ſui curam agere, ſuaque commoda omnibus modis procurare, ſic ut hoc intuitu aliquam obligationem comminiſci ſupervacuum videatur; alio tamen reſpectu homo utique certa quædam circa ſeipſum obſervare tenetur. Cum enim non ſibi ſoli ſit natus homo, ſed ideo tam eximiis dotibus à Creatore ſit ornatus, ut & ipſius gloriam celebret, & idoneum ſocietatis humanæ

§. I. Uti caput præcedens magis ad Theologiam naturalem, ita hujus pars prior, uſque *ad* §. 10. pertinet ad Philoſophiam moralem. vid. Auctoris Specimen *controv. c.* 5. §. 25. Recte autem priora illa huc ſunt relata; (1) quia Auctor omnia hominis officia, ſecundum regulas honeſti & juſti, in uſum juventutis, hic exponenda ſuſcepit: quæ vero ratio honeſta eſſe indicat, per abuſionem quoque juris naturæ dicuntur; (2) ipſa juſtitia univerſalis imponit obligationem dirigendi actiones noſtras erga nos ipſos, ut ſimus utilia ſocietatis membra. (3) Pax ſæpe turbatur per inordinatum noſtri amorem, ac animi vel corporis culturam neglectam; unde & Cl. Weberus hoc caput, ex Opere Majore, non male ſupplevit, modo meliori ordine & tali excerpta propoſuiſſet, qualem Cl. Kemmerich in *Elem. jur. nat.* ſecutus eſt. Bene etiam Titius monet, in eo falli Auctorem, quod putat, reſpectu hominis ipſius obligatione non eſſe opus; quod ſtimulus conſervationis ei eſt connatus, alteque animo infixus; nam quia inordinata philautia in vetitum nos trahit, norma fuit opus, ſecundum quam probus & rationalis noſtri amor exerceretur; & quamvis homo ſe ipſum ſibi obligare non poſſit, Deus tamen nos erga nosmet ipſos obligare voluit & poſuit.

næ membrum exiſtat; inde ita ſeſe componere homo tenetur, ut ne dona Creatoris inculta perire patiatur, & ad ſocietatem humanam aliquid pro virili conferat. Sic etſi ſua cuique ruditas maximo ſit probro & damno, recte tamen à magiſtro vapulat diſcipulus, ſi, quarum capax erat, artes addiſcere negligat.

J. N. *&* G. *l.* 2. *c.* 4. §. 1.

Porro; cum homo conſtet duabus partibus, ANIMA & CORPORE, quarum illa rectoris, hoc miniſtri aut inſtrumenti vicem ſubit; ſicut animi imperio, corporis ſervitio magis utamur; utriuſque quidem cura, ſed illius tamen præcipue, agenda. II. Primum eorum ſpectat animi culturam per veras ſententias.

*dict. c.* 4. §. 2.

*Loco eorum, quæ hoc & ſeqq.* §. 3-7. *ſequuntur, vetus editio tantum hæc pauca habet:* „ Et ANIMUS quidem ante omnia ad „commode tolerandam vitam ſocialem eſt „formandus officiique & honeſti ſenſu & capa-

§. II. Officia erga nos ipſos ex amore noſtri rationabili fluunt, qui triplex eſt, *perfectionis*, *durationis* & *voluptatis*. Perfectio eſt vel animi vel corporis; illa in ſapientia & virtute, hæc in ſanitate, robore & pulchritudine conſiſtit. Ut ſapientia & virtus comparentur, emendandus eſt intellectus & voluntas, ac fax mentis, per lapſum obſcurata, reparanda. Hac una enim præſtamus belluis, per hanc argumentamur, differimus & concludimus. Deinde præjudicia auctoritatis, vanitas opinionum, & depravatio conſuetudinum, caute ſunt deponenda, quia animorum imbecillitatem torquent & flectunt quocunque lubet. Hæc eſt ratio, quod abnegatio ſui tantopere commendatur Matth. XVI. vſ. 24. Horat. *lib.* 1. *Epiſt.* 1. *vſ.* 41.

*Virtus eſt, vitium fugere; & ſapientia prima, Stultitia caruiſſe.*

Digitized by Google

„amore imbuendus. Tum pro cujuſque „capacitate & fortuna aliquid addiſcendum, ne „quis inutile terræ pondus ſit, ſibi gravis aliis „moleſtus. Sed & tempeſtive eligendum ho„neſtum vitæ genus, prout impulſus genii, cor„poris atque ingenii habilitas, natalium conditio, „fortunæ bona, parentum auctoritas, imperan„tium civilium juſſa, occaſio, aut neceſſitas fe„runt. *Sequentia addidit Cl. Weberus.*

2. *Et* ANIMUM *quidem quod attinet, ejus cultura huc potiſſimum redit, ut recte ſeſe habeant* SENTENTIÆ *de rebus, quæ ad officium hominis reſpiciunt, ac ut rite formetur judicium ac æſtimatio circa res, quæ adpetitum ſtimulare ſolent; ut motus animi ad normam ſanæ rationis revocentur; ac temperentur; honeſtis artibus atque ſcientiis opera detur, & verbo: ut ad vitam ſocialem formetur animus, officiique honeſti ſenſu & amore imbuatur.*

III. Explodendæ opiniones noxiæ. *Inter ſententias igitur, quas imbibiſſe omnem hominem oportet, princeps ea eſt, ut ea de DEO Creatore & conſervatore hujus univerſi ſciat teneatque, quæ præcedenti capite tradita fuerunt. In hac enim perſuaſione non ſolum præcipuum hominis officium vertitur, ſed etiam ea firmamentum eſt omnis probitatis adverſus alios homines exercendæ, &*

§. III. Perfectiones animi recipiunt augmenta, & ſapientiæ ſui ſunt gradus. Maximum hujus culmen tenet notitia Dei, cum ejus cultu conjuncta. Hæc enim eſt mater omnium virtutum & bonarum artium, habens promiſſionem hujus & futuræ vitæ. Contra omnium ſcelerum cauſæ ſunt, ei oppoſita impietas, hypocriſis, atheismus, deismus, naturalismus, indifferentismus & ſuperſtitio, quæ, inſano errore, amandum timet, quemque colit, violat. Vitanda quoque eſt opinio de *Fato* Stoico, quod Chryſippus, apud Gellium *lib.* VI. *c.* 2. fruſtra explicare eſt conatus, Voſſius vero *lib.* II. *de idol. c.* 49. pariter ac Lipſius excuſat *lib.* I. *de conſt. c.* 18. & *lib.*

*& fundamentum illius adquieſcentiæ, qua hominum animi intrinſece perfunduntur. Hæc uti nemo negabit, ita, quæ his repugnant, opiniones ſolicite excludendæ ſunt. Nec ſolum hic intelligimus* ATHEISMUM *&* EPICUREISMUM, *ſed alias quoque opiniones, bonis moribus & ſocietati humanæ exitioſas & indolem actionum humanarum plane evertentes, quas inter eſt illa de* FATO STOICO, *de ſiderum poſitu actionibus & eventibus humanis indiſpenſabilem neceſſitatem adferente, unde homines non niſi inſtrumenta actionum ſuarum redduntur, quas libere moderari penes ipſos non ſit. Cognatum huic dogma eſt, quod conſecutiones cauſarum & effectuum, ſeu illa velut catena rerum, à Creatore conſtituta, tam immobilem habet legem, ut Deus circa eandem, ne in particularibus quidem caſibus, libertatis ſibi quid reſervaverit. Pernicioſa quoque eſt perſuaſio, quod* NUMEN PECCATA HOMINUM VELUT NUNDINETUR, *& ea redimi patiatur pecunia aliiſque muneribus, inanibus quibusdam ritibus, aut conceptis verborum formulis: citra emendationem vitæ. Item, quod Numen* CAPIATUR *ejusmodi inventis hominum,* ADSUMTISQUE VITÆ INSTITUTIS, *quæ ad ſocietatem humanam & civilem, ad ſanæ rationis & legis naturalis dictamen attemperatam non quadrant. Mala quoque eſt illa perſuaſio, quaſi homini ſolum*

F 2 PIE-

*lib.* I. *Phyſ. Stoica diſſ.* 12. Verum Jac. Thomaſius de *Stoica mundi exiſt. diſſ.* 13. illud Deo adimere potentiam, & homini libertatem, oſtendit: Cicero id quoque *lib.* II. *de Divinat. c.* 7. anile & plenum ſuperſtitionis, alibi *anum fatidicam* appellat *lib.* I. *de nat. deor. c.* 8. Ceterorum Philoſophorum de fato ſententias Grotius ſingulari libello complexus eſt. Quid Juriſconſulti hac de re ſenſerint, ex Pauli *l.* 28. §. *fin. D. de Judic.* Ampl. Bynkershoek explicavit *lib.* IV. *Obſerv. c.* 15.

Digitized by Google

PIETATIS EXERCITIUM *erga Deum ſufficeret*; CITRA *reſpectum ad* PROBITATEM *& officia erga homines exercenda: aut poſſe hominem non ſolum pro ſe ſuo* OFFICIO ADVERSUS DEUM *ſatisfacere, ſed & ipſi* SUPERESSE *poſſe, quod in alios transfundat. Item, dexteritati & nequitiæ ſcelerum eum indulgere, & quædam* PECCATA *habere velut* JOCULARIA. *Ac denique Deo placere* PRECES, UT ALII *homines immerito* MALO MACTENTUR, *quo ipſis lucri aperiatur occaſio,*

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 4. §. 3. & 4.

IV. Neceſſaria cognitio ſui ipſius quoad vires intellectus & voluntatis & potentiam circa ea, quæ extra nos poſita.

*Poſt hæc cuique cultura animi circa hoc potiſſimum occupatur, ut* SEIPSUM, *ſuamque naturam probe exploret &* NOSSE *diſcat. Ex hac enim cognitione ſui ipſius rite ſuſcepta homo deducitur ad cognitionem ſuæ conditionis ac muneris, dum primo animaduertit, ſe non à ſe ipſo extitiſſe, ſed ſubliniori principio origines ſuas debere; ſe nobilioribus facultatibus dotatum, quam, quæ circa ſe proſpicit, bruta; ſe denique non ſolum, nec ſibi ſoli natum, ſed*

§. IV. Alter ſapientiæ gradus eſt notitia ſui, cujus tanta eſt vis & neceſſitas, ut præceptum *Noſce teipſum* non homini, ſed Delphico Deo tribuatur. Juvenal. *ſat.* XI. *vſ.* 27.

*E cœlo deſcendit* γνῶθι σεαυτόν.

Sed quia nihil difficilius eſt, quam ſe, id eſt animum ſuum noſſe; hinc illud tam ſollicite Socrates, apud Xenophont. *l.* III. & IV. *Memorab.* Seneca *ad Marc.* c. XI. aliique inculcarunt. Tres ejus ſunt primarii effectus; (1) pietas: qui enim cum ſua infirmitate componit quam magnus ſit Deus, religioſus erit ejus cultor. (2) modeſtia; nec enim plus promittet de facultatibus ſuis, quam in illis eſt, neve eas in rebus impoſſibilibus conſumet. (3) ad magna quævis tentanda vires noſtras impellit, dum facultatibus divinis & nobiliſſimis a Deo nos inſtructos eſſe diſcimus, præ brutis, & quanta habeamus, ad obtinendam ſapien-

ctiam

*ſed partem eſſe generis humani. Ex qua notitia concludit, ſe imperio diuino ſubjectum, ac pro captu donorum ſibi conceſſorum & Deo & ſocietati humanæ obligatum eſſe; & quidem* INTELLECTUS *lumine ideo donatum, ut eo recte utatur, certum, poſſibilem & licitum finem ſibi proponendo, & tum actiones ſuas, tum alia media ad eum recte attemperando; cui conjunctum, ut quia verum & rectum ſemper uniforme eſt, de ſimilibus ſemper ſimiliter judicet, ſibique, poſtquam recte judicaverit, ſemper conſtet.* VOLUNTATEM *autem & adpetitum ita compeſcenda eſſe, ut rectum judicium non præcurrant, ſed ſubſequantur, nec ejusdem decretis obluctentur. Deinde ſe probe cognito, homo deprehendit ſuam potentiam finitam, certosque habere limites, adeoque plurima eſſe, quæ dirigere, aut quibus obſiſtere nulla ratione queat; aliqua non quidem abſolute ſupra ipſius potentiam eſſe, ſed quæ tamen intercurſu & oppoſitione aliarum potentiarum intercipi poſſint; quædam denique ejus potentiæ non aliter cedere, quam ſi eadem dexteritate fulciatur. Et quum uideat, nihil tantopere in ipſius poteſtate conſtitutum, quam liberum arbitrium, ejusque potentia, quatenus circa proprias hominis actiones eliciendas diffunditur; inde in id præcipue incumbendum ſibi judicat, ut his ſuis facultatibus bene & ad præſcriptum rationis recte utatur. Hoc quippe illud eſt, ex quo cujusque intrinſeca præſtantia & probitas eſt metienda. Denique de ceteris, quæ* EXTRA NOS POSITA *ſunt, ita conſet, ut ſi vires*



tiam & prudentiam adipiſcendam inſtrumenta, neque nos nobis ſolum, ſed toti humano generi eſſe natos. Vid. Ciceron. *lib.* I. *de Ll. c.* 22. Perſius Sat. III. vſ. 71.

*- - quem te Deus eſſe*
*Juſſit & humana qua parte locatus es in re.*

*vires ipſius non excedant, ad finem ejus faciant, & digna ſint, propter quæ labor ſumatur, circa ea laboret, & propoſitum quidem recte formatum urgeat, nec tamen etiam contra torrentem nitatur. Et quia homo, in quantum ſolo rationis lumine regitur, in his terris ad aliam felicitatem adſpirare nequit, quam quæ ex prudente facultatum ſuarum regimine naſcitur, & ex ſubſidiis à divina providentia ordinatis, hinc cœcæ uelut aleæ uihil committendum exiſtimat. Et quum futuros eventus penes hominem non ſit dirigere, iique ſæpe præter ſpem noſtram cadant; inde nec præſentibus nimis ſecure confidendum, nec futura ſupervacua anxietate & cura præcipienda, ſed ob eandem cauſam ſecundis rebus inſolentiam, adverſis deſperationem procul habendam ſtatuit.*

J. N. & G. *l.* 2. *c* 4 §. 5-8.

V. Gloriae & opum cupiditas juſta ratione moderanda. *Sunt quoque quæ adpetitum humanum præcipue ſtimulare ſolent, quibus ut homo juſtum pretium ponere ſciat, pars quoque hujus culturæ eſt neceſſaria. In his autem ut* OPINIO PRÆSTANTIÆ & *excellentiæ, unde honor & gloria apud alios progigni-*

§. V. De exiſtimatione ſimplici & intenſiva, infra *lib.* II. *c.* 14. agetur. Hic ergo ſecundus amor *durationis* tantum erit illuſtrandus, ad quem acquiſitio opum pertinet, quas *ſanguinem*, *nervos*, *viſcera* & *vitalia* appellarunt Veteres apud Gronov. *lib.* IV. *Obſ. c.* 24. In his autem parandis & erogandis modus teneri debet; quia cum adſunt, non magnæ ſunt, & quam diu affuturæ, certum ſciri nullo modo poteſt. Contra, deſiderans quod ſufficit & pauciſſimis egens, Diis eſt proximus. Ego eum vere beatum cum Horatio *l.* III. *Od.* 16. dixerim, cui Deus obtulit, parca, quod ſatis eſt, manu; vel qui opes plurimas juſte parare, & partis honeſte uti poteſt. vid. Xenophont. *Inſtit. Cyri lib.* VIII. *pag.* 211. & in nimium avidos Juvenal. *ſat.* XIV. *vſ.* 107. *ſeqq.*

Digitized by Google

*gignitur, ſplendidiſſima, & quæ erectioris indolis homines præcipue ſollicitare idonea eſt: ita circa hanc ſic formandus animus, ut omnium maxime* EXISTIMATIONEM SIMPLICEM *ſeu opinionem boni viri acquirere & conſervare etiam adverſus calumnias laboret.* INTENSIVA *autem* EXISTIMATIO, *honor & gloria eatenus adpetenda, quatenus ex præclaris & ad bonum ſocietatis humanæ ſpectantibus factis redundant: & ſedulo cavendum, ne animus arrogantia & inſolentia inſletur. Ubi occaſio, qua præſtantiam ſuam exſerat, deficit, id æquo animo ferat, & quia penes nos non eſt, fortunam pro lubitu fabricare, meliora citra ægritudinem expectet, quum hoc caſu nihil ſit, quod ei poſſit exprobrari. Inter ſtultiſſima autem merito habetur, de eo velle gloriari, quod inane eſt, aut per malas artes ad famam & honores graſſari.* OPES *etiam & rerum extrinſecarum copia plerumque hominum mentes afficere ſolent. Et indiget quidem iis homo, non ſolum ad ſui conſervationem, ſed & aliis inde proſpicere inter officia eſt. At quia indigentia noſtra non eſt infinita, nec natura definit eſſe fœcunda in iis producendis, & a morientibus omnia relinquenda ſunt; inde rationis eſt, tum in parandis, tum in poſſidendis & erogandis iis modum tenere, ne læſa honeſtate eas corradamus, aut avaritia prodigalitateve peccemus, aut denique vitiorum fomenta faciamus. Et quia variis caſibus perire poſſunt, ita animus adſueſaciendus, ut, ſi ſors ferat, iis amiſſis non velit concidere.*

*dict. c.* 4. §. 9, 10.

*Magnam quoque vim movendi animos hominum ha-* VI. Voluptatibus &



§. VI. Tertius amor eſt naturæ hominum & ſuavi- appetitus *voluptatis*, inſitus tate delectans, ſed tanto dili- gen-

ãffectibus, laetitiæ, triſtitiæ. Amori odio, invidiæ, ſpei, iræ & vindictæ ſtudio frenum injiciendum.

*habent* Voluptates, *quas ſi quis innocentes modice deguſtet, id crimen non habet Nam quemadmodum dolor ad deſtructionem corporis tendit & non neceſſarius fugiendus eſt; ita delectatio corpus æque ac animum reficit, nec repugnat rationi eam adpetere. Modo caveatur, ne immoderato ejus uſu homo enervetur, corporis juxta ac animi vigor ſupprimatur, opes melius erogandæ diſſipentur, aut alias cum delicto conjuncta periculum, damnum, dedecus & dolorem ea poſt ſe trahat. Tandem & circa id ſollicite animo cura eſt adhibenda, ut motus ſuos &* Affectus *in poteſtate habeat, quorum plerique non ſolum valetudinem corporis & vigorem animi vehementer profligant; ſed & judicium intellectus velut obnubilant, & in devia ab officio declinant, ſic ut frigus affectuum ſit velut naturale principium prudentiæ & probitatis inter homines.* Lætitia *in ſe naturæ quidem cumprimis congruit, ſed cavendum, ne intempeſtive, aut ex cauſis non idoneis, ſe exſerat.* Tristitia *animum corpusque velut carie quadam exedit; igitur ea, quantum poteſt, exterminanda, niſi quatenus inter officia humanitatis habetur, calamitatem aut mortem aliorum lugere, aut quatenus pœnitentia ob prava facinora exprimenda requiritur. Interdum ea ex* metu *imminentis mali oritur; verum, quia hoc animo ſumto & circumſpectione prudenti ſæpe averti poteſt, inde quantum pote, procul iſta formido*

gentius ad regulas honeſti & decori adtemperandus, quo magis ſub ſpecie naturalis boni nobis blanditur: alias enim, errore mentis, facile migrat in illecebram turpitudinis & eſcam malorum, uti Plato vere & graviter dixit. Cicero *lib.* 1. *de LL.c.* 17. *Penitus in omni ſenſu implicata inſidet, imitatrix boni, Voluptas, malorum autem mater omnium, cujus blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt,*

*pido pellenda.* AMOR *humanæ naturæ amicus affectus, ſed qui ratione hactenus temperandus eſt, ut in objectum dignum & licitum feratur.* ODIUM *infeſtus affectus tam habenti, quam illis, in quos fertur. Ergo id, quantum poteſt, reſtinguendum, &, ſi quis omnino dignus occurrat, quem averſemur, ne tamen ideo nobis ipſis ægritudinem conciliemus.* INVIDIA *deformis plane affectus, dum invidus propriis moribus, ſicut rubigine ferrum, conficitur.* SPES *lenior quantumvis, ita tamen temperanda, ne dum vana, incerta ac ſuper vires poſita complectitur, animus ſeſe gratis fatiget.* IRA *violentiſſimus juxta ac pernicioſiſſimus, cui omni ſtudio reluctandum, quæ & ipſam fortitudinem ac in periculis conſtantiam velut occæcat & præcipitat. Huic congrua eſt* LIBIDO VINDICTÆ, *quæ quatenus excedit legitimam & moderatam defenſionem, & ſuorum jurium aſſertionem, plane in vitio eſt.*

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 4. §. 11. & 12.

*Datur præterea peculiaris animi cultura in variarum rerum* ARTIUM & DISCIPLINARUM VII. Animus artium &

F 5 NO-

*ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.* Similiter *affectus*, in ſe ſpectati, non ſunt mali, neque omnes, cum Stoicis, eradicari poſſunt aut debent; quin proſunt ſanitati & ſocietati, v. gr. odium adverſus malos, & amor erga bonos. Sed ne malitiam contrahant, illis, ut armato hoſti, eſt reſiſtendum: niſi enim parent, imperant & in ſervitutem nos redigunt. De vindicta, minuti & infirmi animi bono, vid. Juvenal. *ſat.* XIII. *vſ.* 180. & 191. De hydra cupiditatum Claudian. *de* IV. *Conſ. Hon. vſ.* 247. *ſeqq.*

§. VII. Hic §. potius poſt §. 4. erat collocandus; quia tertius ſapientiæ gradus eſt cauſas rerum noſſe, & pectus habere imbutum artibus liberalibus, quas Cicero

non

Digitized by Google

diſciplinarum notitia imbuendus. NOTITIA *conſiſtens, quæ licet non quibusvis adeo neceſſaria ſit, ad officium hominis rite obeundum; nemo tamen in dubium vocabit, quin neceſſitatibus & commoditatibus humanæ vitæ apprime ſint utiles. Igitur, ne inutile terræ pondus ſit, ſibi inutilis, aliis moleſtus, quisque eas capeſſet. Et quidem tempeſtive eligat honeſtum vitæ genus, prout impulſus genii, corporis atque ingenii habilitas, natalium conditio, fortunæ bona, parentum auctoritas, imperantium civilium juſſa, occaſio aut neceſſitas fert.*

*dict.* 1. 4. §. 13.

VIII. *alias* 3. Corpus firmandum & conſervandum. *Hactenus de animo, & quæ ad culturam illius neceſſaria ſunt.* Cum autem animus fulturis CORPORIS ſuſtineatur, inde vires ejus congruentibus alimentis ac laboribus erunt firmandæ & conſervandæ, nec intemperantia cibi potusque

non immerito *cibum humanitatis* appellavit. Omnibus autem, quia natura trahimur ad ſcientiæ cupiditatem, ſatis de hoc officio conſtat. Ergo ſicut ager novatus, iteratus ac meliore ſemine conſitus grandiores profert fructus, ita ingenio, uſu, auditione & lectione ſubacto opus eſt, ut non modo doctiores ſimus, ſed & meliores. Caute hunc in finem ſeparanda eſt eruditio vera, ad uſum humani generis & vitæ felicitatem comparata, a falſa & apparente; qualis eſt aviditas vanæ Aſtrologiæ & Philoſophiæ Scholaſticæ, ut & nimius amor Studii critici & linguarum. Plane duo vitia vitanda eſſe, docet Cicero *lib.* 1. *de Off. c.* 6. alterum, ne nimium operæ conferamus in res difficiles & non neceſſarias; alterum, ne incognita pro cognitis habeamus, iisque temere aſſentiamus. Add. Seneca *Epiſt.* 88. Plin. *lib.* VIII. *Epiſt.* 14. Martialis *lib.* 11. *Ep.* 86. Buddeus *de cultura ingenii* & Fleury *du choix & de la conduite des etudes.*

§. VIII. Corpus quidem eſt animi appendix, nihilque magni præ animo habet, ſed quoniam magna felicitatis pars eſt mens ſana in corpore ſano, cura hujus non

Digitized by Google

que; intempeſtivo ac non neceſſario labore aliave ratione affligendæ. Quo nomine vitanda ingluvies, ebrietas, immodica Venus & ſimilia. Cum etiam inordinati & vehementes affectus, *ut modo dictum fuit*, non ſolum ad perturbandam ſocietatem ſtimulos moveant, ſed & ipſi homini plurimum noceant; inde danda opera, ut quis eos, quantum fieri poteſt, compeſcat. Et quia multa pericula repelli poſſunt, ubi animoſe iis obviam eatur, mollities animi ejicienda, idemque contra periculorum terrores obfirmandus.

Quia

non eſt abjicienda, quæ nobis commendatur, præterquam ad explendas cupiditates Rom. XIII. vſ. 14. Cicero III. de Fin. c. 6. *Primum eſt officium, ut homo ſe conſervet in naturæ ſtatu; deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum naturam ſunt, pellatque contraria.* Conſervatio illa conſiſtit (1) in cura ſanitatis, per temperantiam, laborem & alimenta, modice ſumta; feliciſſime namque & diutiſſime agere omnes, quorum victus eſt ſimpliciſſimus, Strabo *lib.* VII. *&* X. notavit. Econtrario innumerabiles morbi ſupplicia ſunt luxuriæ, & ingluvies ſeminarium fœcundiſſimum omnis mali Senecæ audit *Epiſt.* 95. Hinc pleriſque, cum Comico, dicendum: *Venter creavit has omnes ærumnas mihi*, quibus Lucani illud *lib.* III. *Pharſ.* 377. commendandum opinor:

*Diſcite, quam parvo liceat producere vitam,*
*Et quantum natura petat.*

De eſu carnium vid. Petrum Caſtellanum; de abuſu vini Turnebum in *Theſ. Gronovii tom.* IX. (2) Corporis integritas eſt conſervanda, quia parte ſublata oritur imperfectio. Peccarunt ergo Murci, qui, militiæ vitandæ cauſa, pollicem ſibi præcidebant, *l.* 4. *D. de re mil. l.* 4. *&* 5. *C. Th. de tiron.* Suet. *Aug.* c. 24. Ammian. *l.* XV. *c.* 12. Peccavit etiam Origines, quod ob Matthæum *cap.* XIX. *vſ.* 12. male intellectum, ſe ipſum ferro caſtravit, ut Hieron. *Ep.* 65. & Nicephor. *l.* V. *c.* 8. vel cicuta genitalibus illita, uti Huetius cenſet *in Origin. l.* I. *c.* I. ne-

ex

Digitized by Google

J. N. & G. *l.* . *c.* 4. §. 14.

IX. *alias* 4. Vitæ conſervatio cuivis curæ eſſe debet. Quia autem nemo ſibi ipſi vitam dedit, ſed illa pro Dei beneficio eſt habenda, adparet quoque homini nequaquam competere Potestatem in propriam vitam hactenus, ut eandem pro lubitu poſſit abrumpere; Sed exſpectandum utique eſſe, quoad quis evocetur ab eo, qui nos in hacce ſtatione collocavit. Equidem id utique recte fieri poſſe videtur, cum homo poſſit & debeat ſua opera aliis inſervire, & vero certum genus laborum, aut eorum intenſio, vires hominis ita atterat, ut ſenium vitæque terminus maturius ingruat, quam ſi quis molliter ætatem egiſſet; ut quis eligat probabilem occaſionem brevioris vitæ, quo talenti

ex frequente cum virginibus conſortio, ad voluptatem impelleretur.

§. IX. Is (3) ſe non conſervat, qui ſibi properat fata, & per ſe vel per alium exiſtentiam ſuam deſtruit. Varia autem argumenta ab exemplo brutorum, etiam ex *l.* 13. *D. ad leg. Aquil* & *l.* 23. §. 3. *D. de ædilit. edict.* contra αὐτοχειρίαν vulgo proferuntur, ſed pleraque in turba tantum valere, Donne *de Autocheiria* oſtendit. Hoc autem liquet, hominem, qui voluntate ſua facit, ne exiſtat (1) *injuſte* agere contra rempublicam, cui vitam & ſpiritum ſuum debet. (2) *inhoneſte*, quia vitam non fugit, ſed malum, quod eam comitatur, ac effeminata animi mollitie, ideo ſe occidit, quod ſecundum affectus vitioſos vivere non poteſt. Mart. *lib.* I. *ep.* 9. & *lib.* XI. 57. (3) *indecore*, dum aliis præbet ſcandalum, & ante tempus a ſtatione diſcedit. Hinc fere ubivis, ut hoſtes patriæ, inſepulti juſtis caruerunt, qui vitam peroſi, animas ignave projecerant, v. Ariſtot. *lib.* V. *Eth. Nicom.* *c.* 2. Herodot. *lib.* IX. *c.* 70. Grotius *lib.* II. *c.* 19. §. 5. & Fabrotus *Exerc.* V. Apud Romanos venia aliquando a Principe vel Senatu impetrabatur, ut ſe interficere liceret; at ſecundum JCtos Stoicos, invictæ neceſſitati omnia ſubjici credentes, mori licebat, ſi vivere diſpliceret; modo id fieret ex cauſa

Digitized by Google

lenti ſui uſum aliis eo largius diſpenſet. Sed & cum ſæpe multorum vita ſervari nequeat, niſi pro iis alii probabili ſeſe vitæ periculo exponant; per imperantem legitimum poſſet civi, ſub comminatione graviſſimarum pœnarum injungi, ne ejusmodi periculum fuga declinet. Imo & ultro tale periculum ſubire licebit, modo graviores cauſæ non retrahant, & ſpes ſit iſthoc in aliorum ſalutem ceſſurum; & hi digni ſint, qui tam care redimantur. Nam id ſtolidum fuerit, alteri perituro fruſtra ſeſe comitem addere, aut egregium virum pro nauci homine mortem oppetere. De cætero tamen per legem naturæ haudquaquam præcipi videtur, ut quivis cujusvis alterius vitam ſuæ vitæ præferat; ſed

ſa, etiam leviſſima v. c. ob tædium vitæ, aut valetudinis adverſæ intemperantiam, nec Reipublicæ vel fiſci commodum verteretur. *l.* 38. §. *ſ. D. de pœn. l.* 3. §. 6. *D. de bonis eor. l.* 6. §. 7. *D. de inj. rupto l.* 6. §. 7. *D. de re mil.* v. Lipſ. *lib.* III. *Manud. ad Stoic. diſſ.* 22, 23. & Ill. Bynkersh. *lib.* IV. *Obſ. c.* 4. Hoc vero dogma, ut rationi adverſum, exagitarunt Plato, Ariſtoteles, Plutarchus & Cicero l. I. Tuſcul. c. 30. *Vetat dominans ille in nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare.* Lucret. *lib.* III. *v.* 984. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.* Exceptiones redigimus ad tres claſſes. (α) *Licita* eſt, vel potius non eſt αὐτοχειρία eorum (1) qui eligunt probabilem vitæ brevioris terminum, atque aliis inſerviendo citius conſumuntur: nam effectus ille laboris non adeo eſt certus, & ſufficit eruditis, vitam ſuam decreto divino eſſe terminatam. (2) Milites, obſides, nautæ, medici & quotquot ſe periculo incendii, peſtis vel diluvii non temere, ſed ex officii neceſſitate objiciunt, peccare haud ſunt cenſendi. Nec (3) qui capitale ſupplicium promeriti, judicis ſententia, carnificis miniſterium ſubire jubentur. Ita Socrates, cicutam bibens, non fuit propricida, nec illi, quibus ſub Nerone & Domitiano, extrema neceſſitas denunciata. Tacitus *pretium feſtinandi* vocat. add. Seneca *ep.* 70. (β) *Excuſandi* ſunt (1) qui mortem

ſed cæteris paribus ſibi quisque proximus eſſe permittitur. Aſt vero, qui vel tædio moleſtiarum, quæ vitam humanam communiter comitantur, vel indignatione malorum, quæ humanæ ipſos ſocietati erubeſcendos erant redditura, vel metu dolorum, queis fortiter toleratis exemplo ſuo prodeſſe aliis poterant, vel per vanam jactantiam fidei aut fortitudinis, vitam ultro abrumpunt & projiciunt, utique in legem naturalem peccare ſunt cenſendi

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 4. §. 15-19.

**X. *alias* 5. Defenſio ſui licita citra** . Cæterum, quia ſæpenumero conſervatio ſui, quam & tenerrimus affectus, & ratio homini commendat, cum præcepto de ſocialitate collidi videtur, dum nempe ſalus noſtra ab alio homi-

tem cum cruciatu intolerabili, certitudine morali ſibi imminentem, præveniunt, ut Razias Judæus 2. Macc. XIV. vſ. 37. (2) qui ob patriæ ſalutem, ſive juſſi, ſive ultro, ſe navemque ſuam, una cum hoſtilibus, perdunt. v. Thuan. *lib.* 36. *ad A.* 1564. *Concedit hoc Pontificiis Papa. Batavis Deus*, ait Zevecot. *ad Flor. l.* 3. *c.* 18. (3) qui in furore & melancolia ſumma ſibi manus inferunt; quia deficit cognitio boni & voluntas. (γ) *Dubii generis* ſunt, (1) virgines, quæ mortem ſumſerunt, ne violarentur: ut Sophronia & Pelagiana, aliæque in martyrum cenſum ab Eccleſia relatæ, apud Euſeb. *l.* VIII. *H. E. c.* 24. & Niceph. *l.* VII. *c.* 12. (2) qui, ne in opprobrium Dei viverent, fata ſibi properarunt; nam Samſon ſe ruina domus cum aliis ſuppreſſit; ſed *ſpiritus latenter id juſſerat*, ait Auguſtin *L.* I. *de Civ. Dei c.* 21. Vid. Grot. *l.* II. *c.* 19. §. 5. *n.* 4. & Wernherus *diſſ.* 4. *de jure ſibi nocendi.*

§. X. Materia de colliſione legum difficilis & anceps feliciter ab Hertio, diſſertatione ſingulari, eſt expoſita, & ex Gellio *lib.* 1. *c.* 3. illuſtratur. Cicero quoque *lib.* 2. *de inv. c.* 49. monuit, conſiderandum eſſe, utra lex ad majores, hoc eſt ad utiliores, ad honeſtiores, ac magis neceſſarias res pertineat, & hanc

homine in periculum conjicitur, ſic ut aut nobis ſit pereundum, vel grave incommodum ſubeundum, aut alter cum læſione propulſandus: igitur quali cum MODERAMINE DEFENSIO NOSTRI CONTRA ALIOS HOMINES SIT TEMPERANDA, jam tradendum. Inſtituitur igitur defenſio noſtri vel SINE LÆSIONE ejus, abs quo malum nobis imminebat, dum efficimus, ut ei anceps aut formidoloſa noſtri invaſio videatur; VEL CUM ISTIUS LÆSIONE aut pernicie. Prior modus quin ſit licitus, omnique peccato vacet, dubium non habet. noxam alterius.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 1.

Enimvero circa poſteriorem modum ſcrupulus moveri poteſt, quod parem jacturam videatur IX. *alias* 6. Licita

hanc maxime ſervandam eſſe, quia altera legis rationem exuit. Generaliter leges naturales inter ſe colliduntur, (1) ratione *boni*, quod nobis & ſociis non ſufficit, & tunc amor noſtri eſt potentior, ac *prodeſſe ſibi unuſquiſque, dum aliis non nocet, haud prohibetur. l.* 1. §. 11. D. *de aqua & aq. pluv. l.* 24. §. *f.* & *l.* 26. *D. de damno inf.* (2) ratione *mali*, quod utrique imminet; & rurſus lex de ſocio non lædendo cedit amori proprio, qui ſui conſervationem quærit. Maxime vero per injuriam & malitiam meram provocatis, vim vi repellere *natura comparavit*, & *naturalis ratio* permittit ſe defendere. *l.* 1. §. 27. *de vi & vi arm. l.* 4. *D. ad leg. Aquil. l.* 3. *D. de Juſt. & jure.* Elegantiſſime Cicero *pro Milon. c.* 4. *Eſt hac non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.*

§. XI. Tres format objectiones adverſus defenſionem noſtri, cum alterius deſtructione conjunctam; ſed ad ſecundam tantum, velut ad principalem, reſpondet. Magis prolixe Grotius *de J. B. & P. lib.* 1. *c.* 2. §. 1. *& ſeqq.* cum Cicerone *lib.* III. *de fin. c.* 6.

etiam defenſio violenta, cum læſione invaſoris.

tur facere genus humanum occiſo invaſore, quam ſi ipſe peream; & quod utique perdendus ſit mei ſimilis, quocum ad colendam vitam ſocialem adſtringor; & quod majores turbas videatur parere violenta defenſio, quam ſi vel fugam arripiam, vel corpus patienter invaſori præbeam. Verum iſta hoc defenſionis genus haudquaquam faciunt illicitum. Nam ut adverſus aliquem pacifice & amice agam, requiritur, ut ipſe ſe talem erga me præbeat, qui ejusmodi officia à me recipere idoneus ſit. Et quia ſocialitatis lex ad ſalutem mortalium ſpectat, ideo ejusdem talis eſt facienda interpretatio, quæ ſingulorum ſalutem non peſſumdet. Inde ubi alter exitio meo imminet, nulla eſt lex, quæ meam me ſalutem prodere jubeat, ut alterius malitia impune graſſari queat. Et qui ex tali occaſione læditur aut occiditur, habet quod

c.6. moralitatem defenſionis probat, partim ex *primis naturæ*, quæ omne animatum contra vim quamlibet ſeſe defendere monent: partim ex *conſequentibus naturæ*, rectaque ratione, quæ contra vim injuſtam defenſionem permittit. Potiſſima ratio eſt (1) quia homo ſine ſui conſervatione non poteſt eſſe felix. (2) Qui jus habet ad finem, habet etiam jus ad media, quibus impedimenta removentur. (3) Ipſius ſocietatis intereſt, membra noxia præſcindi, ut ſecura ſit in futurum. (4) Conſervatio bona eſt, deſtructio mala; ac proinde innocentis major, quam delinquentis favor. Denique (5) cum homines liberrimis agendi potentiis ſint inſtructi, adverſus offenſionem illicitam defenſio eſt permiſſa, donec lege reſtricta probetur *l. 4. D. de Juſt. & jure*. Alia eſt quæſtio, an defenſio adverſus quemcunque aggreſſorem nobis ſit injuncta? Pone Principem multis utilem, vel patrem, aliamve perſonam ſanctam, calore iracundiæ animum induiſſe hoſtilem. Iſtud quidem jubere videtur acutus doloris ſenſus, tum vehemens impetus, quo homo ad ſui conſervationem fertur;

Digitized by Google

quod ſuæ pravitati imputet, quæ mihi iſthanc neceſſitatem impoſuit. Alias quippe omnia bona, quæ natura aut induſtria nobis peperit, fruſtra forent conceſſa, ſi alteri injuſte illa invadenti vim non liceret opponere; & ut parata præda improbis expoſiti forent probi, ſiquidem hi iſtis nunquam deberent vim opponere. Sic ut violentam ſui defenſionem plane proſcribere, exitio generi humano ſit futurum.

*dict.* §. 1.

Non tamen ſemper, quando injuria intentatur, ad extrema licet provolare, ſed TUTIORA PRIUS REMEDIA TENTANDA; puta, ut aditum invaſori intercludam, ut intra munita loca me contineam, ut invaſorem moneam à furore deſiſtere. Sicut & hoc prudentis eſt, LEVIS INJURIÆ PATIENTIA, ſi commode fieri poſſit, defungi, & de ſuo jure aliquid remittere potius,

XII. *aliàs* VII. Tutiora prius remedia tentanda, & levis injuria ferenda



fertur; tum quod homo vitæ ſuæ tantum eſt uſufructuarius, qui ſalvam ejus ſubſtantiam præſtare obſtringitur. Sed ſi cogitemus, quantopere Chriſtianis patientia ſit commendata, *ne reſiſtite* Matth. v. 39. *non vos defendentes* Rom. XII. vſ. 19. verecunda cogitatio ejus, qui cædem execratur, non erit vituperanda *l.* 4. §. 1. *D. de alien. jud. mut.* Vid. Grot. *l.* II. *c.* 1. §. 8. 9. ibique Kulpiſius, & Olearius *de patre aggreſſore.*

§. XII. Sicut hominis proprium eſt diſceptare ratione, beluarum per vim, ita ad poſterius neque in ſtatu naturali, neque in civili, confugere licet, quamdiu uti licet ſuperiore. Omnia prius, quam armis, ſapientem experiri oportet. Tunc ergo defenſio eſt licita, ſi periculum intentatur grave, & præſens, quod alia ratione evitari nequit, ut, dolo Gen. XII. vſ. 11. fuga, 1. Sam. XXI. vſ. 11. aut auxilio aliorum. An vero ad infamiam, vel alapam imminentem vitandam, vel ad acceptam vindicandam, cædes ſit licita, Grotius *l.* II. *c.* 1. §. 10. cum Soto & Covarruvia diſquirit. Puto diſtinguendum eſſe: in civitate vita civis, barbam petulanter vellentis, pre-

us, quam intempeſtiva violentiæ oppoſitione majori ſeſe periculo exponere, præſertim ubi impetatur id, quod facile reparari aut penſari queat. Verum ubi hoc aut ſimili modo ſalus mea in tuto locari nequeat, pro eadem expedienda vel extrema tentare licebit.

J. N. P. G. *l.* 2. *c.* 5. §. 3.

XIII. alias 8. Moderamen inculpatæ tutelae in naturali libertate. Sed ut liquido judicari poſſit, an quis intra Limites inculpatæ defensionis ſubſtiterit, diſpiciendum prius eſt, utrum quis in Naturali libertate, nulli mortalium ſubjectus, an vero Imperio civili obnoxius degat. Priori ſtatu, ubi alter injuriam inferre pertendat, nec pœnitentia pravi conatus ductus, ad pacem mecum colendam redire velit, hunc vel cum cæde repellere potero. Idque non ſolum ſi vitam meam impetat, ſed & ſi vulnerare aut lædere duntaxat, aut etiam res, ſalvo corpo,

pretioſior eſt honore & exiſtimatione alterius, quæ nec vere læſa eſt; nec ſanguine alterius, ſed a judice & legitimis actionibus reparatur. In ſtatu autem naturali Rex regem ad alapam avertendam occidere, aut acceptam armis, ſi alia deſint læſionis reparandæ remedia, ob maculam reip. pernicioſam, vindicare poteſt v. 2. Sam. x. vſ. 4.

§. XIII. Quid defenſionis cauſa liceat, Grotius *lib.* II. *c.* I. §. 16. diſtinctione inter bellum publicum & privatum, expedit. Noſter clarius ait, defenſionem in naturali libertate patere latius, quam in ſtatu civili, idque tripliciter (1) ratione *objecti*, ſeu injuriæ (2) reſpectu termini, *a quo* defenſio incipit; & (3) termini, *ad quem* defenſio durat. Ratio differentiæ eſt, quia in ſtatu naturali propoſitum nocendi eſt illimitatum, & læſio fovetur accedentibus injuriis, nec eſt judex, qui impetum hoſtilem retundat: in civitate vero læſio eſt momentanea, & magiſtratus opem pollicetur. vide *l.* 13. §. 3. *D. de uſufr. l.* 176. *de Reg. Jur.* & *l.* 14. *C. de Juda.* ubi Honorius: *idcirco*, ait, *judiciorum vigor juriſque publici tutela in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem.*

Digitized by Google

pore, eripere conetur. Nam neque cautum eſt mihi, quod ab iſtis injuriis ad majores non ſit tranſiturus; & qui ſeſe hoſtem profitetur, nullo amplius jure munitur, quo minus quovis modo a me repellatur. Ac revera tunc inſociabilis eſſet hominum vita, ſi contra eum, qui modicas injurias continuare non deſiſtit, extrema non liceret adhibere. Hoc modo enim modeſtiſſimus quiſque deterrimo cuique perpetuum ludibrium deberet.

*Reliqua hujus paragraphi ſecundum veterem editionem verba vid. §. ſeq.* XV. *num.* 2.

*dict.* §. 3.

XIV. alias 9. Violenta defenſio ſub imperio civili.

Qui autem Imperio civili ſubjecti degunt, tunc demum violentam ſui defenſionem licite adhibent, quando tempus ac locus non fert, auxilium magiſtratus implorari, ad repellendam eam injuriam, qua vita vitæque æquipollens, aut irreparabile bonum in præſentaneum periculum conjicitur.

In vetere editione ſequitur:

*Et quidem ut periculum tantummodo depellatur: vindicta autem & cautio de non offendendo in poſterum magiſtratus arbitrio relinquatur.*

Id vero conſulto omiſit Weberus, quia idem in-

G 2 cul-

§. XIV. Diſcrimen (1) eſt ratione *injuriæ*, vel cauſæ, propter quam violenta defenſio ſuſcipitur: extra civitatem enim quælibet læſio, etiam minima, ſufficit, & qui alterum tantum verberat, aut oppidum ei aufert, vel animum ſuum occidendi declarat, ſecundum regulas juſti, pro gradu injuriarum, cum internecione poteſt repelli; ſed prudentia id ſæpe vetat. In civitate autem vitam tantum, aut aliud irreparabile bonum, contra vim injuſtam manu & viribus defendere licet; quia ſtatus naturalis hic demum reviviſcit, ſi nullum auxilium a magiſtratu exſpectari poteſt: *Eſt enim lex, forum, judex, niſi quem jure vindicari pudet.* Quintil. decl. 13. n. 11.

Digitized by Google

culcatur §. ſeqq. XVI. *in fin.* Qui in vetere editione ſequitur, paragraphus *decimus*, in iſta eſt *decimus ſeptimus.*

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 4.

XV. Defenſio incipit in libertate naturali ab oſtenſione vel ofſendendi propoſito, non à ſuſpicione ob creſcentem potentiam, durat que uſque ad cautionem.

Circa TEMPUS, intra quod defenſio recte fieri poteſt, ita habendum eſt. Qui in naturali libertate utrinque degunt, etſi poſſint ac debeant præſumere, alios adverſus ſe officia legis naturalis obſervaturos: tamen propter malitiam ingenii humani nunquam ita ſecuri eſſe debent, quin ſibi mature innoxia munimenta circumponant; puta, aditum præſtruendo hoſtilia molientibus, arma viroſque comparando, ſocios adjungendo, aliorum conatus vigilanter obſervando, & quæ ſunt ſimilia. Verum iſta ſuſpicio, orta ex communi hominum malitia, non ſuffi-

§. XV. Terminus *à quo* (2) in ſtatu civili incipit ab actuali invaſione, & tali quidem, ut ſpes aut occaſio elabendi deſit. Sed quia in moralibus, pariter ac in naturalibus, non invenitur punctum ſine aliqua latitudine, igitur inſtructionis gradus ultimus pro aggreſſionis parte habendus eſt, & præſtat prævenire, quam præveniri. Verum in ſtatu naturali prima ſufficit ad invaſionem, per militem conſcriptum, aut fœdera cum hoſtibus noſtris inita, præparatio; adeo ut eum, qui vim parat, prævenire liceat. Sed quia vim pati poſſe, ad vim inferendam jus non tribuit, ideo recte Auctor, cum Grotio *l.* II. *c.* I. §. 17. & *lib.* II. *c.* 22. §. 5. diſcedit a ſententia Alberici Gentilis *lib.* I. *de jure belli c.* 14. quam Hobbeſius *de cive c.* 5. §. I. & Celeb. Gundlingius *part.* V. *Obſ.* I. ſuam quoque fecerunt, quaſi metus ex creſcente potentia vicini ſufficiat ad bellum inferendum. Nam (1) a potentia ad actum non valet conſequentia. (2) metus ille moraliter eſt incertus, & varias ob cauſas in fumum abire poteſt. (3) Exempla, quæ adferunt, ſunt vel iniqua, vel eo tendunt, quod innoxiam cautio-

Digitized by Google

ſufficit, ut ſub obtentu defenſionis meæ alterum ultro armis opprimere poſſim, ne quidem ſi potentiam ipſius nimis gliſcere videam; præſertim ubi eandem innoxia induſtria, aut per benignitatem fati citra aliorum oppreſſionem adauxerit. Quin ſi quis, præter facultatem nocendi, etiam voluntatem oſtendat, non quidem adverſus me, ſed alium, non ideo ſtatim meo nomine eum invadere ultro poſſum; niſi ad auxilium alteri, qui injuſte a potentiore invaditur, ex fœdere tenear. Quod eo promtius facere expedit, ſi probabile ſit, iſtum altero oppreſſo in me quoque tranſiturum, & priore victoria pro inſtrumento ſequentis uſurum. Aſt ubi liquido adparet, alterum circa inferendam mihi vim jam occupari, licet conatus ſuos nondum plene expromſerit; ſtatim licebit violentam ſui defenſionem auſpicari, & noxam adparantem occupare; ſiquidem nulla ſpes ſit, fore ut amice admonitus hoſtilem animum exuat, aut ejuſmodi admonitio rebus noſtris noxia ſit futura. Unde heic pro aggreſſore erit habendus, qui prior voluntatem nocendi alteri concepit, & ad eandem exſequendam ſe comparavit; defenſionis autem favor illum comitabitur, qui celeritate uſus tardius molientem oppreſſerit.



tionem per fœdera comparare, vel invaſo auxilium ferre, vel bellum ex alia cauſa juſtum, nunc prudentius ſuſcipere liceat. Non male igitur Auctor in Opere majore *l.* VIII. *c.* 6. §. 5. diſtinguit, (α) an periculum ea certitudine, quæ in moralibus obtineri poteſt, ſit evidens, vel non. Adde (ζ) an incrementum vicini aliquid trahat ex injuſto, ut Gallorum: an vero ex hereditate & matrimoniis, uti Domus Auſtriacæ. Deinde videndum (γ) an animus hoſtilis jam antea adverſus nos patuerit; tunc enim, ut Deus opem miraculoſam cælitus emittat, non eſt exſpectandum.

rit. Neque enim ad defenſionem requiritur primum ictum excipere, aut ictus, qui intentantur, eludere duntaxat & repellere.

2. (*a*) In hoc porro ſtatu non ſolum in præſens intentatum periculum repellere, ſed & hoc depulſo invaſorem eo uſque perſequi poſſum, quoad ab illo in futurum ſatis mihi cautum ſit. Super qua cautione ita habendum. Si quis, injuria intentata, ultro pœnitentia ductus veniam petat & damni reſtitutionem offerat, in gratiam cum ipſo, accepta fide, redire debeo. Nam firmum eſt ſignum animi emendati, ſponte pœnitere & veniam petere. Aſt qui tunc demum pœnitentiam præ ſe fert, quando reſiſtendi vires deficiunt, ejus nudo promiſſo fidere parum tutum videtur. Igitur tali vires nocendi ſubtrahendæ, vel aliud vinculum injiciendum, ne deinceps nobis exiſtat formidabilis. (*b*)

(*a*) Quæ ſequuntur uſque ad finem §. 1. in vetere editione adnexa ſunt §. VIII. qui hic eſt *decimus tertius.*
(*b*) Sequens paragraphus nonus veteris editionis, in hac eſt XIII.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 6.

XVI. In civitate defenſio licita. Aſt in civitatibus haut quidquam tam laxum ſpatium ad ſui defenſionem indulgetur. Nam heic

§. XVI. Ratione termini *adquem* (3) defenſio in ſtatu naturali non modo durat, donec res recuperata eſt, ſed & uſque dum hoſtis ita fractus & enervatus, ut probabiliter ab ipſo nihil periculi ſuperſit, & pax ſequatur. In civitate vero non ultra durat defenſio, quam periculum, eo autem depulſo, cautio de non offendendo a magiſtratu peti debet. In univerſum tria tantum *moderaminis inculpatæ tutelæ*, uti vocatur in *l.* 1. *C. unde vi*, ſunt

Digitized by Google

heic licet quis intellexerit, civem ſeſe comparare ad vim ipſi inferendam, aut atroces minas ſpargere; nequaquam occupare iſtum licebit; ſed ad communem imperantem erit deferendus, & ab eodem cautio petenda. Verum ubi quis ab altero jam invaditur, & in eas redigitur anguſtias, ut magiſtratus, aut aliorum civium implorandi ſubſidium facultas non ſit, tunc demum ad repellendam vim vel extrema invaſori licebit intentare; non quidem ea intentione, ut per cædem vindicta ob injuriam exigatur, ſed quatenus vita citra ejuſmodi cædem è præſenti periculo nequit eripi. INITIUM autem temporis illius, quo quis in ſui defenſionem alium impune poteſt occidere, inde ſumitur; quando aggreſſor voluntatem impetendi vitam meam præ ſe ferens, & à viribus inſtrumentiſque nocendi inſtructus, jam intra illum locum extiterit, ex quo reipſa nocere poſſit, computato quo-

eſt a momento præſentis periculi, donec adiri poſſit ſuperior.



ſunt requiſita: (1) ut adverſus injuſtam offenſionem (2) ex continenti, id eſt illico & in ipſo conflictu, fiat defenſio, (3) quæ offenſioni eſt proportionata. *l. 45. §. 4. D. ad L. Aquil. l. 3. §. 9. D. de vi & vi arm.* Cetera vero, quæ ab aliis, de abſoluta paritate armorum, de fuga ſemper capeſſenda, de primo ictu, de utiliore ſocietatis membro adducuntur, non admittimus; quia, ob concomitantem animi perturbationem, omnia ad vivum non poſſunt reſecari. Si quis igitur tria illa obſervavit, non tantum fert impune, ſed etiam remotus ab omni culpa aut peccato, a cenſura eccleſiaſtica eſt immunis: quamvis ſæpe mulctæ aliquid imponatur, aut codicillari diplomate a Principe venia ſit impetranda. Similiter olim, apud Hebræos, qui hominem, quamvis invitus, interfecerat, ſolenni ritu luſtrandus erat, Philo *de vita Moſ. fin.* Apud Græcos fortuiti caſus exilio voluntario luebantur *l. 16. §. 8. D. de pœn.* Ex lege Numæ, etiam qui imprudens occidiſſet, arietem in comitio

quoque illo ſpatio, quo opus eſt, ſi ego prævenire, quam præveniri malim. *(a)* Perdurat autem spatium inculpatæ tutelæ, quoad aggreſſor fuerit depulſus, aut ultro receſſerit, vel pœnitentia in ipſo facinoris momento tactus, vel quod conatum ejus eventus deſtituerit; ita ut in præſens nocere amplius nequeat, nobiſque ſit facultas in loca tuta nos recipiendi. Nam ultio injuriæ & cautio in futurum ad imperii civilis curam & poteſtatem ſpectat. *(b)*

(*a*) Verba veteris editionis ſequentia: *Etſi propter perturbationem animi, quam tantum periculum excitat, modicus exceſſus in foro humano non curetur*, omiſit Weberus, quia idem dicitur § *ſeq.* xviii.

(*b*) Sequens §. xiii. veteris editionis in hac *decimus octavus* eſt.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 7-9.

**XVII.** Neceſſaria defenſio etiam adverſus

Licet autem defenſionem ſuſcipere tam adverſus eum, qui dolo malo, quam qui per errorem exitium mihi intentat, puta, ſi quis in-

tio offerre debebat Serv. *ad Ecl.* iv. *vſ.* 43. Rad. Forner. *lib.* vi. *rer. quot. c.* 24. & Mornac. *ad l.* 3. *de juſt. & jur.* Si quis vero exacte modum illum in vi propulſanda non obſervavit, & v. gr. fuga cædem non vitavit, impenſas reſarcit, & pro exceſſu inculpati moderaminis, ratione cauſæ, modi vel temporis, arbitrarie punitur. Vide *c.* 3. *x. de pœnis*. Sande *lib.* 5. *tit.* 9. *def.* 4. Mev. *p.* vii. *dec.* 118.

§. XVII. Idem erit in his, qui ebrietate aut inſomniis agitantur; nam, ut Grotius *lib.* ii. *c.* 1. §. 3. docet, jus defenſionis non ideo competit, quod dolo agit adverſarius, ſed quia natura quemque ſibi commendat. Deinde licet aggreſſor in perſona erret, non tamen errat in propoſito lædendi, ideoque voluntas, non exitus ſpectatur. *l.* 14. *D. ad L. Corn. de ſicar.* Porro furioſus

Digitized by Google

inſania agitatus me invaſerit; aut quia me alium, quo cum inimicitiæ ipſi intercedunt, crediderit. Nam ſufficit, quod alteri non ſit jus ad me invadendum aut occidendum, neque in me ſit obligatio ad mortem fruſtra ſubeundam. (a)

Aggreſſo-rem errantem locum habet.

(a) Paragraphus XI. editionis prioris, nunc eſt XV.

*dict. c. 5. §. 5.*

Quanquam autem dictum ſit, non recte ad cædem provolari, ubi commodiore via periculum depelli poteſt: tamen propter PERTURBATIONEM ANIMI, quam imminens periculum parere ſolet, non omnia ad vivum reſecari ſolent; cum in tali periculo trepidanti non ita accu-

XVIII. Quem alter aggreditur, non tenetur fugere, ſed ſe non ſponte ſiſtere.



ſus non magis quidem, quam bos cornupeta, delinquit: *quis enim ſenſus furioſo?* ait Juſtin. *l. 7. C. ad Sct. Treb.* ſed nec ego delinquo, ſi occidi nolim, neque defenſio eſt pœna, ſed propulſatio periculi. Omnia autem prius remedia adhibenda ſunt, quam ad ictum decretorium veniatur.

§. XVIII. Vis quæ ex intervallo infertur, cogitate infertur, nec periculum depellit, nec vitam conſervat, adeoque certamen (1) tendens ad vindictam nunquam eſt licitum *l. 3. §. 9. D. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi.* (2) Probatio rei dubiæ, vel purgatio per duellum, quæ in judiciis Germanicarum gentium, auctore Vellejo Paterc. *lib. II. c.* 118, olim erat recepta, tentatio fuit Dei, & ineptum innocentiæ explorandæ genus, quamvis vulgo *Judicium* vel *Ordalium Dei* vocaretur, & Grotius eam excuſet, in *proleg. hiſtor. Goth. pag.* 67. (3) ad mutuas vel dubias injurias tollendas, in civitate illuſtribus, nobilibus vel militibus non magis, quam plebejis, gladiis vel glandibus plumbeis depugnare licet; nec provocatus, qui comparuit, favore defenſionis fruitur: Duello enim proculcatur honos, magiſtratui debitus; reip. ſubtrahitur utilis pace bellove civis; parentibus liberi dilecti uno ictu adimuntur, &c.

accurate omnes evadendi vias liceat circumſpicere, ſicut ei qui tranquillo animo rem conſiderat. Inde uti ex loco tuto ad provocantem ultro deſcendere temerarium eſt; ita ſi in aperto me loco conſtitutum alter invadat, non præciſe ad Fugam obligor; niſi forte in propinquo ſit tale ſuffugium, in quod me citra periculum poſſim recipere; neque ſemper ceſſim ire teneor. Nam & ibi nudum tergum oſtendendum, & utrinque periculum lapſus imminet, ac ubi ſemel gradu ſis depulſus, eundem iterum componere haut facile eſt. Ut autem aliquis favore defenſionis non excluditur, quod ultro in publicum ad ſua negotia obeunda, prodiit, cum ſi domi manſiſſet, a periculo immunis erat futurus: ita eodem non fruitur, qui ab altero in Duellum provocatus, ubi comparuerit, ita premitur, ut ni illum transfodiat, ipſi ſit pereundum. Nam cum leges id periculum ſubire vetent, ejus quoque ad excuſandam cædem nulla habetur ratio.

Quod

&, quod miſerius, velut inferorum victimæ mactantur; denique non eſt vir fortis, qui contra legem agit, & in ejus auctorem delinquit. In ſtatu autem naturali, ad certiſſimam multorum ſtragem avertendam, ex utroque exercitu, duces vel milites in certamen ſingulare *decretorium* deſcendere poſſunt; in *proluſorium*, gloriæ cauſa, non item. Exempla ſunt in Menelao & Paride, Ænea & Turno, Davide & Goliatho, pueris Joab & Abner, aliiſque apud Grot. *lib.* 11. *de J. B. P. c.* 23. §. 10. Duas alias ſpecies, in quibus à privatis ſine peccato dimicatio ſuſcipitur, habet idem *lib.* 11. *c.* 1. §. 15. De variis duellorum generibus, eorumque moralitate, vid. Obſervat. Halenſ. *tom.* IX. *Obſ.* 4. & 5. de ritibus eorum priſcis Alkemade *van het Kampregt*, & du Frêne *ad Join vill. diſſ.* 29. Exempla habet Camerar. *cent.* 11. *c.* 19. *ſeqq.*

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 13.

Quod pro defenſione vitæ, idem & pro DEFENSIONE MEMBRORUM conceditur, ſic ut & ille innocens habeatur: qui violentum invaſorem occidit, cui fortaſſe intentio fuit membro eum duntaxat mutilandi, aut grave vulnus infligendi. Nam & natura à mutilatione, & gravi læſione maxime abhorremus; & mutilatio membri, præcipue nobilioris, quandoque non multo minoris quam ipſa vita æſtimatur. Quin in anteceſſum non conſtat, an non ex mutilatione ac vulnere mors ſit ſecutura: ac talis patientia communem hominum conſtantiam ſuperat, ad quam leges regulariter non ſolent obligare, in gratiam præſertim hominis malitioſi.

XIX. Defenſio membrorum ſuorum æque licita, ac vitæ.

*dict. c.* 5. §. 10.

Sed & quod pro vita, id & pro PUDICITIA licere-

XX. Etiam pudicitia

§. XIX. Qui cultro vel dolone nos excœcare vel deformare vult, ad vulnus avertendum, poteſt occidi; quia neſcimus, quid, quale & quantum nobis intentet; nec vulnera poſſunt inferri ad menſuram; denique, oculi aliaque membra, æque nobis cara ſunt, quam ipſa vita, nullaque arte inſtaurari poſſunt. Male quidam diſtinguunt, inter membra nobiliora & viliora; alii pejus, cum Textore *c.* 5. *n.* 13. intereſſe putant, an vitæ ſubſit periculum, nec ne; quia id in quovis vulnere contingere poteſt. *Inſidiatori vero & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex?* quærit Tullius *pro Milon. c.* 4. Quod autem Hadrianus in *l.* 1. §. 3. *D. ad L. Corn. de ſicar.* reſcripſit, *ex re conſtituendum eſſe*, an quis animum habuerit occidendi, idem & hic uſum habere poterit.

§. XX. Auguſtinus *l.* 1. *de lib. arb. c.* 5. leges quidem civiles non reprehendit, quæ id permittunt, ſed addit: *quo pacto iſtas defendam, qua interficiunt, non video.* Hæſitat etiam, cum Oſiandro & Zieglero, Cl. Thomaſius in

Ju-

cum internecione aggreſſoris defendi poteſt. licere judicatur: quippe cum nulla major contumelia honeſtæ fœminæ inferri queat, quam ſi quis invitæ eripere aggrediatur, cujus integritate ejus ſexus decus maxime æſtimatur; & efficiat, ut hoſti ex ſuo ſanguine prolem ſuſcitare cogatur.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 11.

XXI. Rerum ſuarum defenſio quo uſque pateat? DEFENSIO autem RERUM inter eos quidem, qui in naturali libertate vivunt, etiam AD CÆDEM USQUE invaſoris procedere poteſt; modo res non ſit ejuſmodi, ut contemni mereatur. Nam citra res utique vita noſtra ſervari nequit; &

*Juriſpr. div. l.* II. *c.* 2. §. 114. Buddeus in *elem. Phil. pract. p.* 2. *c.* 4. *ſect.* 3. §. 14. & Wagnerus *jur. nat. p.* I. *c.* 6. §. 10. quia neutri, nec ſtupratori, nec virgini neceſſario pereundum eſt. Firmiora autem ſunt argumenta Grotii *l.* II. *c.* I. §. 7. & Seldeni *lib.* IV. *de jure nat. c.* 3. quamvis enim, nec vita nec virtus animi vi externa eripiatur, corpori tamen gravis infertur injuria, *cujus metus major, quam mortis, bonis eſſe debet*, ajente Paulo in *l.* 8. §. *pen. D. quod met. cauſ.* Cum etiam ſtupri violenti reus morte punitur, quid refert, virgo, an carnifex eum è medio tollat? *l.* I. §. 2. *D. de extraord. crim.* Quinimo lex divina indirecte Deut. XXII. vſ. 25. lex Romana directe periculo liberat mulierem probam, quæ facere periculoſe, quam turpiter perpeti, pudoremque ſuum tali facinore tueri voluit; neque in illa trepidatione de toto lædentis propoſito ei conſtat, nec per rei naturam unquam reſtitui poteſt à ruina. Paul. *lib.* V. *Sent. tit* 23. §. 8. *l.* I. §. 4. *ad leg. Corn. de Sicar.* Exemplum habet Cicero *pro Milon. c.* 4. Exſpirat autem hoc defenſionis jus, ſtupro commiſſo, & migrat in ultionem, quæ ſoli magiſtratui competit. Vid. de Orgiagontis uxore Val. Max. *lib.* VI. *c.* I. *n.* 2. & Liv. XXXVIII. *c.* 24.

§. XXI. In ſtatu naturali proportio inter rem & vitam, odio raptoris, non attenditur, & minima læſio ſufficit. Hinc juſte occiditur fur diurnus, etſi telo ſe non defendat; multo magis nocturnus, quia adverſus ho-

ſtem

Digitized by Google

& æque hoſtilem animum declarat, qui res, quam qui vitam per injuriam impetit. Verum in civitatibus, ubi erepta ſubſidio magiſtratus recuperari poſſunt, id regulariter non conceditur; niſi in eo caſu, ubi qui res noſtras ereptum venit, in judicium adduci non poteſt. Quo intuitu licitum eſt occidere prædones, & fures nocturnos.

In

ſtem omnia licent. In civitate vero intereſt, an periculum immineat a raptore, an non: hoc caſu defenſio eſt limitata, quia res per magiſtratum reparari, divites multis carere, & prætextus cœdis injuſtæ inde capi poſſent. Fur autem diurnus, ſi telo ſe defendat, occidi poteſt: ſed nocturnus omnino, propter præſumtum vitæ periculum, & difficultatem recuperandi ablata, vel capiendi & cognoſcendi furem, quas rationes examinat Grotius *lib.* II. *c.* I. §. 12. Sed præſumtam tuendi corporis rationem reſpexerunt legislatores inprimis; quacum ceteræ rationis conjungi, & ex Gellii *lib.* XX. *c.* I. ut & *l.* 14. §. 3. *D. quod met. cauſa*, illuſtrari poſſunt. Addenda autem, cum Gronovio ad Grot. *d. l.* eſt quarta, quod Deus noctem quieti dedit, ergo ubi minor eſt cuſtodia hominum, ibi major debet eſſe cuſtodia legum. Lex Moſaica directe furem perfoſſorem occidi permittit Exodi XXII. vſ. 2. Eadem Solonis & Decemvirorum fuit ſententia, Demoſth. *adv. Timocr. p.* 476. & Macrob. *lib.* I. *Sat. c.* 4. ſed Paulus *lib.* V. *Sent. tit.* 23. §. 9. cum melius facere, ait, qui furem comprehenſum Magiſtratibus obtulerit. Cajus clamorem requirit *l.* 4. §. I. *D. ad L. Aquil:* Ulpianus tum demum occidentem impune ferre, ſi parcere furi ſine ſuo periculo non potuit, *l.* 5. *pr. eod. l.* 9. *D. ad L. Corn. de ſic.* jure noviſſimo aliud in urbe, aliud in agris jus fuit *l.* I. *C. quand. lic.* ut adeo lex XII. Tabb. ſucceſſu temporis fuerit mitigata, nec opus ſit cum Auct. *Op. Maj. l.* II. *c.* 5. §. 17. in *d. l.* 4. Tribonianiſmum fingere, aut *l.* 9. cum Noodtio refingere *l. b.* I. *Prob. c.* 9. vid. Cujac. *lib.* XIV. *O. c.* 15. & Præf. ad *tom.* III. *Theſ. jur. civ. p.* 31.

Digitized by Google

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 16-18.

(*) In vetere editione. §. xvi.

XXII. Invaſori quid juris ad ſe defendendum?

Atque hæc de defenſione ab iis facta, qui ultro ab aliis per injuriam invaduntur. Qui autem prior alterum læſit, tunc demum recte ſe defendere, eaque defenſione iſtum denuo lædere poteſt, poſtquam pœnitentia tactus reparationem damni dati, & cautionem de non lædendo in poſterum obtulit, & læſus eandem per aſperitatem animi reſpuit, ac manu ſibi vindictam facere pertendit.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 5. §. 19.

(*) in vetere editione §. xvii.

XXIII. Conſervatio ſui multa præcepta reſtringit in caſu

Denique & tanti habetur conſervatio ſui; ut ſi ea obtineri aliter nequeat, in plurimis caſibus ab obligatione communium legum eximere cenſeatur. Quo nomine NECESSITAS lege carere dicitur.

§. XXII. Hic §. magis ad ſtatum naturalem gentium liberarum, quam ad ſtatum civilem pertinet: in hoc enim Magiſtratus arbitratur, quis pro invaſore aut defenſore ſit habendus: in illo autem invaſor gaudet beneficio defenſionis, ſi invaſus iſtius pœnitentia, cautione, obſidibus, pignoribus aut deditione contentus eſſe nolit: enormis enim defenſio ab offenſione non differt, niſi quod alter auctor rixæ manet, cujus rei Mucius Scævola etiam in arietibus & bubus habuit rationem *l.* 1. §. 11. *ſi quadr.* vid. Grot. *l.* 11. *c.* 1. §. 18. *l.* 111. *c.* 11. §. 14. & *c.* 12. §. 8.

§. XXIII. Parœmiæ hic laudatæ ex *c.* 5. *in fin.* x. *de conſuet.* non ille ſenſus eſt, quod tempore neceſſitatis liceat violare legem, ſed quod finis legis oſtendat, caſum neceſſitatis ſub illa non contineri. Callimachus neceſſitatem *ingentem Deam*, Seneca *magnum imbecillitatis humanæ patrocinium* vocat, *l.* 4. *contr.* 27. Cicero *l.* 11. *de invent. c.* 57. eam definit, *cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari neque leniri poteſt.* Alia eſt ſimplex, alia cum adjunctione: hæc rurſus eſt vel

diċitur. Scilicet cum tanto ardore ad ſui conſervationem homo rapiatur, non facile præſumitur, talem iſti obligationem impoſitam, cui propria ſalus cedere debeat. Quanquam enim non Deus ſolum, ſed &, ubi materiæ gravitas requirit, imperium civile tam rigidam nobis obligationem injungere queat, ut mors ſit potius oppetenda, quam latum unguem ab illa diſcedamus: tamen non ſemper tam rigida legum præſumitur obligatio. Has enim qui tulerunt, aut qui inſtituta quædam inter homines introduxerunt, cum utique ſalutem aut commoditatem hominum per ea promovere voluerint, regulariter ob oculos cenſentur habuiſſe conditionem naturæ humanæ, & quam non poſſit non homo refugere & amoliri illa, quæ ad ſui deſtructionem tendunt. Inde regulariter leges, inprimis poſitivæ, & quævis inſtituta humana judicantur excipere caſum neceſſitatis, ſeu non obligare, quando ipſarum obſervationem comitaturum eſſet malum, humanam naturam deſtruens, aut communi hominum conſtantia ſuperius; niſi expreſſe, aut propter negotii naturam; necessitatis.

vel honeſtatis, commoditatis, vel incolumitatis; quæ poſterior eſt hujus loci, & legem, cum qua colliditur, frangit (1) quia lex fortior vincit debiliorem (2) abeſt animus peccandi (3) in ſtatu extremo mediis extremis licet uti. Tuetur illa autem præcipue adverſus leges civiles, quia ſupponunt fieri poſſe, quod jubent; etiam adverſus leges naturales & divinas, niſi factum aliquod vetent, quod Dei contemtum involvit. Unde inceſtum cum matre, perjurium vel blaſphemiam nulla neceſſitas excuſat, uti Titius hic fuſe docuit. Juvenal. *Sat.* VIII. *vſ.* 81.

*- - Phalaris licet imperet, ut ſis*
*Falſus, & admoto dictet perjuria tauro,*
*Summum crede nefas, animam præferre pudori,*
*Et propter vitam vivendi perdere cauſam.*

turam iſte quoque caſus ſit comprehenſus. Unde neceſſitas non id quidem efficit, ut directe lex poſſit violari, & peccatum admitti: ſed ex benevola legiſlatorum mente, ſimulque naturæ humanæ conſideratione præſumitur, caſum neceſſitatis ſub lege generaliter concepta non contineri. Exemplo uno & altero res erit declaranda.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 6. §. 1, 2.

XXIV. Licet abſcindere membrum pro ſalute totius corporis.

XXIV. Quanquam alias homini non ſit jus in ſua membra, ut illa pro lubitu mutilet, perdatve, licebit tamen ABSCINDERE MEMBRUM INSANABILI VITIO CORREPTUM, ne totum corpus pereat, aut partes adhuc ſinceræ trahantur, aut inutili appendice aliorum uſus membrorum impediatur.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 6. §. 3.

XXV. Jactura hominum licet leva-

XXV. Si IN NAUFRAGIO PLURES IN SCAPHAM inſiluerint, quam illa ferre poſſit, neque ad unum peculiari jure ſcapha pertineat: videntur forte ducen-

XXIV. Si membrum gangræna vel cancro arrodatur, ex conſilio Medicorum, illud recidi poteſt, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus pereat, ait Cicero *Phil.* VIII. *c.* 5. Sic ignoſcendum eſt illis, qui metu imminentis elephantiæ, ſibi virum exſecari curarunt, adito prius magiſtratu & venia petita: id enim fieri ſolitum, refert Juſtinus *apol.* 2. *ad* Anton. junge *cap.* 5. X. *de corp. vit. Nov.* 142. *c.* 2. Cujac. *lib.* XVII. *obſ.* 24. Non tamen præciſe obſtringimur, ut ex duobus malis phyſicis minus eligamus, quia effectus curationis non eſt adeo certus, nec vires ſemper ſufficiunt.

XXV. Autor in *Op. Maj. lib.* II. *c.* 6. §. 3. judicium ſuum circa hos rariores caſus ſuſpendit. Alii non probant reſtrictionem, de domino ſcaphæ, hic allatam. Sed non debet ille deterioris eſſe conditionis, quam ce-

Digitized by Google

ducendi, qui projiciantur: & ſi quis ſortis periculum ſubire detrectaverit, tanquam qui omnium interitum quærat, extra ſortem præcipitari poterit.

*dict.* §. 3.

Si DUO IN PRÆSENS VITÆ PERICULUM incidant, in quo utrique ſit pereundum, uni quid facere licet, ex quo alteri alias perituro, fata admoveantur, ut ipſe ſalvus ſit. v. g. Si ego natandi peritus cum altero natandi imperito in profundas aquas incidiſſem, & ille me circumplexus teneret, neque mihi tantæ ſint vires, ut ipſum mecum aquis efferre valeam: potero talem à me violenter amoliri, ne cum ipſo ſimul ſuffocer, etſi is per exiguum tempus à me utcunque ſuſtentari potuerit. Sic in nau- XXVI. *alias* 21. Mors uni maturari poteſt ab altero, ne uterque pereat.

H fra-

ceteri, licet ſint vectores; & quamvis daremus, communionem reviviſcere, ea dominum tamen non excludit. Non autem probamus Cl. Barbeyraccii diſtinctionem, an alter utilior ſit generi humano, vel reipublicæ: quia omnes homines, ratione exiſtentiæ ſuæ naturalis, quæ hic ſola conſideratur, ſunt æquales, & eodem jure fruuntur. Deinde philautia naturalis & durum neceſſitatis telum ſcrupuloſas illas inquiſitiones reſpuit. Inter non dominos igitur ſortis judicium erit neceſſarium, uti in hiſtoria Jonæ *cap.* 1. *vſ.* 7. & triſti exemplo de ſeptem Britannis, quod ex Tulpii Obſ. Medicis refert Ziegler. ad Grot. *l.* II. *c.* I. §. 3. Quisquis tunc infelici ſorte contendit, peccabit, ſi in illa non acquieſcat. Prov. XVIII. vſ. 18. Minime autem probandum eſt illud Carneadis apud Lactant *lib.* v. *c.* 16. *Quid juſtus faciet, ſi forte naufragium fecerit? & aliquis imbecillior viribus tabulam ceperit? nonne illum tabula deturbabit, ut ipſe conſcendat, eaque nixus evadat, maxime cum ſit nullus medio mari teſtis? Si ſapiens eſt faciet; ipſi enim pereundum eſt, niſi fecerit.*

§. XXVI. Tria exempla illa minus habent dubii, quia jure naturæ obligamur quidem ad ſuccurrendum aliis, ne tamen propriæ dilectionis

fragio, ubi ego tabulam occupavi duorum non capacem: ſi quis adnatans eidem quoque ſe velit injicere, me ſimul ſecum perditurus, potero eum quavis violentia à tabula repellere. Sic quando duobus fugientibus hoſtis necem intentans inſtat, unus vel porta poſt ſe clauſa, vel ponte dejecto alterum in periculo vitæ deſtituere poteſt, ſi uterque ſimul ſervari nequeat.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 6. §. 4.

XXVII. alias 22. Ad vitam conſervandam licet innocenti periculum vel mortem intentare.

Ex neceſſitate poteſt alteri PERICULUM MORTIS AUT MAGNÆ LÆSIONIS INTENTARI INDIRECTE, ita ut nobis non ſit propoſitum ipſi nocere, ſed duntaxat pro noſtra conſervatione talem actum ſuſcipere, ex qua probabiliter noxa ipſi poſſit inferri; ut tamen mallemus quavis potius alia ratione neceſſitate noſtra defungi, & ipſam læſionem quantum in nobis temperemus. Sic ſi robuſtior mortem intentans me perſequatur, ac in anguſta via, qua fugiendum, forte quis occurrat; ubi admo-

nis obliviſcamur; (2) in colliſione bonorum æqualium, quæ ſimul non poſſunt haberi, vincit amor, qui ſuam ſalutem præfert alienæ. (3) Præcepta affirmativa vim ſuam amittunt, ſi occaſio citra noſtram culpam deficit.

§. XXVII. Grotius *lib.* II. *c.* I. §. 4. inter legem naturæ & Euangelii diſtinguit; durius Oſiander, Kulpiſius & Zieglerus *ad d. l.* negant, jure naturæ hoc licere. Sed non eſt quæſtio, an directe innocens poſſit proſterni, verum ſi quis ſaltum ſuper ipſum molitur, quicquid accidit, aggreſſori erit imputandum. Quod ſi etiam neceſſitas illa plenum jus non tribuit, favore tamen neceſſitatis, ſaltem in foro humano, homini perturbato venia erit danda, quia in ſummo periculo timor miſericordiam vincit, ait Cæſar *lib.* VII. *de Bell. Gall. c.* 26. Damnum vero ex vulnere illato & impenſæ curationis ſunt reſtituendæ. Vide Hertium *de collis. legum ſect.* I. §. 5.

Digitized by Google

monitus non ceſſerit, aut id temporis locive anguſtia non admiſerit, licebit illum proſternere, & per eum jacentem fugam perſequi, etſi probabiliter ex eo impulſu vehementer videatur affligendus. Niſi forte illi peculiari obligatione tenear, ut etiam ultro pro ipſo periculum ſubire debeam. Quod ſi fugæ interpoſitus, admonitus licet, decedere via nequeat, puta, ſi infans ſit, aut claudus; ſaltem excuſationem merebitur, qui ſuper eundem ſaltum molitur potius, quam moras nectendo corpus hoſti præbet. At vero ſi quis petulanter vel inhumane mihi obſtiterit, & viam fugiendi concedere noluerit, etiam directe impelli ac proſterni poteſt. Cæterum quibus per iſtos caſus læſio conciliatur, eam tanquam fatalem calamitatem ferre debent.

*dict.* §. 4.

XXVIII. alias 23. In neceſſitate vicſtum invito domino ſubducere permittitur.

Si quis præter propriam culpam IN EXTREMA INOPIA VICTUS AUT VESTIUM adverſus frigus neceſſariarum verſetur, neque ab aliis locupletioribus atque abundantibus, precibus, pretio, aut oblata ſua opera, ut ultro ſibi illas concederent, impetrare potuit; citra crimen furti aut rapinæ vi vel clanculum illas ſubducere



§. XXVIII. Varias hic ingreſſi ſunt vias juris naturalis interpretes, quas Beyerus collegit in *delin. juris div. c. 12. n. 78.* Auctor bene propoſuit caſum, rationem decidendi & limitationes; nam (1) officium humanitatis in ſumma neceſſitate mutatur in obligationem perfectam, & eſuriens jure ſuo utitur, dum alter, non æque indigens, ipſi perituro ſuccurrere recuſat. (2) ex fine dominii id probatur, quod ad diſcordias tollendas & promovendam induſtriam hominum eſt introductum, non vero tam rigida lege, quin extrema neceſſitas ſit excepta, (3) ſi vita hominum tempore neceſſitatis eſt in noſtra poteſtate, quanto magis cibus & veſtimenta?

re poterit, præſertim ſi intentionem habuerit earum æſtimationem præſtandi, quando occaſio oblata fuerit. Nam locuples in ejusmodi neceſſitate conſtituto ex officio humanitatis debebat ſuccurrere. Quanquam autem regulariter, quæ ex humanitate debentur, haut quaquam vi poſſint eripi: tamen extrema neceſſitas efficit, ut talia non minus aſſeri queant, quam quæ ex obligatione perfecta debentur. Neceſſum tamen eſt, ut egenus omnes prius vias tentet, quo volente domino neceſſitatibus ſuis ſuccurrere queat; neve dominus pari neceſſitate teneatur, aut mox in eandem ſit devolvendus. Et ut reſtitutio fiat; præſertim ubi alterius fortunæ non ferant, gratis tale quid condonare.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 6. §. 5-7.

XXIX. alias 24. Quid liceat in res alienas pro ſervandis noſtris? Denique videtur & neceſſitas, circa res noſtras verſans, veniam indulgere RES ALIENAS PERDENDI; ita tamen ut citra noſtram culpam id periculum rei noſtræ extiterit; ut idem commodiore via diſpelli nequeat; ut ne pro viliori noſtra re alterius pretioſiorem perdamus; ut æſtimationem ejusdem præſtemus, ſi quidem

§. XXIX. Æquitas legis Rhodiæ de jactu, a Strabone, Cicerone & Juriſconſultis laudata, jubet damnum, pro omnibus datum, omnium contributione ſarciri *l.* 1. §. 2. *D. ad leg. Rhod.* ſed cum illa tantum ſpecialis ſit concluſio, ex principio generali neceſſitatis educta, male Lauterbach in *diſput. de æquitat. legis Rhod.* illius legis extenſionem ad caſus ſimiles molitur, cum ad fontes juris naturæ recurrere ſatius fuerat. Sic quod incendii arcendi cauſa factum eſt, a vicinis reparandum eſſe, ait Gailius *lib.* 11. *Obſ.* 22. *n.* 4. & Sandius *lib.* v. *def.* 3. *tit.* 7. quia multi facilius, quam unus, damnum.

Digitized by Google

dem iſta alias peritura non fuerat, aut in partem damni veniamus, ſi alterius res una cum noſtra alias peritura erat, quæ nunc ſua jactura noſtram ſervat. Quam æquitatem fere LEGES NAUTICÆ ſequuntur. Sic & orto incendio, eoque ædibus meis imminente, licebit vicini ædes diruere, ita tamen, ut quorum ædes hoc modo ſervatæ ſunt, pro rata, vicini damnum ſarciant.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 6. §. 8.

num ferunt. Sed Juriſconſulti Romani pronunciarunt dolo carere eum, qui metu ductus ædes vicinas intercidit, ne ad ſe ignis perveniret *l.* 49. §. 5. *D. ad Leg. Aquil. l.* 3. §. 7. *D. de inc. ruin.* quamvis Servius, in interdicto *quod vi aut clam*, diſtinguat, an ignis uſque eo pervenerit, & abſolvi oportere; ſi non, ſimpli litem æſtimandam. *l.* 7. §. 4. *D. quod vi aut clam.*

---

## CAPUT. VI.

# *De Officio quorumlibet erga quoslibet, & primo, de non lædendis aliis.*

### SUMMARIA.

I. *Officia cujuslibet erga quemlibet.*
II. *Officium abſolutum* 1. *alium non lædendum.*
III. *neque in naturalibus neque acquiſitis.*
IV. *Itaque reſarciendum eſt damnum,*
V. *ſeu quævis læſio,*
VI. *ſive rei ipſius ſive fructuum,*
VII. *ſive per nos ſive per alios,*
VIII. *ſive per plures ſimul illata,*
IX. *etiam culpa,*

 X. *non*

X. *non vero caſu.*
XI. *Damnum a ſervo datum dominus reſtituat, aut ſervum dedat.*
XII. *Idemque faciat, ſi animal nocuerit.*
XIII. *Præterea damnum dans pœnitentiam teſtetur, paſſus veniam det.*

GROT. D. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 17.

I. Officia hominis cujuslibet erga quemlibet.

SEQUUNTUR OFFICIA, quæ homini ADVERSUS ALIOS HOMINES ſunt exercenda. Eorum aliqua proveniunt EX COMMUNI OBLIGATIONE, qua Creator omnes homines ut tales inter ſe devinctos voluit: aliqua autem EX CERTO INSTITUTO per homines introducto aut recepto, vel EX CERTO HOMINUM STATU ADVENTITIO promanant. Illa cuilibet erga quemlibet exercenda; hæc autem non niſi erga certos, poſita certa conditione aut ſtatu. Inde & illa poſſis vocare ABSOLUTA, hæc HYPOTHETICA.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 3 §. 23.

II. Officium abſolutum primum, Alium non eſſe lædendum.

Inter officia abſoluta ſeu quorumlibet erga quoſlibet PRIMUM locum obtinet: NE QUIS ALTERUM LÆDAT. Eſt quippe hoc officium omni-

§. I. Uti jura hominum ſunt vel naturalia, vel adventitia, ſic etiam officia alia ſunt *abſoluta*, quæ immediate ex principiis juſti honeſti & decori fluunt, alia vero *hypothetica*, quæ vel hominum aliquod *inſtitutum*, ut ſermonem, dominium & pretium, vel *ſtatum adventitium* civis, mariti vel patris ſupponunt. Illa in magna civitate totius mundi erga quoslibet, cives & peregrinos, Judæos & Turcas, citra ullum pactum, ſunt exhibenda, hæc vero ad rempublicam vel familiam ſunt alligata. Vid. infra *cap.* IX. §. 22.

§. II. Officia abſoluta ſunt vel *perfecta*, quæ ex regulis juſti, vel *imperfecta*, quæ ex regulis honeſti deſcendunt. Illorum primum eſt; neminem læde, & ſi læſeris damnum

Digitized by Google

omnium latiſſimum, omnes homines ut tales complexum. Idemque facillimum, utpote nuda actionis intermiſſione conſtans, niſi qua obluctantes rationi libidines quandoque compeſcendæ ſunt. Quin & maxime neceſſarium idem eſt, quod citra illud ſocialis hominum vita nullo modo conſiſtere queat. Qui enim nihil boni in me confert, qui ne vulgaria quidem officia mecum miſcet, cum eo tamen tranquille vivere poſſum, modo nulla ratione me lædat. Imo à maxima parte mortalium nihil amplius quam iſthoc deſideramus; bona fere inter paucos invicem communicantur. Aſt cum eo, qui me lædit, nullo modo pacifice poſſum vivere: cum natura cuique tam tenerum amorem ſui, rerumque ſuarum inſeverit, ut non poſſit non omnibus modis repellere eum, qui iſtis noxam inferre aggreditur.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 1.

III. Nemo lædendus neque in naturalibus, ne-

Hoc ipſo autem officio velut muniuntur non illa tantum, quæ per ipſam naturam alicui adſunt; uti eſt vita, corpus, membra, pudicitia,



mnum reſarci. Cicero *lib.* III. *de offic. c.* 5. ex ſocietatis cuſtodia illud demonſtrat, quem Auctor eſt ſecutus. Florentinus, Stoico ſenſu, provocat ad cognationem generis humani in *l.* 3. *de Juſt. & jure*, nam qui homini ſtruit inſidias vinculum cognationis ſolvit. *Orti ab uno homine conſanguinitatis jure ſociamur*, ait Lactant. *Epit. c.* 7. Alii Juriſconſulti *naturam*, *jus naturæ*, *bonum & æquum* laudant in *l.* 14. *D. de cond. ind.* *l.* 6. §. 2. *de jure dot.* *l.* 206. *de R. J.* Vera autem ratio eſt, quia natura humana nec felix nec ſalva eſſe poteſt, ſine pace, quam violat is, qui alterum lædit; & quod quiſque ſibi non vult fieri, id aliis quoque ne faciat, eſt obſtrictus.

§. III. In §. præcedente latiſſimum dixerat hoc officium ratione ſubjecti, hic eandem amplitudinem ratione

que acquiſitis bonis.

citia, libertas; ſed & quæcunque inſtituto aliquo atque conventione humana ſunt quæſita. Sic ut quocunque legitimo titulo aliquid noſtrum ſit, hoc præcepto idem auferri, corrumpi, lædi, uſibus noſtris ex toto aut parte ſubtrahi vetetur. Unde hoc ipſo interdicta intelliguntur quævis crimina, quibus aliis noxa infertur; uti eſt cædes, vulneratio, verberatio, rapina, furtum, fraus, vis directe aut indirecte, mediate aut immediate illata, & quæ ſunt ſimilia.

*dict. §. 1.*

IV. Unde fluit, Damnum damnum eſſe reſarciendum.

Ex hoc porro conſequitur: SI CUI SIT AB ALTERO LÆSIO ILLATA, DAMNUMVE DATUM ULLO MODO QUOD IPSI RECTE POTEST IMPUTARI, ID QUANTUM FIERI POTEST AB EODEM ESSE SARCIENDUM. Alias enim vanum erit præceptum, ne quis lædatur, neve cui damnum detur, ſi ubi de facto læſus fuerit damnum ipſi gratis ſit devorandum, & qui læſit fructu ſuæ injuriæ ſecure & citra refuſionem gaudere queat. Neque etiam citra neceſſitatem reſtitutionis abs ſe invicem lædendis abſtinebit unquam mortalium pravitas; nec ei, qui damnum paſſus eſt, facile fuerit animum ad agendum

ue objecti demonſtrat: nam omnem comprehendit ablationem, denegationem, ſubtractionem & corruptionem, qua bona, jure connato vel acquiſito competentia, adimuntur. Ariſtoteles *lib.* II. *Polit. c.* 6. omnia ad tres claſſes revocavit, ad injuriam, damnum & cædem.

§. IV. Non hic opus eſt confugere ad contractum involuntarium, cum Ariſtotele *l.* v. *Ethic. c.* 2. nam tres Auctoris rationes id ſatis demonſtrant: quibus adde (4) quod jus meum illato damno non fit deterius, & ſicut alter illud ante non inferre, ita nunc explere & penſare tene-

dam cum altero pacem componere, quamdiu iſtius reparationem non obtinuerit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 2.

DAMNUM, etſi proprie ad rerum læſionem pertinere videatur, ita tamen late à nobis heic accipitur, ut notet omnem læſionem, corruptionem ejus, quod noſtrum jam eſt, aut interceptionem ejus, quod ex jure perfecto debebamus habere; ſive id datum ſit à natura, ſive accedente facto humano, aut lege attributum; aut denique omiſſionem ac denegationem alicujus præſtationis, quam alter nobis ex obligatione perfecta exhibere tenebatur. Aſt ſi intercipiantur, quæ ex obligatione duntaxat imperfecta debebantur, non cenſetur damnum datum, quod penſari debeat. Inconveniens enim fuerit damni loco ducere, talia non accepiſſe, aut penſationem eorum poſtulare, quæ ab altero non niſi in locum ultronei beneficii exſpectare poteram, & quæ inter mea, antequam ea accepero, cenſere non poſſum.

V. Damnum hic ejus quod noſtrum eſt nobisve debetur, læſio aut negatio.

H 5 Sub

tenetur; id quod ſi non faciat, injuriam nova injuria cumulat, & tanquam pacis turbator, in civitate actione legitima, in ſtatu naturali bello, ad damnum reſarciendum poteſt compelli.

§. V. Juriſconſulti, proprietatis verborum ſtudioſi, *damnum*, *injuriam*, *noxiam* & *pauperiem* diſtinguunt, propter effectus diverſos & formularum anguſtias, quibus incluſi erant. Auctor vero latius accipit damnum, pro privatione boni cujusvis, adverſus leges; nec refragatur origo vocis, quæ vel à *demendo*, vel à δαμάω, δάμνημι deſcendit: unde non tantum comprehendit læſionem circa meum & tuum, ſed & circa corpus & famam; imo qui lucri certam ſpem alteri intercipit, is damnum dediſſe intelligitur. Illud vero obſervari debet, ut ex jure perfecto id, quod adimitur, nobis competat, de quo infra ad *cap.* IX. §. 4.

Digitized by Google

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 3.

VI. Damnum eſt læſio tam rei ipſius, quam provenientis inde fructus.

Sub damni porro nomine venit non modo res noſtra, aut nobis debita, quæ læditur, perditur, aut intercipitur; ſed & FRUCTUS, qui ex ipſa re proveniunt, ſive jam ſint percepti ſive adhuc ſperentur, ſi modo dominus eos percepturus fuerat: deductis tamen impenſis, quæ ad fructuum perceptionem fuerunt neceſſaria. Æſtimatio autem fructuum ſperatorum intenditur aut remittitur, prout propius aut longius à fine incerti proventus remoti fuerint. Denique & pro uno damno habetur, quicquid ex aliqua læſione velut naturali neceſſitate deinceps profluxit.

Po•

§. VI. Reparatio damni non modo continet damnum emergens, ſed & lucrum ceſſans; unde, præter rem principalem, omnis acceſſionis, & cauſæ corpori cohærentis, & eorum, quæ ex actu conſecuta ſunt, ratio habetur *l.* 20. & 34. *D. de R. V. l.* 22. §. 1. *l.* 23. *pr. D. ad leg. Aq.* Sic (1) res reſtituenda eſt cum fructibus, civilibus, naturalibus, induſtrialibus & mixtis, ut infra *cap.* 13. §. 2. 3. dicetur. Ut impenſæ fructuum cauſa factæ deducantur, *naturalis ratio expoſtulat*, ait Paulus, etiam in prædonibus *l.* 36. §. 5. *D. de petit. her.* In æſtimatione fructuum corruptorum refert, an fuerint maturi, an tantum in herbis, an parum vel multum periculi, ex genio regionis, illis imminuerit: ſpes enim, incerti licet boni nomen ſit, recipit æſtimationem, ſi nobis debeatur; at lucrum ſperatum, ſed non debitum, damni vice haberi non poteſt *l.* 26. *in fin de damn. inf. l.* 73. §. 1. *D. ad. L. Falc.* (2 Qui hominem vulneravit, ad impenſas & ad æſtimationem operarum ceſſantium tenetur, Exod. XXI. vſ. 19. Cicatricum autem vel deformitatis nulla habetur ratio, quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem, *l. ult. D. de his qui effud. l.* 3. *D. ſi quadr. paup.* ſed ex capite atrocis injuriæ agi poteſt §. 9. *Inſt. de injur.* (3 Homicida injuſtus fert impenſas, in medicos factas, & alimenta, quibus liberi vel uxor occiſi carere debent, ſolvit *l.* 5. §.

J. D.

*dict.* §. 3.

VII. Damnum datur per ſe, per alios: & cui imputetur?

Poteſt autem quis alteri damnum dare non ſolum immediate & PER SE, ſed & PER ALIOS. Poteſt & damnum immediate ab aliquo datum ALTERI imputari, quia ad iſtud factum aliquid contulit vel faciendo, vel non faciendo, quod debebat facere. Quandoque inter plures, qui ad idem factum concurrerunt, unus PRINCIPALIS cauſa habetur, alter ACCESSORII in loco eſt: quandoque omnes PARI paſſu ambulant. Circa quos obſervandum: illos ita teneri ad reparationem damni, ſi revera cauſa damni fuerint, & momentum aliquod attulerint ad totum damnum, aut ejus partem. Ubi autem quis ad ipſum actum, quo damnum fuit datum, realis aliquid operæ non contulit, neque ut iſte ſuſciperetur antecedenter effecit, neque in partem emolumenti venit; is licet occaſione iſtius actus aliquo peccato obſtringatur, ad reſtitutionem tamen damni non tenebitur; uti ſunt, qui alienis

1. *D. ad. L. Corn. de ſicar.* Diod. Sic. *l.* IV. *c.* 31. liberi autem corporis occiſi nulla eſt æſtimatio, ſed accuſatione criminali ejus cædes vindicanda *l.* 1. §. 2. *D. ad L. Corn. de ſic.* De ὑποφονίᾳ vid Harpocration & Suidas.

§. VII. Hanc materiam jam ſupra ad *lib.* 1. §. 18. & 27. cum Auctore tractavimus: hic addamus (1 Qui ipſe damnum dedit, ſua voluntate & facto, is naturali ratione tenetur ad ejus reſtitutionem, & ad pœnam: ut patiatur *telis vulnera facta ſuis. l.* 155. *pr. de R. J. l.* 6. §. 1. *unde vi.* (2) Si per alium, vel cum alio, uterque aliquando punitur, ſed ſola cauſa moralis damnum reſarcit. *l.* 2. 3. 4. *D. de noxal. act. l.* 53. §. 8. *D. de legat.* 1. (3) Si tantum lucramur, obligatio eſt ad damnum reparandum, non ad pœnam: hæc enim v. gr. ad heredes non tranſit, qui non peccarunt, ſed injuſta lucra, quæ ſine cauſa tenent, iis extorquentur *l.* 16. §. 2. *D. quod met. cauſ. l.* 20. *D. de pœnis l.* 38. *de R. J.* (4) Qui lætantur,

nis malis lætantur, qui patratum damnum laudant, excuſant; qui antequam fiat, optant, dum fit, favent, aut aſſentantur.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 4

VIII. Plures ſi damnum dederint, quo ordine teneantur?

Ubi plures ad unum actum, ex quo damnum profluxerit, concurrerunt, primo loco tenebitur, qui imperio, aut alio modo neceſſitatis quid habente, ad factum alios impulit. Patratur, propter damnum alteri illatum, peccant contra regulas honeſti, ſed non ſunt auctores damni, nec tantum malitiæ habent, quæ ad damni refuſionem, vel ad meritum pœnæ ſufficiat. Vid. Grot. *l.* 11. *d.J.B.&P.c.* 21.

§. VIII. Sex ſpecies diverſas hic diſtinguamus oportet. (1) ſi *ſervus*, obſequioſa & remiſſa voluntate, jubente domino, damnum dedit, dominus punitur & damnum reſarcit: quia blando vis latet imperio, ut ait Auſonius, & ſervus non libera voluntate, ſed ex *neceſſitate ſervili* mandatum executus eſt *l.* 19. §. 2. *D. de negot. geſt.* Si vero atrocitas facinoris adſit, ſervus ut merum phyſicum inſtrumentum non conſideratur *l.* 21. §. 1. *D. de act. rer. am. l.* 20. *D. de obl. l.* 157. & 169. *de R.J.* (2) Si homo *ſui juris* patravit factum, alius vero conſilium ei ſpeciale dedit, opem tulit, vel receptum præſtitit, primo cauſa phyſica, deinde moralis in ſubſidium, ad damni reparationem, uterque vero ad pœnam tenetur. *l.* 50. §. 1. *ſeqq. D. de furt.* (3) Si plures ſui juris conſpirarunt ad *damnum* inferendum, omnes tenentur pro rata, ſed unus deprehenſus pro ſe & ſociis ſolvit, & hos ſolvendo liberat: quia omnium una eſt obligatio, & bona fides, ſeu æquitas non patitur, ut idem bis exigatur. *l.* 57. *de R. J.* (4) Si conſpiraverint in *crimen*, pœna omnium eſt ordinaria, ſive de auctore conſtet, ſive non; ut ſinguli tollantur, vel in ſua perſona emendentur, qui totum crimen ſua voluntate approbarunt *l.* 7. §. *f. l.* 8. *D. de juriſd. l.* 11. §. 2. *D. ad L. Aquil. Conſt. Car.* V. *art.* 148. (5) Si citra conſpirationem, v. c. in rixa, ſubito contingente, læſio eſt facta, a pluribus, actu *individuo*, id eſt tali, ut ex unius opera idem effectus fuerit ſecuturus, & v. c. tres tria vulnera lethalia inflixerunt, omnes ad unam tenentur

trator facinoris, cui miniſterium detrectare non licuit, inſtrumenti tantum rationem habebit. Qui citra neceſſitatem ad facinus acceſſit, ipſe primo loco tenebitur, tum cæteri, qui ad facinus aliquid contulerunt. ita tamen, ut ſi à prioribus reparatio damni fuerit facta, poſteriores ab eadem ſint immunes (quod in pœnis ſecus eſt.) Si plures PER CONSPIRATIONEM aliquod facinus patraverint, omnes pro ſingulis, & ſinguli pro omnibus tenentur; ſic ut ſi omnes comprehendantur, ſinguli ratam partem ad damnum ſarciendum conferre debeant. Ubi reliquis elapſis unus tantum deprehendatur, hic pro omnibus ſolvere tenebitur. Ubi autem ex deprehenſis aliqui non ſint ſolvendo, locupletes in ſolidum tenebuntur. Quod ſi plures citra conſpirationem ad idem facinus concurrerint, ac diſcerni liquido poſſit, quantum quisque ad damnum contulerit; quisque tantum tenebitur ad id penſandum, quod ab ipſo proceſſit. Quod ſi unus ſolidum ſolverit, reliqui à reparatione damni liberantur.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 5.

Ad reparationem damni tenetur non ſolum, qui dolo malo alteri nocuit; ſed & qui præter directam intentionem per NEGLIGENTIAM ſeu CUL- IX. Damnum etiam culpa datum reſarciendum eſt.

tur pœnam, ſed damnum ſemel reſarciunt *l.* 51. *pr.* & §. 1. *ad L. Aquil.* (6) Si vero actu *dividuo*, quilibet in tantum tenetur, in quantum nocuit, ut ſi unus brachium, alter cor vulneravit *l.* 11. §. 2. & 3. *D. ad L. Aquil. l. ult. D. ad L. Corn. de ſic. diſt. Conſt. a.* 148. Carpzov. *qv. crim.* 25.

§. IX. Si quis invito dederit damnum ſua voluntate, machinatione & *dolo*, tenetur ad pœnam & damni reſtitutionem: ſin *culpa*, lata, levi & leviſſima, damnum reſarcit: nam licet voluntarie illud non dederit, ne-

Culpam, quam evitare facile erat. Hæc enim non minima pars eſt ſocialitatis, ita circumſpecte agere, ut noſtra converſatio aliis non fiat formidoloſa, aut intolerabilis. Quin & ſæpe ex peculiari obligatione quis ad accuratam diligentiam abhibendam adſtringitur. Imo & leviſſima culpa ad reparationis neceſſitatem ſufficere poteſt, ſi modo negotii natura exactiſſimam diligentiam non ultro velut adſpernetur, aut ejus magis, qui damnum accipit, quam qui dat, culpa verſetur; aut niſi magna perturbatio vel negotii circumſtantia accuratam circumſpectionem non admittat; puta, ſi quis in fervore pugnæ, dum arma quatit, proxime ſibi adſtantem lædat.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 6.

X. Non item quod caſu fortuito accidit. Verum qui per Casum fortuitum & citra ſuam culpam læſit, ad reparationem non tenetur

neque nocere voluerit, dum tamen non cavit, ipſi aliquid, domino vero nihil imputari poteſt *l.* 44. *D. ad leg. Aq. l.* 155. *de reg. jur.* Jus Romanum inſuper actionem pœnalem legis Aquiliæ dedit, quaſi is, qui imprudenter rem alienam fregit vel corrupit, delictum commiſiſſet; ſed moribus ſufficit, damnum cum eo quod intereſt reſtitui; quia omnis ruſticitas, inertia & ſegnities corrigi nequit, eaque non punita vigor publicæ diſciplinæ ſalvus manet. V. Huber in *Eun. ad l.* 27. §. 5. *ad leg. Aquil.* & Thomaſius in *diſſ. Larva legi Aquiliæ detracta.* De culpa in contractibus præſtanda infra *ad cap.* xv. §. 5.

§. X. Vis major, caſus incerti, & infortunia extrinſecus advenientia non merentur pœnas, nec obligant ad reparationem damni, quia vel non poſſunt prævideri induſtria humana, aut non poſſunt præcaveri. *l.* 6. 8. *&* 9. *C. de pign. act.* Exodi xxii. vſ. 9. niſi tamen (1) culpa ad caſum ordinata præceſſit; nam & qui occaſionem præſtat damnum dediſſe videbitur *l.* 5. §. 3. *l,* 30. §. 3 *D. ad L. Aquil.* (2) Poſt moram

tur. Quia cum nihil ſit admiſſum, quod imputari ipſi queat, nulla ratio eſt, quare potius is, qui invitus fecit, fatale malum luere debeat, quam alter, qui paſſus eſt.

*dict.* §. 6.

XI. Damnum à ſervo noſtro datum penſandum eſt, aut is dedendus.

Illud quoque naturali æquitati congruum eſt, ut ſi HOMO NOSTER citra culpam noſtram alteri damnum dedit, id vel ipſi penſemus, vel iſtum læſo dedamus. Nam ſervus utique naturaliter reparationi damni à ſe dati eſt obnoxius. Cum autem ipſe non habeat bona, unde reparatio fieri queat, ejusque corpus domini ſit; æquum ſane eſt, ut dominus aut damnum ſarciat, aut iſtum dedat. Alias enim ſervo daretur licentia omnes pro libidine lædendi, ſi neque ab ipſo, qui nihil, ac ne ſeipſum quidem habet, neque à domino reparatio damni obtineri

ram periculum eſt moroſi *l.* 23. *D. de V. O.* niſi res ſimiliter apud dominum interitura erat *l.* 15. §. 3. *D. de R. V.* *l.* 14. §. 1. *D. depoſ.* (3) Qui caſum expreſſe vel tacite in ſe recepit, is pacto ſtare, & caſum ſolitum atque inſolitum, non autem inſolentiſſimum, ferre debet *l.* 78. §. *f. D. de contr. emt. l.* 15. §. 2. *D. locati* de quibus videſis diſſ. meam VI. *c.* 2.

§. XI. Servus (1) aut *culpa* domini, non prohibentis, vel tertii jubentis dedit damnum, & illi ſoli id reſarciunt; *l.* 44. §. 1. *l.* 45. *pr. D. ad L. Aq.* aut (2) *læſo* cauſam præbente, & ſibi is imputare debet, *l.* 52. §. 1. *D. ad L. Aquil.* aut (3) *proprio motu*, & tunc dominus eligit, an damnum reſarcire, an vero ſervum noxæ dare velit. *pr. I. de nox. act. l.* 6. §. 1. *D. de re jud.* Soli vero juri civili hoc adſcribit Grotius *lib.* II. *c.* 17. §. 21. & verum eſt, naturam non præcipere, ut dominus, qui non eſt in culpa, nec quicquam ex ſervi delicto lucratur, nec retinendo noxium ulli facit injuriam, ſed jure ſuo utitur, noxam ſarciat. Si vero ex altera parte cogitemus, quod dominus locuples ſæpe pauperi læſo obſtaret, quo minus is caput obligatum poſſit occupa-

Digitized by Google

ri poſſet. Nam ſi vel maxime ob læſionem dominus ipſum verberibus aut carcere velit plectere, læſo inde haudquidquam ſatisfieri poteſt.

J. N. *&* G. *l.* 3. *c.* 1 §. 6.

XII. Damnum ab animali datum dominum ad idem obligat.

Quin & idem circa ANIMALIA NOSTRA æquum eſſe videtur, ut quando illa etiam citra noſtram culpam, & contra naturam generis ſponte commota, alteri damnum dederint, dominus vel damnum ſarciat, vel animal dedat. Nam ſi ab animali, quod in libertate naturali degebat, læ-

cupare, æquum eſſe videtur, ut damnum quoque ferat; nam uti homo nocens, ſi nullius foret, ſine dubio capi poſſet, ita dominia in præjudicium ſocialitatis non ſunt introducta, & major reparandæ læſionis, quam dominii favor eſt. v. Titius *ad Lauterb. Obſ.* 262. Mencke *de æquitate legum Romanarum circa noxæ deditionem.*

§. XII. Cl. Barbeyraccius hic & ad Grot. *l.* II. *c.* 17. §. 21. ſeparat bruta a ſervis, quia in hos dolus & culpa cadit, illa vero *ſenſu*, id eſt ratione carent *l.* 1. §. 3. *D. ſi quadr.* Cl. vero Carmichaël exiſtimat, domino pretium pro animali datum, & ſumtus ei impenſos ſalvos eſſe debere. Sed eædem rationes & diſtinctiones, quæ ad §. præced. ſunt allatæ, hic quoque obtinent; multumque intererit, an dominus pecus immiſerit, vel non, Plin. *lib.* XVIII. *c.* 3. Juvenal. *Sat.* XIV. *vſ.* 151. an inſtigatu alterius *l.* 1. §. 7. *D. ſi quadr.* ſecundum, vel contra naturam ſui generis, pauperies ſit facta. Omnes gentes in hanc domini obligationem quaſi conſpirarunt, & Deus in bove petulco Exodi XXI. vſ. 28. ſeqq. Solon in cane, teſte Plutarcho *in ejus vita c.* 40. Decemviri in pauperie, a manſuetis facta; Ædiles denique in animalibus ferocibus definiverunt, quomodo læſio reparari debeat, *l.* 40. *&* *ſeqq. D. de Ædil. edict.* Prior autem ratio tantum facit, ne animal puniatur, tanquam juris & injuriæ expers, non vero ut dominus, qui omne lucrum ex eo capit, abſolvatur. Aliquando etiam imago pœnæ exercetur in brutis; non tam quod imago juris illis ineſt, quam ut hominibus horror injiciatur, & uſus domino in pœ-
nam

Digitized by Google

læſus fuiſſem, poteram utique qualitercunque damnum meum reparare illud capiendo vel occidendo: quod jus ſane per alterius dominium tolli non potuiſſe videtur. Et cum dominus ex eo animali lucrum capiat, ego vero damnum ex eodem ſenſerim, reparatio autem damni longe ſit favorabilior, quam lucri adquiſitio: adparet recte à domino animalis poſtulari, ut damnum datum reparet, aut, ſi tanti non ſit ipſi animal, illud noxæ dedat.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 1. §. 6.

XIII. Damnum reſtitutione & pœnitentia luendum, ac venia à læſo danda eſt.

Sic igitur qui DAMNUM alteri CITRA DOLUM MALUM dedit, ultro reparationem debet offerre, teſtarique malitiam abs ſe abfuiſſe, ne læſus ipſum pro hoſte habeat, ac viciſſim hoſtilia intentet. Qui autem PER MALITIAM alterum læſit, is non ſolum ultro reparationem damni debet offerre, ſed & pœnitentiam ſui facti oſtendere, veniamque petere. Viciſſim læſus re-

I pa-

nam adimatur, ipſa denique indignam facti memoriam non refricent *c.* 4. *c.* 15. *qu.* 1. Geneſ. IX. vſ. 5. Plin. *lib.* VIII. *c.* 16. Stobæ. *ſerm.* 145. Mornac. ad *l.* 1. *D. ſi quadr.* & Camerar. *cent.* 11. *Operar. ſubſ. c.* 79. Quod ſi vero ſpecies ejuſmodi ponamus, in quibus nihil culpæ in domino præſumi poteſt, vel alius diligentior ſibi a tali animali caviſſet, Grotio aſſentior *d. l.* dominum abſolventi; idque firmatur ſimili, petito à furioſo vel infante, qui damnum dedere, vel hominem occiderunt v. *l.* 5. §. 2. *D. ad l. Aquil. l.* 12. *D. ad. L. Corn. de ſicar.* De navi alterius in meam impacta, tractat Ulpianus in *l.* 29. §. 2. *D. ad L. Aq.*

§. XIII. Vindicta, quæ voluptatem tantum ex inimici dolore quærit, non convenit dictato naturæ rationalis, & pariter in ſtatu naturali, quam in civili, eſt vitioſa: hinc Seneca *l.* 11. *de ira c.* 32. *ultionem inhumanum verbum vocat.* vid. Grot.

*lib.*

paratione obtenta pœnitenti ac petenti VENIAM DARE, & cum ipſo in gratiam redire tenetur. Nam qui reparatione damni & pœnitentia adquieſcere non vult, ſed vindictam utique manu ſibi quæſitum it, nihil aliud agit, quam ut acerbitati animi ſui obſequatur, adeoque ex cauſa ſupervacua pacem inter homines abrumpat. Quo nomine damnatur etiam naturali lege VINDICTA, quæ nullum alium finem habet propoſitum, quam ægre facere iſtis, qui nos læſerunt, eorumque dolore noſtrum animum ſatiare. Eo proniores autem mortales ad condonandas mutuas offenſas eſſe decet, quo frequentius ipſi ſupremi Numinis leges violant, eoque & ipſi venia quotidie opus habent.

*lib.* 11. *cap.* 20. §. 5. 8. 10. In ſtatu vero naturali ultio, quæ hoſtium imminuit vires & in futurum, ſeveritate exempli, deterret alios, ad defenſionem pertinet. Unde Cicer. *l.* 11. *de inv. c.* 53. vindicationem definit, per quam vis & injuria, *defendendo aut ulciſcendo*, propulſatur. In civitate autem ſoli judici data eſt poteſtas vindicandi læſos, & *ferus* vocatur à Claudiano *de Mallii conſ. vſ.* 224. qui legum vindictam ſibi præſtat: ideo enim in civitatem ſe contulerunt homines, quod quisque ex ira, acrius parabat ulciſci, quam *conceſſum eſt legibus æquis*, ut Lucretius *lib.* v. *vſ.* 1147. canit. D. Petrus Chriſti exemplum proponit, qui conviciis affectus, non viciſſim conviciabatur 1 *Ep.* 11. *vſ.* 23.

CA-

## Caput VII.

# *De Agnoſcenda Naturali Hominum Æqualitate.*

### Summaria.

I. *Officium abſolutum* II: *alios æſtimandos nobis æquales*,
II. *quia pares viribus*, *aut ſaltem jure.*
III. *Ergo alii pari nobiscum jure fruantur*,
IV. *ac diſtributio rerum inter plures æqualiter fiat*,
V. *exploſa ſuperbia humilitati ſtudendum*,
VI. *atque inprimis a contumelia abſtinendum.*

Est homo animal non modo ſui conſervandi ſtudioſiſſimum, ſed & cui inſita ſit delicata quædam ſui æſtimatio, cui ſi quid detrahatur, non minus ſæpe commoveri ſolet, quam illata corpori aut rebus noxa. Quin in ipſo hominis vocabulo judicatur ineſſe aliqua dignatio; ſic ut ultimum ſimul atque efficaciſ- I. Officium abſolutum II. Alios æſtimandos nobis æquales

 ſi-

§. I. Sequitur Auctor, in hoc capite, confuſum Hobbeſium *l.* I. *de cive* §. 3. nec tam novum officium abſolutum, quam fundamentum ipſius ſocialitatis omniumque officiorum proponit. Quod ſi vero illud a præcedente ſeparemus, res omnis eo redit, vitandam eſſe ſuperbiam, nec affectatione ſuperioritatis pacem eſſe turbandam inter pares. Urget hunc in finem prima naturæ, & delicatam æſtimationem ſui, & dignationem oris, quæ cuivis homini, cujuſcunque ſit conditionis, ineſt. Pedius illam *dignitatem hominum* vocat, in *l.* 44. *pr. D. de Ædil. edicto.* ea facit, ut homo nec in merce habeatur, nec in fructu *l.* 28. §. I. *D. de Uſur. l.* 68. *D. de Uſufructu l.* 207. *D. de V. S.* omnes enim rerum fructus hominis cauſa ſunt procreati, ipſe autem ad imaginem Dei eſt factus, id eſt ſapiens & ſanctus Gen. I. vſ. 27. fa- cies

ſimum argumentum, quo aliorum inſolens inſultatio retunditur, iſthoc habeatur: utique non canis ſum, ſed æque homo atque tu. Cum igitur natura humana omnibus æque competat, & nemo libenter velit aut poſſit illi ſociari, abs quo non ſaltem tanquam æque homo, & communis naturæ particeps æſtimatur: ideo SECUNDO loco inter officia quorumlibet in quoſlibet habetur: *Ut quiſque alterum hominem æſtimet atque tractet, tanquam naturaliter ſibi æqualem; ſeu ut æque hominem.*

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 1.

II. Æqualitas hominum nititur paritate virium & juris. Conſiſtit autem iſthæc hominum ÆQUALITAS non in eo ſolum, quod hominum adultorum VIRES fere ſint æquales, hactenus ut etiam imbecillior robuſtiori mortem adferre poſſit, per inſidias aut adjuvante dexteritate armorum-

cies ad ſimilitudinem cœleſtis pulchritudinis figurata *l.* 17. *C. de pœn.* Lucas *Act.* XVII. *vſ.* 28. cum Arato, *progeniem Dei*, Plato Ζῶον θεῖον, Quintilianus *animal Deo proximum*, Manilius *exemplum* Dei vocavit. Pulchre Cicero *lib.* 1. *de LL. c.* 7. Ovid. *lib.* 1. *Met. vſ.* 75. & Juvenal. *Sat.* XV. *vſ.* 142. *ſeqq.*

§. II. Æqualitatem hominum demonſtrat ex æqualitate virium, ex inæqualitate bonorum, & æqualitate obligationis naturalis; ſed valde hæc ſunt obſcura, & præſtant rationes populares in fine §. quod ex eodem ſemine omnes ſunt orti, æque ſpirant, æque vivunt, æque moriuntur. Sic enim Lucas *d. c.* XVII. *vſ.* 26. Auctor libri Sapientiæ *c.* VII. *vſ.* 5. Seneca *lib.* III. *de Beneſ. c.* 22. & *Epiſt.* 47. Duplex vero eſt hominum æqualitas (1) *Phyſica*, ſecundum quam unus non magis exiſtit, quam alter, nihilque, in rectis pariter ac pravitatibus, tam par eſt, & tam ſimile, quam homines ſunt inter ſemet ipſos, ut Cicero ait *lib.* 1. *de LL. c.* 10. (2) *moralis*, vel ut Auctor *Op. Maj. l.* III. *c.* 2. §. 2. vocat *æqualitas juris*, vi cujus omnes æquali inſtinctu ad felicitatem feruntur, & jus habent ejus impedimenta

rumque habilitate: ſed & in eo, quod licet unus præ altero variis DOTIBUS animi corporiſque à natura ſit ornatus, non eo minus tamen legis naturalis præcepta adverſus alios ei ſint exercenda, atque ipſe ab aliis idem exſpectat; nec ideo plus licentiæ ipſi concedatur alios injuriis afficiendi. Sicuti & contra neminem parca in ipſum natura, aut tenuis fortuna per ſe ad id condemnat, ut deterioris conditionis circa fruitionem communis juris ſit, quam alii. Sed quæ unus ab altero poſtulare aut exſpectare poteſt, eadem alii quoque, cæteris paribus, ab eodem debent; & quod juris quis in alios ſtatuit, eo ipſum uti maxime convenit. OBLIGATIO quippe AD COLENDAM CUM ALIIS HOMINIBUS VITAM SOCIALEM OMNES HOMINES ÆQUALITER STRINGIT; nec uni magis licet

I 3 leges

ta removendi: atque hæc fundamentum habet in priore, & hujus eſt loci. Obtinet illa imprimis in ſtatu naturali, ut tamen non ſpernendi ejus effectus occurrant, maxime erga vilioris & infimæ conditionis homines, in ſtatu adventitio v. gr. ne delinquentes atrociore quæſtione vel ſupplicio tyrannico afficiamus; cujus horrendum exemplum refert Plutarch. in *vita Artaxerxis.* vetat autem Stobæus *ſerm.* 44. Ulpianus *l.* 8. §. 9. *D. de pœn.* Marcianus in *l.* 10. *D. de interd. & releg.* Impp. in *l. un. C. l.* 1. & 2. *C. Th. de gladiat.* Porro ne in ſervos ſupra modum ſæviamus §. 2. *J. de his qui ſui*, eos caſtremus, aut beſtiis objiciamus *l.* 6. *l.* 11. §. 2. *D. ad L. Corn. de ſic.* Ipſi enim Romani, licet in bello captos eſſent duriores, quaſi in *ſecundum genus hominum*, ut Florus ait *lib.* III. *c.* 2. & in commercio quadrupedes mancipiis exæquarent *l.* 2. §. *f. l.* 27. §. 6. *D. ad leg. Aquil. l.* 38. §. 2. *D. de Ædil. ed.* quatenus tamen erant membra ſocietatis humanæ, liberis hominibus ſervos habebant æquales, eorumque cædem puniebant *l.* 1. §. 2. *D. ad L. Corn. de ſic.* quia, ut Ulpianus ait: *quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt*, *l.* 32. *de R. J.* Adde infra *l.* 21. *c.* 4. §. 4. & 5.

leges naturales in alio violare, quam alteri. Etſi nec deſint populares rationes eam æqualitatem illuſtrantes; puta, quod ex eadem ſtirpe omnes deſcendamus, eodem modo naſcamur, nutriamur, moriamur; quodque Deus nemini de ſtabili & inconcuſſa fortuna caverit. Sicut & ſcita religionis Chriſtianæ parando Numinis favori non nobilitatem, potentiam, divitiaſve, ſed pietatis ſinceritatem commendant, quæ æque in humilem, quam illuſtri poſitum loco cadere poteſt.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 2, 3.

III. A quolibet permittendum, ut alii eodem ſecum jure fruantur.

Ex hacce porro æqualitate conſequitur, eum, qui aliorum opera ad commodum ſuum uti vult, viciſſim quoque in eorundem uſus ſeſe diſpenſare debere. Nam qui poſtulat, ut alii quidem ſibi inſerviant, ipſe contra ſemper immunis eſſe cupit, is alios utique ſibi inæquales ducit. Inde

§. III. Non tantum in ſtatu naturali pares ſunt pares ſunt tractandi, ſed etiam in civili, ubi ſingulis quibuſque civibus jus ex æquo competit, quem Thucyd. *ἰσονομίαν πολιτικὴν* appellat *lib.* III. quinimo ubivis aliquid naturalis habet aut pudoris aut indignationis, quod alii liceat, id tibi non licere, ait Cato apud Livium *l.* XXXIV. *c.* 4. Huc etiam aurea Domini noſtri regula pertinet, quæ lex eſt & Prophetæ, Matth. VII. vſ. 12. Luc. VI. 31. quam etiam Prætor ſuam fecit *rubr. lib.* II. *D. tit.* 2. & Alexander Severus teſte Lamprid. *in ejus vita c.* 51. Eadem in monumento antiquiſſimo Romano his verbis expreſſa legitur: *Ab alio ſperes, alteri quod feceris.* Supponendæ autem ſunt pares circumſtantiæ, nec eadem, ſed ſimilia officia præſtanda ſunt; alias *æqualitate iſta nihil foret inæqualius*, ait Plinius *lib.* II. *Ep.* 12. nam diverſa parentum, principum & dominorum conditio diverſam obligationem inducit. Recte etiam Auctor hic laudat eos, qui, citra decori leges imminutas, quibuſcunque ad eorum emolumentum ſeſe accomodant, uti Paulus omnia

de uti ad ſocietatem quam maxime ſunt idonei, qui facile eadem omnibus permittunt, quæ ſibi; ita plane inſociabiles ſunt, qui, dum aliis ſuperiores ſeſe exiſtimant, omnia licere ſibi ſolis volunt, & ante ceteros honorem ſibi arrogant, partemque præcipuam ex rebus in medio poſitis, ubi nullo præ reliquis eximio jure pollent. Unde & id inter communia legis naturalis officia eſt; *Ut ne quis cui peculiare jus non eſt quæſitum, plus ſibi, quam reliquis, arroget, ſed alios æquo ſecum jure frui permittat.*

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 4.

Eadem æqualitas quoque oſtendit, quomodo quis ſeſe debeat gerere, ubi jus INTER ALIOS ipſi ſit DISTRIBUENDUM; nempe ut tanquam æquales eos tractet, & neutri præter merita cauſæ quid præ altero indulgeat. Secus enim IV. In rebus diſtribuendis omnes tractandi ut æquales.



*mnia factus erat omnibus* 1 *Cor. c.* IX. *vſ.* 20. & X. *vſ.* 33. Sed cavendum, ne ars illa in vitium abeat, & cum chamæleonte, colorem quæſtus cauſa ſubinde mutemus, & reddamus.

§. IV. Extra oleas Auctor hic delabitur ad officium arbitrorum familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, quorum eſt *rationem habere, ut in omnibus æquabilitas ſervetur l.* 4. *C. comm. div.* Intereſt autem an plures, inter quos aliquid eſt diſtribuendum, habeant jus perfectum, an imperfectum: illo caſu portiones æquales ſunt conſtituendæ *l.* 1. *C. comm. divid.* vel ſi res commode dividi non poteſt, alternatio præcipitur *l.* 16. §. 2. *D. fam. erc.* vel res plus licitanti addicitur *l.* 3. *C. comm. div.* vel, ſecundum legem priſcam, major dividit, minor eligit *c.* 1. *X. de paroch.* Cujac. *lib.* XIII. *Obſ.* 24. Grot. ad Geneſ. XIII. *vſ.* 9. In jure imperfecto autem reſpectus perſonarum habet locum, uti Idem *l.* 1. *c.* 1. §. 8. eleganter ex Xenophonte oſtendit. Sors in utraque ſpecie litibus finiendis eſt apta & opinionem injuriæ removet, multus etiam ejus fuit uſus apud Hebræos, Græcos & Romanos, ubi res

Digitized by Google

enim ſi ſit, is qui poſthabetur, contumelia ſimul & injuria afficitur, & dignatio à natura data eidem detrahitur. Unde conſequitur, ut res communis æqualibus portionibus inter æquales jure ſit dividenda. Ubi diviſionem res non admittit, eadem communiter uti debent, qui æquale jus habent; idque ſi quantitas rei permittat, quantum quisque velit. Sin res iſtud non ferat, ut tunc utantur ea re præfinito modo, & proportionate ad numerum utentium. Alius enim modus excogitari non poteſt æqualitem obſervandi. Quod ſi autem neque dividi res, neque communiter haberi poſſit, uſus ejus ſit vel alternus; vel, ſi ne hoc quidem ſuccedat, aut reliquis æquipollens præſtari nequeat, per SORTEM uni res erit adjudicanda. Nam in ejuſmodi caſibus commodius quam ſors remedium inveniri nequit; quippe quæ opinionem contemtus removet, & cui non favet, de dignatione nihil detrahit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 5.

V. Vitanda ſuperbia, ſtudendum veræ humilitati.

Contra hoc officium peccatur per SUPERBIAM,

res animi judicio non poterat expediri Num. XXXIV. vſ. 13. Homer. Odyſſ. ξ' vſ. 210. *l.* 5. *D. fam. erc. l.* 24. §. 17. *de fideic. lib. l.* 3. *pr. C. comm. de legat.* firmitas vero ejus dependet a compromiſſo partium, quas arbiter invitus ad ſortis judicium compellere non poteſt, quia *temeritas & caſus, non ratio nec conſilium hic valet*, ait Cicer. 2. *de divin. c.* 41. In muneribus diſtribuendis recte Honorius III. in *c. f. x. de ſortit.* ſortem damnat; nam *ſorte & urna mores non diſcerni* ait Helvidius apud Tacit. IV. *Hiſt. c.* 7. Romæ vero, ne ambitioni vel inimicitiis eſſet locus, frequens in honoribus & ſacerdotiis ſortis fuit uſus v. Bernart. ad Statii *lib.* VII. *Thebaid.* & A. *Op. Maj. l.* V. *c.* 9. §. 2.

§. V. Æqualitati opponitur *ſuperbia*, quæ eſt nimia ſui ipſius æſtimatio, ex irratio-

Digitized by Google

AM, qua quis nulla de cauſa aut non ſufficiente aliis ſe præfert, & velut inæquales eosdem præ ſe deſpicit. NULLA DE CAUSA dicimus. Nam ubi quis ſibi rite jus quæſivit, quod ipſi præ aliis prælationem dat, recte illud exercere & tueri poteſt, citra tamen inanem faſtum, aut aliorum contemtum. Sicuti & contra quilibet alteri prælationem, honoremque, qui ipſi debetur, merito præſtat. De cætero veræ generoſitati ſemper comes eſt honeſta quædam HUMILITAS, quæ conſiſtit in reflexione, quam facimus ſuper infirmitate naturæ noſtræ, & erroribus, quos olim potuimus commiſiſſe, qui non minores ſunt iis, qui ab aliis committi posſunt. Per quam efficitur, ut nos nemini præferamus, reputantes, cæteros æque bene ſuo libero arbitrio, ac nos, uti poſſe, quo æque

I 5 pol-

tionali philautia & ignorantia ſui ipſius profecta, vel, aliorum omnium, præterquam ſui, contemtus. Omnis enim ſuperbus contemnit alios, ſed diverſimode, prout eorum contemtus in actus externos erumpit, vel non. Hi peccant tantum in regulas honeſti & decori; illi etiam in regulas juſti, utroſque vero Deus & homines merito abominantur Prov. VI. *vſ.* 17. XXIII. *vſ.* 12. Florus lib. I. *cap.* 7. *Superbia crudelitate gravior eſt bonis.* Differt a ſuperbia, *Ambitio*, id eſt dignitatis affectatio & contentio honorum; quam Græci μικροφιλοτιμίαν vocant, ſi circa res parvas verſetur (2) *Generoſitas*, cujus characterem Xenophon *in Cyropædia* & Carteſius de paſſion. *a.* 152. dedere. Opponitur ſuperbiæ *humilitas*, ſed quacum *modeſtia* non debet confundi: hæc enim honores non affectat, neque adeptis ſuperbit; illa vero æquales ſibi anteponit. Humilitas rurſus differt ab *illiberalitate*, quæ pro nimio ſtudio parcendi ſumtibus gloriam contemnit; & ab *abjectione* animi ſervili, quæ præclaris actionibus non inclareſcit. Ceterum Hobbeſius negat, naturam corruptam jubere humilitatem: convenit tamen regulis honeſti & decori, & ſeria fragilitatis noſtræ conſideratio, tum maxime lumen revelatum Chriſtianos ad eam impellit Philipp. II. *vſ.* 3. & 4.

Digitized by Google

pollent; cujus legitimus uſus unicum illud eſt, quod homo pro ſuo reputare poſſit, & quo ſeſe æſtimare aut deſpicere queat. Nulla autem de cauſa ſeſe efferre revera ridiculum eſt vitium; quia & per ſe ſtultum, propter nihil ſe magni facere; & quia alios omnes pro ſtultis habet, quaſi ipſum citra rationem eſſent æſtimaturi.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 6.

VI. Superbia cum contumelia juncta deterrima. Magis adhuc peccatur, ſi quis CONTEMTUM adverſus alios oſtendat ſignis exterioribus, factis, verbis, vultu, riſu, ac quacunque contumelia. Quod peccatum eo deterius eſt cenſendum, quo aſperius aliorum animi in iras ac ulciſcendi libidinem concitantur. Adeo ut

§. VI. Contumelia plerumque ſuperbiæ comes eſt, uti ab exemplo Phariſæi diſcimus Luc. XVIII. *vſ.* 11. ſæpius autem ex laſcivia vel iracundia proficiſcitur, & fit *facto*, ut læſione reali aut verbali, vel *non facto*, ut denegatione honoris vel tituli debiti, non vero ſperati *l.* 13. §. 4. *D. de injur.* V. Jac. Gothofred. de jure præced. *in proth.* §. 4. 5. Injuria vero eſt animi impotentis, invidi vel ſibi metuentis fœtus, qui vilibus tantum hominibus aut imprudentibus eſt familiaris. Hos vero, non obſtante humilitate Chriſtianis injuncta, & vetita iis vindicta, ad culpæ confeſſionem, teſtimonium innocentiæ, vel ad præſtationem pecuniæ, præter mulctam judici inferendam, compellere licet; quia privata tantum vindicta & rancor animi reprehenditur Matth. v. vſ. 39. & Rom. XII. vſ. 17. Publicas autem & privatas pœnas, quæ tendunt ad emendationem ejus, qui laceſſierit, & terrorem aliorum, Chriſtus non ſuſtulit, Grot. *lib.* 1. *c.* 2. §. 8. & *l.* 11. *c.* 22. §. 10. *n.* 8. Præterea illud Publii Syri apud Gellium *lib.* XVII. *Noct. Att. cap.* 14. quod veterem injuriam ferendo invitamus novam, quæque id genus alia, contra Huberum, Georgius Beyerus *ad D. pag.* 605. & *ſeqq.* protulit argumenta. Sed quia inane plerumque lucrum eſt actionis injuriarum, ulciſcendi & perſequendi debet

ut multi deprehendantur, qui vitam malint præſenti periculo exponere, multo magis pacem adverſus alios abrumpere, quam contumeliam inultam pati. Quippe cum per hanc violetur gloria & exiſtimatio, cujus integritate & vigore omnis animi voluptas conſtat.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 2. §. 7

bet eſſe modus, monente Tullio *lib.* 1. *Off.* *c.* 11. Optimus vero modus eſt, quem regum ſapientiſſimus commendat Prov. xxv. vſ. 22. & Paulus Rom. xii. vſ. 20. & Antoninus de rebus ſuis *l.* vi. §. 6. ne fatuis fatua rependamus, iiſque ſimiles ſimus. Iſidorus Peluſiota lib. 11. Epiſt. 296. *Nihil contumelioſos homines ſic cruciat, quam eorum, quibus contumelia infertur patientia. Nam qui indignatur & excandeſcit, hoc ipſo veras eſſe contumelias oſtendit; qui autem eas irridet ac pro nihilo ducit, perſpicuum argumentum præbet, ſe nullius ſceleris ſibi conſcium eſſe.*

## CAPUT VIII.

# *De promiſcuis officiis humanitatis.*

SUMMARIA.

I. *Officium abſolutum III. Commoda aliorum promovenda*
II. *indefinite, per utiles actiones,*
III. *quæ viciſſim aliorum æſtimationem merentur,*
IV. *& definite, per promiſcua officia humanitatis,*
V. *& beneficia,*
VI. *pro quibus debetur gratus animus*
VII. *gratiæque relatio,*
VIII. *negata tamen ingrati actione,*

Conf. Grot. *d.* J. B. & P. *l.* 2. *c.* 2. §. 11. *ſeqq.* & *c.* 20 §. 20.

I. Officium abſolutum tertium, Alterius commoda promovenda.

Inter officia quorumlibet erga quoſlibet, & quæ propter communem ſocialitatem ſunt exercenda, tertio loco id ponitur: *Ut quilibet alterius utilitatem, quantum commode poteſt, promoveat.* Cum enim cognationem quandam inter homines natura conſtituerit, parum fuerit, alios non læſiſſe aut contemſiſſe; ſed talia quoque in alios conferenda, aut invicem communicandi, ex quibus mutua inter homines benevolentia alatur. Proſumus autem aliis vel indefinite, vel definite; idque ut vel nihil nobis, *ſcilicet per officia innoxiæ utilitatis*, vel aliquid, *nimirum per beneficia alia* decedat.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 1.

II. Aliis inſervien-

Indefinite aliorum commoda promotum it,

§. I. Materia de mutuo amore & beneficiis proprie ad Philoſophiam moralem pertinet, uti Cic. *lib.* 1. *de Off. c.* 14. juſtitiam a beneficentia, & Seneca *lib.* 11. *de ira c.* 27. officiorum & juris regulas diſtinxit. Grotius *App. Epiſt.* 395. *Quod naturalia & moralia non diſtinguunt, error eſt pernitioſus. Morum præcepta honeſta ſunt per ſe, non omnia ex natura, etiam recta, dictatu debita.* Sed quia jus naturæ, in ſenſu laxiore, etiam actus virtutum debitos continet, non male Auctor, abſolutis officiis perfectis, officia humanitatis imperfecta ſubjunxit. Conſtant illa duabus propoſitionibus: Bonum in alios confer, & malum ab illis averte. Utrumque præcipiunt regulæ honeſti & decori, propter varia vincula cognationis, vicinitatis, &, ſi illa deſint, ſufficit communio naturæ humanæ. *Membra ſumus unius corporis magni*, ait Seneca *Epiſt.* 95. Chriſtianis majore ratione Apoſtolus Rom. XII. vſ. 5. 1 Cor. X. vſ. 17. Gal. III. vſ. 16. id inculcat.

§. II. Officia *indefinita* præſtan-

it, qui animam, ac corpus ſuum probe excolit, ut utiles abs ſe actiones in alios proficiſci queant: aut ſi per ingenii ſolertiam talia inveniat, quibus vita humana reddatur inſtructior. Unde contra hoc officium peccare ſunt cenſendi, qui nullam honeſtam artem addiſcunt, vitaque per ſilentium tranſita animam pro ſale habent, ne putreſcant, nummos tantum & fruges conſumere nati. Et qui opibus per majores relictis contenti, ideo impune abs ſeſe ignaviæ litari credunt, quod aliorum induſtria jam ſit partum, unde victitent. Et qui divitiis ſoli incubuere repertis, nec partem poſuere ſuis. Item qui ad porcorum inſtar neminem niſi morte ſua exhilarant. Et id farinæ alia otioſa terræ pondera.

dum indefinite per utiles actiones & inventa.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 2.

Viciſſim illis, qui de mortalium genere bene me-

III. Merita rite æſtimanda à cæteris.

ſtantur ſine reſpectu certæ perſonæ, dum ita animus & corpus excolitur, ut ſocietati præclaris inventis utiles eſſe poſſimus. Contra hoc officium peccant otioſi, validi mendicantes & monachi, quos jam olim Rutilius *lib.* 1. *Itin. vſ.* 440. *lucifugas* & *viva funera*; Imperatores *ignaviæ ſectatores* appellarunt in *l.* 26. *C. de decur.* Contra vehementer laudanda ſunt exercitia puerilia Perſarum, juſtitiam addiſcere, temperantiam in cibo & potu, obedientiam erga Magiſtratus &c. apud Xenophont. *lib.* 1. *Inst.* Huc etiam referro leges Ægyptiorum, Græcorum & Lucanorum, adverſus otioſos, de quibus Diod. Sic. *lib.* 1. *c.* 77. Herodotus *lib.* 11. & Camerarius *cent.* 1. *c.* 15. & 16. Salomon pigrum ad formicas ablegavit, Proverb. VI. vſ. 6. Marcus Antoninus ad araneas & apes, *lib.* V. *de reb. ſuis* §. 1. Virgilius *lib.* VI. *Æn.* v. 610. in tartaro ſedes ponit eorum,

*- - qui divitiis ſoli incubuere repertis,*
*Nec partem poſuere ſuis.* id eſt, *cognatis.*

§. III. Veteres artium inventores ſæpe in numerum

Deos

mereri inſtituunt, cæteri hoc debent, ut ipſis ne invideant, nec præclaris eorumdem conatibus remoram injiciant. Tum, ſi alia non ſit via paria cum iſtis faciendi, ſaltem celebritatem memoriæ famæque eorum, qui præcipuus laborum fructus eſt, promotum eant.

**IV. Aliis inſerviendum definite, per humanitatem in rebus innoxiæ utilitatis.** *Definite quis inſervit, quando certis hominibus indulget, quod ipſis utilitatem quandam adferre, & vel citra ſuum* detrimentum, moleſtiamque aut laborem præſtari *poteſt, quale quid* non libenter in alios diſpenſare *velle*, deteſtanda malignitas & inhumanitas habetur. Quæ vocari ſolent RES INNOXIÆ UTILITATIS, ſeu quæ acci-

Deorum extulerunt; ſed invidia, virtutis comes, utet innata pigris ſuperbia, novitatis crimen atque effectus periculoſiſſimos, apud potentiores illis quandoque etiam affinxit. Exempla ſunt in Columbo, Laurentio Sacriſteyn, Harlemenſi, aliisque. Sic pulveris pyrii inventio, ut Bartholdo Schwartzio, monacho, negaretur, alii ad miſſiles veterum ignes, alii ad ignem Græcum, alii ad Seres, ad Mauros alii confugerunt. Polydorus eum *malum dæmonem*, Cardanus *hominem peſtilentiſſimum* appellavit. De pyxide nautica non minus certamen. Quidam Salomoni eam innotuiſſe ferunt, alii ad *verſoriam* Plauti provocant; ſed Flavium Gioiam, civem Amalphitanum, circa A. MCCCXX, eam repe-riſſe, docuit Ampliſſ. Brencmannus *diſſ. 1. de rep. Amalph. n. 22.*

§. IV. Definitis officiis inſervitur aliis, vel per humanitatem ſimplicem, vel per beneficia, quæ cum incommodo ſunt conjuncta. De prioribus egregie diſſerit Cicero *lib. 1. de Off. c. 16.* ſed duplici opus eſt reſtrictione; (1) quod non ſunt præſtanda, niſi commoda ſeſe offerat occaſio. (2) Quod egenti tantum tribuunt jus imperfectum; quia, ob circumſtantias ſubjecti infinitas, ſunt valde laxa, & incerta. Huc pertinent omnia, quæ accipienti ſunt utilia, danti non moleſta; ut ignis accendendi poteſtas & hoſpitalitas, quam Deus in ſua republica in obligationem convertit Exodi XXII. vſ. 20. Juſſerunt eandem Indi apud Stra-

cipienti proſunt, præſtantem non gravant. Uti ſunt, non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capere, conſilium fidele deliberanti dare, erranti comiter monſtrare viam. Sic ſi quis rem aliquam amplius poſſidere nolit, propter nimiam copiam, aut quia aſſervatio ejus ipſi moleſta eſt; cur non malit eam potius integram relinquere, ut aliis non hoſtibus uſum præbere poſſit, quam eandem corrumpere? Sic non fas nutrimentum perdere ubi nos ſaturati ſumus, neque fontem obturare, aut occultare, ubi nos affatim bibimus, neque ſigna navigationis itineriſque abolere, poſtquam iis uſi ſumus. Huc pertinent modicæ ſtipes locupletum in egenos collatæ; item illa humanitas, quæ juſta de cauſa peregrinantibus exhibetur, præ-

Strabonem *lib.* xv. laudavit Theopraſtus apud Ciceron. *lib.* II. *de Off. c.* 18. & gentium Doctor Paulus Rom. XII. vſ. 13. I Tim. III. vſ. 2. ut et Petrus I. Ep. IV. vſ. 9 nam diverſoria tunc erant rariora, vid. Perizon. ad Ælian. *lib.* IV. *c.* I. Plura id genus alia, apud Ebræos, egenorum jura fuerunt ſingularia, etiam cum impenſa & incommodo aliorum, v. gr. in angulo ſegetis, ſpicilegio, racematione, uvis deciduis, frugibus, per oblivionem in agro relictis, decima pauperis & eleemoſynis, in tantum ut ſententia judicis ea exigere liceret. Levit. XIX. vſ. 9. XXIII. vſ. 22. Deut. XIV. vſ. 29. XV. vſ. 7. XXIV. vſ. 19. & Seldenus de *J. N. & G. l.* VI. *c.* 6. Romæ quoque in actione ad exhibendum, & *l.* 12. *pr. D. de relig. l.* 38. *D. de evict. l.* 2. §. 5. *D. de aqua & aq. pluv. l.* 2. *C. de pign.* ex jure imperfecto, jus perfectum fuit factum. In ſtatu autem naturali, niſi titulus neceſſitatis concurrat, res innoxiæ utilitatis armis vindicare non licet. Ut ſatis appareat, Grotium *l.* III. *c.* 2. §. II. *& ſeqq.* de tranſitu exercitus, de uſu fori & commerciorum, & de matrimonio cum noſtratibus permittendo, propter fictam communionem reviviſcentem, nimis prolixe ſentire: male etiam Pufend. *Op. Maj. l.* III. *c.* 3. §. 7. circa vectiga-

lia

præſertim ubi aliqua ipſos calamitas oppreſſerit; & ejus generis alia.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 3, 4.

V. Tribuenda Beneficia alicujus ſumtus aut operæ.

Sublimior gradus Humanitatis eſt, ex ſingulari benevolentia gratis quid in alterum conferre, impenſa aut opera laborioſa conſtans, quo ipſius neceſſitatibus ſubveniatur, aut eidem inſignis quæpiam utilitas concilietur. Quæ κατ' ἐξοχὴν vocantur BENEFICIA, aptiſſima materia inſignem laudem parandi, ſi magnitudo animi, & prudentia eadem rite temperaverit. Eorum diſpenſationem ac modum fere conditio dantis atque accipientis moderatur. In quibus id cumprimis obſervandum, ne obſit benignitas & iis ipſis, quibus benigne videtur fieri, & cæteris: deinde ne major benignitas ſit, quam facultas; tum ut pro dignitate cuique tribuatur,

lia per freta & jus ſtapulæ hæſitare, forte ſtudio Suecorum adverſus Danos. V. Cl. Barb. ibi *in not.* Feltman *de tranſitu exercitus ad l.* XI. *C. de ſervit.* & Hert. *de ſervit. nat. conſtit. ad l.* 1. §. *f. D. de aq. & aq. pluv. arc.*

§. V. Nemo invitus rem ſuam donare tenetur, quia donare eſt perdere *l.* 7. *pr. D. de donat.* quod ſi vero aliquis prudenter donaverit, nihil minus perditur, uti ex Martiale docuit Scipio Gentilis *lib.* 1. *parerg. c.* 2. Noſter prudentiæ regulas, tam reſpectu dantis, quam accipientis, tum etiam ratione modi, ex Ciceron. *lib.* 1. *de Off. c.* 14. *ad* 18. hic proponit. ne ſcilicet liberalitas noſtra ſit noxia, nimia, iniqua, inordinata, intempeſtiva & auſtera. Eandem artem dextre dandi tetigit Marcus Antoninus *de reb. ſuis lib.* V. §. 6. Utique pro gradibus perſonarum conferenda ſunt beneficia, prius cognatis, propinquis, vicinis & conſortibus noſtris, quam extraneis Matth. V. vſ. 45. Gal. VI. vſ. 10. Stoici relationem illam, in officiis ſervandam, σχέσιν vel συνθέσιν vocabant, de qua multa Caſaubon. ad Pers. *Sat.* III. *vſ.* 70. Exempla perverſæ liberalitatis habet Suetonius in *Calig.* 37. & Herodianus *lib.* III. *c.* 8.

Digitized by Google

tur, & quidem ante omnia bene meritis, tum ut quisque noſtræ opis indiget, obſervatis quoque conjunctionis gradibus inter homines. Videndum quoque, quid cuique maxime neceſſe ſit, & quid quisque nobiſcum, aut ſine nobis poſſit conſequi, aut non poſſit. Modus quoque dandi multum gratiæ beneficiis addit, ſi hilari fronte, prompte, & cum conteſtatione benevolentiæ demus.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 15.

Viciſſim in eo, qui beneficium accepit, exiſtere debet Gratus animus, quo is oſtendit, iſtud ſibi acceptum fuiſſe, dantique eam ob cauſam favet, & occaſionem quærit paria reponendi, aut amplius, quantum ejus fieri poteſt. Nam id non neceſſarium eſt, ut præciſe tantum reddamus, quanti id fuit, quod datum eſt; ſed ſæpe ſtudium & conatus obligationem explent. Modo tamen nihil ſit, quod ei, qui beneficium ſe dediſſe prætendit, recte opponi poſſit. Nam qui me ex aquis extraxit, ei nihil debeo, ſi me in eas prius conjecerat.

VI. Accipiens viciſſim grato animo ſit erga benefactorem.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 16.

Cæterum quo magis ad devinciendos homi-

VII. Beneficium ad

§. VI. Qui beneficium accepit ad gratum animum eſt obligatus; is vero conſiſtit in memoria beneficii & cupiditate gratias pro eo habendi, agendi & referendi, ubicunque ſe occaſio offert. Ciceroni *lib.* 1. *de Off. c.* 15. nullum officium magis neceſſarium eſſe videbatur, quia amicitia, quæ maxima pars eſt felicitatis humanæ, beneficentia ſublata, perit. Hinc agros fertiles imitari decet, qui plus reddunt, quam acceperunt. *Ingratus* eſt, qui beneficium diſſimulat, vel ſibi datum negat, qui non reddit; ingratiſſimus omnium, qui obliviſcitur.

§. VII. Hunc §. ex Hobbeſio excerpſit *de Cive c.* 3.

gratiam referendam obligat.

num animos apta ſunt beneficia, eo acrius ad gratiam referendam incumbere decet, qui iſta accepit. Saltem ne eum, qui fiducia noſtri prior nobis benefecit, ob eam rem deteriore eſſe conditione patiamur; neve beneficium accipiamus, niſi animo nitendi, ne dantem merito dati pœniteat. Nam ſi certam ob cauſam peculiariter alicui nolimus obligari, licebat oblatum beneficium dextre recuſare. Et ſane ſi abſque neceſſitate gratiæ referendæ foret, contra rationem fecerit, ſi quis ſua temere jactaverit, & quod periturum proſpicit beneficium prior contulerit. Quo modo omnis tolleretur inter homines beneficentia & fiducia, unaque omnis benevolentia, neque eſſet inter eos quidquam gratuitæ opis, nec ullum gratiæ conciliandæ initium.

*dict.* §. 16.

VIII. Ingratitudo fœda, ſed tamen actionem in foro non producit.

Quanquam autem *in animo ingrato per ſe nulla ſit injuria:* fœdius tamen & magis odioſum ac deteſtabile habetur nomen ingrati, quam injuſti. Cenſetur enim animi valde abjecti & dege-

3. §. 8. ut duas, pro neceſſitate grati animi haberet amplius rationes. Prima eſt deſumta ab intentione dantis indefinita obligandi accipentem: altera ab abſurdo, quod negata obligatione accipientis ſequeretur. Xenophon *lib.* 1. *παιδ. pr.* Perſas, ait, in ingratos ſevere animadvertere, quod eos nulla deorum, parentum, patriæ & amicorum cura adfici arbitrabantur. Quintil. *decl.* IX. *n.* 11. *Sævus, & impius, &, quod maximum omnium vitiorum ſignum eſt, ingratus.*

§. VIII. Ita quidem in ſcholis Philoſophorum & declamatorum ingratus pejor habetur injuſto, uti adagia apud Eraſmum oſtendunt. Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias. In ſtatu enim naturali non licet armis cogere ingratum, nec in foro ei-

Digitized by Google

degeneris; ſeipſum indignum declarare eo judicio, quod alter de ipſius probitate tulit; ac ne beneficiis quidem, quæ etiam bruta demulcent, moveri poſſe ad concipiendum humanitatis ſenſum. In foro tamen civili ob ſimplicem ingratitudinem, ſeu ubi quis nudi beneficii obliviſcitur, & occaſione data id referre negligit, ACTIO non ſolet dari. Pars enim optima beneficii perit, ſi actio, uti certæ pecuniæ, detur; jam enim creditum eſſe incipiet. Et cum res honeſtiſſima ſit referre gratiam, deſinet eſſe ita ſplendide honeſta, ſi ſit neceſſaria. Denique huic uni legi vix omnia fora eſſent ſufſectura, ob difficillimam æſtimationem circumſtantiarum, quæ beneficium vel intendunt, vel elevant. Et eam ipſam ob cauſam beneficium dedi, i. e. ejus quod dedi refuſionem mihi ſtipulatus non ſum, ut & alteri foret occaſio oſtendendi, ſe honeſti amore, non ex metu

 pœ-

civili actio ingrati datur, obquatuor rationes, hic allatas: quibus adde (5) quia donatio non eſt modus conſtituendi obligationem, ſed transferendi dominium; (6) donans ſibi viciſſim gratiam ſtipulari debuerat, non vero animum mere liberalem profiteri (7) virtutis natura coactionem & pœnam actuum ei oppoſitorum repudiat. (8) Atque ita jure gentium obtinet, ſolis Macedonibus & Perſis exceptis, teſte Xenoph. dict. *l.* I. *de Inſt. Cyri init.* & Seneca *lib.* XII. *de benef*, *c.* 6. Ammian. *lib.* XXIII. *c.* 31. Romæ ad *ἀντίδωρα* actio nulla dabatur, & mera illuſio eſt, quod apud Senecam *lib.* III. *decl. proœm.* de ingrati poſtulatione occurrit. v. *l.* 3. §. 7. *D. d. cond. cauſ.* & *l.* 25. §. 11. *D. de petit. hered.* Turneb. *lib.* X. *adv. c.* 6. niſi (1) officia eſſent ſingularia, ut Medicorum, Advocatorum & Præceptorum *l.* 27. *D. de donat. l.* I. *D. de extr. cogn.* vel (2) atrox læſio animum ingratum comitaretur; tunc enim licebat donationem ab eo, qui mala pro bonis reddiderat, revocare *l. f. C. de rev.*

Digitized by Google

pœnæ humanæ aut coactionis gratiam retuliſſe; utque ipſe non ſpe lucri, ſed ob humanitatem exercendam videar erogaſſe, de quo recipiendo mihi caveri noluerim. Enimvero qui non ſolum beneficium non rependit, ſed & benefactori inſuper malum reponit, ille ob hocce factum eo graviore pœna eſt afficiendus, quo fœdiorem animi malignitatem ſibi ineſſe oſtendit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 3. §. 17.

*rev. donat.* (3) Libertorum ingratorum accuſatio lege Ælia Sentia, exemplo *ἀποστασίου* apud Græcos, fuit introducta *l.* 30. *D. qui & a quib.* ita ut eos victos relegare, in lautumias mittere, & tandem in ſervitutem retrahere liceret *l.* 5. *D. de jure patron. l.* 21. *pr. D. quod met cauſ.* Val. Max. *l.* 11. *c.* 6. *n.* 6. & *l.* v. *c.* 3. *n.* 3. Suetonius *in Claud. c.* 25. Atque hæ ſunt *leges*, *quæ dant actionem ingrati*, quarum meminit Lucianus *in Abdicato.* Huc etiam omnia referri poſſunt, quæ Paſchalius in *cenſura animi ingrati* & Bœclerus in *diſſ.* 111. *append. comment. Grot.* pro actione ingrati diſſeruerunt.

## Caput. IX.

## *De Officio Paciſcentium in genere.*

### Summaria.

I. *Officium intermedium circa promiſſa & pacta.*
II. *Pacta neceſſaria.*
III. *Fides in iis ſervanda,*
IV. *parit obligationem perfectam*
V. *tam in promiſſis gratuitis, quam pactis,*
VI. *non tamen in promiſſis imperfectis,*
VII. *ſed perfectis.*
VIII. *Obligatio eſt ex con-*

Digitized by Google

*conſenſu*
IX. *vel expreſſo, vel tacito.*
X. *Conſenſus requirit uſum rationis,*
XI. *adeoque juſtam ætatem.*
XII. *Impeditur errore,*
XIII. *dolo,*
XIV. *& metu, non qua ſuſpicionem deceptionis denotat,*
XV. *ſed vehementem animi terrorem.*
XVI. *Debet eſſe mutuus.*
XVII. *Materia promiſſorum & pactorum eſt res poſſibilis,*
XVIII. *licita,*
XIX. *& noſtra nec alteri jam obligata.*
XX. *Promiſſa alia pura ſunt, alia conditionata,*
XXI. *fieri poſſunt per internuncium.*
XXII. *Diviſio officiorum hypotheticorum.*

Grot. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 11. Conf. *l.* 1. *c.* 1. §. 4-7, *l.* 2. *c.* 4 §. 4, 5. & *c* 17. §. 17, *l.* 3. *c.* 1. §. 7-9. & *c.* 23. §. 4. *item c.* 24. §. 1, 2.

I. Officium hominis intermedium circa promiſſa & pacta.

Ab officiis abſolutis ad hypothetica fit velut tranſitus per pacta intermedia, quippe cum omnia officia, præter jam enumerata, pactum expreſſum aut tacitum videantur præſupponere. Igitur hoc loco agendum erit de natura pactorum, & quid illa ineuntibus obſervandum ſit.

II. Pacta ad mutua fo-

Fuiſſe autem neceſſarium pacta inter homines ini-



§. I. Diſplicet hæc connexio Titio, quia omnia officia hypothetica pactum non ſupponunt: ſed ſecundum principia Auctoris tolerari poteſt. Alii officia paciſcentium ex regula de non lædendis aliis, vel ex officiis ſermocinantium derivant. Pactum vero eſt duorum vel plurium conſenſus, obligationis conſtituendæ, vel tollendæ cauſa declaratus. Diſcrimen juris Romani inter pactum & contractum mera ratio ignorat, & formulis Juriſconſultorum debetur, vid. infra c. xv. §. 1.

§. II. Pacta *obligatoria* non mo-

Digitized by Google

cialitatis officia neceſſaria.

iniri, ſatis manifeſtum eſt. Quanquam enim officia humanitatis late ſeſe per vitam humanam diffundant, haut quidquam tamen ex eo ſolo fonte deduci omnia poſſunt, quæ hominibus ab ſe invicem utiliter percipere licebat. Nam neque quibusvis ea eſt ingenii bonitas, ut omnia quibus aliis prodeſſe poſſunt, ex ſola humanitate velint præſtare citra exploratam ſpem paria recipiendi. Et frequenter illa, quæ ab aliis in nos proficiſci queunt, ejusmodi ſunt, ut gratis eadem nobis exhiberi ſalva fronte poſtulare nequeamus. Sæpe quoque noſtram fortunam aut perſonam non decet, alteri tale beneficium debere. Adeoque utplurimum alter dare non poteſt, ſæpe nos accipere nolumus, niſi iſte paria à nobis recipiat. Non raro denique alios latet, qua ratione commodis noſtris inſervire queant. Igitur ut mutua inter homines officia, qui fructus eſt ſocialitatis, eo crebrius & ad certas velut regulas exerceantur, neceſſum fuit homines ipſos inter ſe convenire ſuper ejuſmodi rebus invicem præſtandis, quæ ex ſola humanitatis lege certe ſibi polliceri ab aliis non poterant. Adeoque in anteceſſum determinandum fuit, quod alteri quis præſtare, quidque ab eodem iterum exſpectare, ſuoque jure exigere deberet. Id ipſum autem fit per PROMISSA & PACTA.

Cir-

modo ob quatuor cauſas, hic allatas, ineuntur, ſed etiam, ut obligationes imperfectæ fiant perfectæ, vel ſublatæ inſtaurentur; inde *vincula fidei* dicta a Donato *ad Eun.* 1. 2. *vſ.* 22. (2) Alia inſuper ſunt pacta *liberatoria*, de quibus Prætoris Edictum loquitur in *l.* 7. §. 7. *D. de pact.* & ſane multum intereſſe, quæras, utrum obligemur, an liberemur, Arrianus docet *l.* 47. *D. de O. & A.* (3) *Mixta*, ut tranſactio, cujus finis eſt, ut, dato aliquo modico, retento, vel promiſſo, a lite diſcedatur. *decidendi cauſa*, ait Paulus *l.* 60. *D. de proc.*

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 4. §. 1.

III. In promiſſis & pactis data fides eſt ſervanda.

Circa iſthæc generale officium ex lege naturali debitum eſt: UT QUILIBET FIDEM DATAM SERVET, ſeu promiſſa & pacta expleat. Citra hoc enim ſi eſſet, plurima pars utilitatis periret, quæ humano generi communicatis invicem operis ac rebus enaſci apta eſt. Et ni promiſſa ſervandi neceſſitas foret, haud quidquam liceret rationes ſuas firmiter aliorum hominum ſubſidiis ſuperſtruere. Quin & ex decepta fide juſtiſſimæ querelarum bellique cauſæ pullulare ſunt idoneæ. Nam ubi ego ex pacto aliquid præſtiterim, altero fidem fallente, mea mihi res aut opera fruſtra periit. Sin vero nihil adhuc præſtiti, rationes tamen, & deſtinata mea turbari moleſtum eſt; cum alio modo



§. III. Franciſcus Connanus, vir doctiſſimus, ſed non juris, *lib.* 1. *Comm. c.*6. maleputavit, ex promiſſis, quamdiu ſtant intra terminos ſimplices conventionis, & nullum *συνάλλαγμα* habent, naturaliter jus perfectum non oriri; cui Grotius *lib.* 11. *c.* 11. §. 1. varias rationes, ab utilitate generis humani, & natura immutabilis juſtitiæ, item ex *l.* 1. *D de pact.*& *l.*84. §. 1. *de R. J.* petitas oppoſuit, ad ſingula vero ejus argumenta Auctor reſpondit in *Op. Maj. lib.* 111. *c.*5. §.9. 10. 11. Sed juvabit plenius rationes indicaſſe, cur fides data ſervari debeat, & conſentientes in rem aliquam, *neceſſario* ex voluntate noſtra obligemur, ut ait Modeſtin. *l.* 52. §. 4. *D. de O.& A.* (1) enim pace frui non licet, nec ſocietas civilis ſtare poteſt, ſi alios in pactis lædamus; quia à verbis ad verbera, ab his ad cædes venitur. (2.) Promittens juri ſuo in rem, vel particulæ libertatis ſponte renunciavit, eamque in alterum tranſtulit, adeoque illi invito, ſine injuria, auferre nequit (3). Prout quiſque de re ſua diſponit, ita jus dat alteri, qui fidem ejus eſt ſecutus, & promiſſum acceptavit. (4.) Ex regulis honeſti, quod quisque ſibi non vult fieri, alteri facere non debet. (5.) Impo-

ſtoris

rebus meis potuiſſem conſulere, niſi iſte ſe mihi obtuliſſet. Et indignum eſt ludibrio haberi, quia alterum cordatum ac bonum virum credidi.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 4. §. 2.

IV. Pacta & promiſſa demum pariunt perfectam obligationem & jus.

Obſervandum autem, ea quæ ex ſolo humanitatis officio debentur, in hoc potiſſimum differre ab iis, quæ ex pacto aut promiſſo perfecto debentur; quod iſta quidem recte petantur, & honeſte præſtentur; ſed ubi alter ea ultro præſtare neglexerit, de INHUMANITATE duntaxat, feritate, aut duritia ejuſdem queri poſſum, non tamen per violentiam propriam, aut ſuperioris eundem ad præſtandum cogere. Id quod

ſoris nomen ubiviſ gentium eſt inviſum: talis autem eſt, qui violat fidem, maximum humani generis vinculum, & ſanctiſſimum humani pectoris bonum, ut Seneca *epiſt.* 88. ait. (6) ***Prætor favet naturali æquitati, qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit; quoniam grave eſt fidem fallere***, ait Ulpian. l. 1. *pr. D. de conſtit. pec.*

§. IV. Qui hanc juris diviſionem contradictionis accuſant, malunt uti correlato obligationis internæ & externæ. Verum jus imperfectum, ex mente legiſlatoris, & reſpectu obligati, ſatis eſt plenum; ſed quia virtus reſpuit coactionem, nec facile ab eo cui debetur, executioni mandari poteſt, ideo imperfectum appellatur. Differunt ergo (1.) Quod jus perfectum humano generi abſolute eſt neceſſarium, atque ideo, ne quis ultra ſuum habeat vel agat, judicia coactiva ſuam illi auctoritatem accomodant: imperfectum vero pudori & religioni cujusvis relinquitur, quia magna pars mortalium eo non indiget. (2.) Illud verſatur circa aliena, hoc circa propria facta, vel bona. (3.) Illud ex regulis juſti naſcitur, quæ vetant violare homines: hoc ex regulis honeſti deſcendit, quæ alios jubent diligere, ſicut nos ipſos. (4.) Si jus perfectum læditur, præter reparationem damni, pœnæ eſt locus, at læſio juris imperfecti odio tantum damna-

quod tamen licet, ubi ultro non præſtantur, quæ ex promiſſo perfecto, aut pacto debentur. Inde etiam ad illa Jus IMPERFECTUM, ad hæc Jus PERFECTUM habere: ſicut & ad illa IMPERFECTE, ad hæc PERFECTE OBLIGARI dicimur.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 4. §. 6.

V. Fides datur vel promiſſo gratuito, vel pacto.

Fidem damus vel PER ACTUM SOLITARIUM ſeu μονόπλευρον, vel PER ACTUM RECIPROCUM ſeu δίπλευρον. Quandoque enim unus ſe duntaxat ad quid præſtandum obſtringit; quandoque autem duo pluresve mutuo ſe ad quid præſtandum obligant. Prior actus vocatur PROMISSUM GRATUITUM, poſterior PACTUM.



damnatur & ad vindicem Deum remittitur, qui ad eam noſcendam eſt ſapientiſſimus, & ad eam expendendam æquiſſimus. (5.) jus ſuum cuique tribuiſſe, nulla laus eſt, ſed tantum à pœna liberat, Luc XVII. *vſ.* 10. At qui dedit pauperibus habebit theſaurum in cœlis Matth. XIX. *vſ.* 2.

§. V. Hæc diviſio non ad modum contrahendi, ſed ad effectum obligationis pertinet. Similiter Labeo in *l.* 19. *de V. S.* enarrans verba Prætoris, in edicto de minoribus, negotium *actum* à *contracto* diſtinguit, atque illius exemplum ponit in ſtipulatione, hujus in emtione, ubi ultro citroque adeſt obligatio. Neque audimus contra diſſerentem Freherum *lib.* 1. *veriſ. c.* 16. nullum dari actum μονόπλευρον, & ſtipulatorem ad accipiendum teneri, vel ad liberandum: id enim ex loco Plautino non probatur. Affinis huic diviſioni eſt Grotiana in actus beneficos & permutatorios *lib.* II. *c.* 12. §. 2. Reciproci actus porro ſunt vel ab initio tales, vel ex poſtfacto, ut commodatum. Alii ſunt perfectè mutui, alii imperfecte, ut inter Principes & ſubditos. Aliæ item ſunt pactorum diviſiones in expreſſa & tacita, *l.* 2. §. 1. *D. de pact.* Martial *L. VIII. Ep.* 37. in rem vel in perſonam *l.* 7. §. 8. *D. eod.* ex publica cauſa, vel privata *l.* 5. *D. eod.* Cl. Noodt *de pact. c.* 8.

Digitized by Google

*dict. c.* 4. §. 7.

**VI. Promiſſio imperfecta, quæ non dat jus rem exigendi.** PROMISSIO poteſt dividi in IMPERFECTAM & PERFECTAM. Illa eſt, quando ipſi quidem, qui promittimus, utique obligari volumus; ut tamen alteri jus ad exigendum non demus, ſeu ut nolimus ad promiſſum noſtrum implendum violenter compelli. v. g. Si ita concipiam promiſſum; ego ſerio deſtinavi hoc vel illud tibi præſtare, & peto, ut mihi credas. Sic enim videor obligatus magis ex lege veracitatis, quam juſtitiæ, maloque videri propriæ conſtantiæ & gravitatis impulſu ferri ad faciendum officium, quam propter jus alterius. Huc ſpectant pollicitationes virorum potentum aut gratioſorum, quibus alicui non per verba honoris, ſed ſerio ſuam commendationem, interceſſionem, promotionem, aut ſuffragium ſpondent: quæ tamen hautquaquam velut jure aliquo abs ſe volunt

§. VI. Auctor *lib. III. c.* 5. §. 5. cum Grotio *lib.* II. *c.* 11. §. 2. tres gradus & diverſos loquendi modos conſtituit, quibus ad perfectam promiſſionem pervenitur. (1.) *Aſſertionem*, ſine obligatione ab eo propoſito diſcedendi, ut quæ de futuro verbotenus pronunciantur, & tractatus ineundæ conventionis, qui nudo ſermone finiuntur *l.* 108. §. 1. *D. de V. O.* (2.) *Pollicitationem*, qua quidem promiſſor ſe obligat, ſed non eo animo, ut alteri det jus exigendi; qualia ſunt promiſſa virorum potentum. v. Val. Max. *l. VII. c.* 8. *n.* 5. & 6. (3.) *Promiſſionem*, quæ jus poſcendi in alios transfert; ſive illa mera ſit promiſſio, ut in pacto donationis, ſive contractus bilateralis, ut emtio. Similem in modum Ulpian. in *l.* 19. §. 2. *D. de ædil. ed.* dictum diſcernit à promiſſo, & hoc, ait, referri vel ad nudam promiſſionem, vel ad ſponſum. Sed duo poſteriores modi ſoli hìc memorantur; quia prior nudam ſpem tantum facit, nec magis obligat, quam verba honoris, quibus amicalis affectio promiſſa eſt *l.* 10. §. 7. *D. mand.* aut quæ dicuntur, ut jactentur, non ut præſtentur, *l.* 19. §. 3. *de ædil. edict.*

haec vox pollicitatio hic est equivocas In jure non perfectam obligationem [illegible] habet

Digitized by Google

ſunt exigi, ſed in ſolidum ſuæ humanitati ac veracitati cupiunt imputari: ut officii ſui gratia eo major ſit, quo longius ab eodem coactio abfuerit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 5. §. 6.

**VII. Perfecta, quæ dat omnino.**

PERFECTA autem promiſſio eſt, quando non ſolum ipſe utique obligari volo, ſed & ſimul jus in alterum confero, ut rem promiſſam velut debitam plene à me poſcere queat.

*dict. c.* 5. §. 7.

**VIII. Promiſſa & pacta, ut obligent, conſenſum requirunt.**

Porro ut promiſſa & pacta nos obligent ad aliquid dandum aut faciendum, quod antea non debebamus, aut omittendum, quod antea jure poteramus facere, maxime requiritur ULTRONEUS NOSTER CONSENSUS. Nam cum cujusvis promiſſi & pacti impletio cum aliquo onere ſit conjuncta, nulla proprior ratio eſt, quare ſuper eo conqueri recte nequeamus, quam quia ultro in id conſenſimus, quod evitare penes nos erat.

Con-

§. VII. Ad perfectam obligationem requiritur (1.) Facultas ſe obligandi. (2.) ſignum voluntatis. (3.) acceptatio. Quibus concurrentibus renunciatur vel facultati re noſtra utendi, vel particulæ libertatis, favore alterius. Illa promiſſio eſt *dandi*, hæc *faciendi*. Utraque pari neceſſitate adſtringit, ſed quia faciendi obligatio, in vita civili, non niſi cum majore moleſtia invitis poteſt extorqueri, hinc plerumque evenit, ut in pecuniam numeratam fiat condemnatio *l.* 13. *fin. D. de re jud.*

§. VIII. Conſenſus eſt convenientia duarum pluriumve voluntatum circa rem eandem ejuſque circumſtantias. Requiſita ejus ſunt (1.) ut declaretur, §. 9. (2.) ut ſit verus, §. 10. *ad* 15. (3.) ut ſit mutuus, §. 16.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 1.

**IX.** *Conſenſus quandoque expreſſus eſt, quandoque tacitus.*

Conſenſus etſi regulariter per SIGNA, puta, voces, literas, nutusque exprimi ſoleat; aliquando tamen contingit, ut ille citra iſthæc ſigna ex ipſa negotii natura, aliisque circumſtantiis liquido colligatur. Sicuti interdum SILENTIUM cum certis circumſtantiis conſideratum, loco ſigni conſenſum exprimentis valet. Unde & dantur PACTA TACITA, quando nempe conſenſus noſter non per ejusmodi ſigna, quæ regu-

§. IX. Homo hominis pectus ſcrutari nequit, hinc actus mentis internus non ſufficit, ſed voluntas debet declarari: quod fit (1) *Expreſſe*, ſignis perfectis, ut voce, lingua figurata, vel ſcriptura *l.* 38. *D. de O & A* aut minus perfectis, ut nutu, quo ſolo pleraque conſiſtunt *l.* 52. §. *ult. eod.* Quintilian. decl. 247. *Voluntas hominum non tantum voce ſignata eſt; an vero ſi manu promiſiſſet, an vultu annuiſſet, dediſſe fidem & confirmaſſe ſpem videretur?* (2.) *Tacite*, facto quodam uſu hominum communi ad declarandam voluntatem cognito. Exempla ſunt in *l.* 2. §. 1. *D. de pact. l.* 4. *D. pro ſoc. l.* 95. *D. de acq. vel omitt. her. l.* 84. §. 7. *D. de legat.* 1. *l.* 9. *C. de remiſſ. pign.* & *infra ad c. XVI* §. 3. (3) Facto quodam non omnibus uſitato, ſed ex quo lex conſenſum *præſumit*, propter æquitatem, ſive *utilitatis cauſa*, ut Cajus ait *l.* 5. *pr. de O & A* vel *quia ex re venit actio l.* 46 *eod.* Hinc etiam conſenſus ille præſumtus, per fictionem, nondum natos, mortuos, invitos, furioſos & ignorantes obligat, qui tacite & vere obligari non poſſunt. *l.* 3. *pr.* §. 5. & 6. *l.* 12. §. 1. *l.* 29. *D. de neg. geſt.* idque contra Pufend. Cl. Thomas. *Jurispr. div. lib.* 11. *c.* 7. §. 24. pluribus oſtendit. Veteres J.C. diſcrimen illud ignorant. vid. *l.* 13. §. 2. *in fin. D. commod.* (4.) *Non facto* obligamur, quando *ſilentio* contrahimus, ut ait Javolenus in *l.* 51. *pr. D. locati.* quamvis enim taciturnitas, tamquam mera actionis omiſſio, neque conſenſum, neque diſſenſum inducat *l.* 142. *de* R. J. in utramque tamen partem explicatur; prout quis ſcivit quid agatur, vel contradicere debuit, vel ad alterum extremorum acceſſit. Sic ubi tacita voluntas ſufficit, qui

Digitized by Google

gulariter in commercio hominum recepta ſunt; exprimitur, ſed quando idem ex negotii natura, aliisque circumſtantiis liquido colligitur. Sic & principali pacto ſæpe adhæret pactum tacitum, quod ex ipſa negotii natura profluit. Sicut & uſitatiſſimum eſt, ut in pactis tacitæ quædam exceptiones, & conditiones neceſſariæ ſint ſubintelligendæ.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 2.

Ut autem aliquis liquido conſentire poſſit, requiritur uſus RATIONIS hactenus, ut præſens negotium intelligat, an ſibi conveniat, & abs ſe præſtari queat, eoque perpenſo conſenſum ſuum ſufficientibus ſignis exprimere poſſit. Unde ſequitur, promiſſa & pacta INFANTUM, ut & AMENTIUM AC FURIOSORUM, (niſi ubi dilucidis

X. Conſenſus requirituſum rationis, nec valent promiſſa & pacta infantum, amentium, ebriorum.

qui tacet conſentire videtur in *l.* 11. §. 4. & 7. *de interrogat. l.* 25. *pr. D. depoſ. l.* 18. *D. mand. l.* 13. §. 11. *D. locat. l.* 4. §. *f. D. de fidej. tut.* Non ubi leges expreſſum conſenſum requirunt, ut in l. 8. §. 1. *D. de proc. l.* 8. §. 15. *qu. mod. pign. l.* 45. §. *pen. de rit. nupt. l. ult. C. de remiſſ. pign.* Add. Cocceji diſſ. *de ſilentio.*

§. X. Alterum conſenſus requiſitum eſt, ut ſit verus: veritas autem æſtimatur (1.) ex uſu rationis *phyſico*, hoc §. 10. (2.) ex uſu rationis *morali* §. 11. (3.) ex utriusque *ſerio & libero exercitio.* §. 12. & 13. In prima claſſe arcentur. (1.) *Furioſi*, quos nihil agere *natura manifeſtum* eſt *l.* 1, §. 12. *de O & A.* nec enim poſſunt conſentire, qui ſentire nequeunt *l.* 8. §. 2. *D. de opt. leg.* (2.) *Infans*, non magis, quam pica vel pſittacus, verba promiſſoria enuntiando, naturaliter obligari, aut alios ſibi obligare poteſt §. 9. *de Inſt. de inut. ſtipul.* licet affectus res donatas acquirendi ei haud negetur *l.* 3. *C. de acq. poſſ.* (3) In *ſomno* annuentes, ut Aponius apud Sueton. *Calig. c.* 38. Denique (4.) *Ebrii* ex delictis obligantur, non ex contractibus, quia in illis alter læditur, ſine ſuo conſenſu, ideoque & pœnæ, quamvis mitiori, eſt locus *l.* 11. §. 2. *D. de pœnis l.* 12. *D. de cuſtodia* Fabrotus *Exerc. VIII.* in his autem ſibi debet im-

Digitized by Google

dis intervallis furor diſtinguitur,) nulla eſſe. Id quod & de promiſſis ebriorum eſt pronunciandum, ſi ebrietas jam eo usque proceſſerit, ut ratio ſit plane obruta & ſopita. Nam pro vero & deliberato conſenſu haberi nequit, ſi quis vel maxime momentaneo & inconſulto impetu in aliquid inclinet, aut ſigna quædam edat conſenſum alias exprimentia, eo tempore, quando mens velut medicamine quodam loco mota fuerat. Sed & impudens foret, tale promiſſum, præſertim cum magno onere conjunctum, exigere velle. Quin ſi quis ebrietatem eam captavit, & obſervata alterius facultate promiſſum aſtute elicuit, ne abs doli quidem fraudisque nomine immunis erit. Aſt qui, diſcuſſa crapula, per ebrietatem acta rata habuerit, utique obligabitur, non tam ex eo quod ebrius, quam quod ſobrius egit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 3.

XI. Quæ ætas obligationi contrahendæ idonea?

Cæterum quousque in pueris duret imbecillitas rationis, contrahendam obligationem impediens, lege naturali adeo accurate definiri nequit; cum in aliis tardius judicium matureſcat.

imputare, qui aliquid certi ab ebrio pactus eſt. Loquimur autem de ebrietate immodica, quæ mentis inducit exilium; modica vero eam non tollit, ſed quandoque auget. Prudenter vero in Flandria nullus contractus, in caupona initus, obligat, niſi die ſequente ratihabeatur, teſte Burgundo in *præfat. ad Conſuet. Fland.* Similis mos fuit Perſarum Herodot *l.* 1. *c.* 133. Cretenſium, Athenæ. *lib. IV. c.* 5. & veterum Germanorum, Tacit. *de M. G. c.* 22.

§. XI. In altera claſſe repelluntur, quibus leges humanæ adimunt paciſcendi facultatem, ut prodigi, filiifamilias, ſervi, mulieres, impuberes atque minores. Nam uti infans non intelligit quid loquatur, impubes quid agatur, ita puberes utrumque intelligunt,

Digitized by Google

ſcat. Sed illud eſt ex cujusvis quotidianis actionibus judicandum. Etſi in plerisque civitatibus leges civiles certum heic temporis terminum in univerſum conſtituerint. Sicuti & alicubi ſalutariter eſt receptum, ut aliorum prudentiorum auctoritatem adhibere neceſſum haberent, in contrahendis obligationibus, quousque inconſultus ille juventæ impetus deferbuiſſe cenſeretur. Quippe cum ea ætas, etiam quando negotium quod geritur intelligit, vehementi fere ac parum provido impetu feratur, ac in promiſſa ſit facilis, ſpei plena, liberalitatis famam captans, in amicitias ambitioſe colendas, prona ac diffidere neſcia. Unde & dolo

ſi actionibus quotidianis prudentiam oſtendant. Sed quia difficilis hæc erat dijudicatio, hinc ubivis fere gentium legiſlatores, ex tarda aut veloce populi ſui indole, annos determinarunt, infra quos moralis contrahendi facultas junioribus competere non debeat; licet unus forte ingenio præcocior eſſet, aut malitia ætatem in alio ſuppleret. Apud Hebræos pueri ab anno tertio decimo, puellæ a duodecimo, ad negotia mittebantur. Apud Crétenſes anno ſeptimo decimo; apud Perſas, Indos, Athenienſes, & Langobardos poſt plenam pubertatem octodecim annorum: apud Britannos, Saxones & Bavaros poſt annum vigeſimum primum: alibi poſt matrimonium contractum, vel ſeparatam œconomiam. vid. Philoſtrat. de *vita Apollon. lib.* II. *c.* 30. Heſych. *in* Ἀπάγυλος. Cenſorin. *de die. nat. c.* 14. & Petitus *lib.* 2. *Obſ. c.* 6. Romæ ætas legitima viginti quinque annorum à M. Lætorio, ſecundum Hippocratem, fuit definita, Plaut. *Pſeud. I.* 3. 68. quia tunc vigor virilis completur *l.* I. §. 2. *D. de Minor.* Pubertatem vero Caſſiani, cum Platone, ex habitu corporis, Proculejani, cum Solone & Stoicis, ex annis, Priscus Javolenus ex utroque æſtimarunt. Ulpian. *tit. XI.* §. 18. donec Juſtinianus jurgia illa placavit in *l. ult. C. quand. tut. eſſe.* Ante illud tempus impletum, recte ait Neratius, ſine tutorum auctoritate, *nec natura* pubertati propiorem obligari *l.* 41. *D. de cond. ind.*

nam

lo vix caret, qui iſtius ætatis facilitati imminet; & juniorum diſpendiis locupletari vult, quæ iſti per judicii imbecillitatem prævidere aut æſtimare non norunt.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 5.

XII. Error quouſque conſenſum impediat;

XII. Conſenſum quoque impedit ERROR. Circa quem hæ regulæ ſunt obſervandæ, I. Ubi in promiſſione aliquid tanquam conditionem ſuppoſuerim, citra cujus intuitum promiſſurus non fueram, naturaliter promiſſionis nulla erit vis. Nam promiſſor conſenſit non abſolute, ſed ſub conditione: qua non adparente, promiſſio quoque nulla eſt. II. Si ex errore ad paciſcendum aut contrahendum fuerim impulſus, eumque re integra & quando nihil adhuc fuit præſtitum pe-

nam jus naturæ hypotheticum ſupponit idoneum legis ſubjectum, quod auctoritate juris civilis hic ſubtractum eſt, ne ætas improvida captaretur. Pulchre Grotius *app. Epiſt.* 6. Aliter Cujac. *ad l.* 127. *D. de V.* O. & Merillius *lib. VII. O. c.* 4.

XII. Ad tertiam Claſſem pertinet materia de errore, dolo & metu: nam bene Euſtathius ad Iliad. *α. Sciendum eſt*, ait, *tres eſſe modos, quibus quis velle non creditur: vel enim perſuaſus eſt, vel circumſcriptus, vel quid facere juſſus.* De pacto errantis ipſi Grotio *ſatis perplexa tractatio* videbatur *lib. II. c. XI.* §. 6. Sed primo videndum, an verus adſit error, tunc, revocatis in memoriam diſtinctionibus ſupra traditis ad *cap.* 1. §. 7. & 8. in errorem vincibilem & invincibilem, in ignorantiam eſſentialem & accidentalem, facile conſtabit; an error tollat conſenſum, & cui is ad damnum debeat imputari. Error igitur *accidentalis* nocet erranti, qui accidentia rei principalis diligentius rimari, aut mentem clarius aperire poterat: nunc vero propter negligentiam vel præcipitationem, errorem vera & certa ſcientia non eſt amolitus. *l.* 76. *de R. I.* Sive is autem fuerit venditor, vel ſtipulator *l.* 39. *D. de pact. l.* 18. & 66. *D. de contr. emt. l.* 99. *de V.* O. ſive emptor, conductor aut promiſſor, perinde eſt, & eam acceſſionem accipit, quam

deprehendero, æquum ſane fuerit, ut facultas pœnitendi mihi concedatur; præſertim ubi præ me tulero, dum ad paciſcendum accedo, quæ me cauſa impellat, nec alter ex mea pœnitentia detrimentum patiatur, aut id penſare ego paratus ſim. Verum ubi res non amplius eſt integra, & ubi error tunc demum patuerit, quando jam pactum eſt impletum, ex toto aut ex parte; qui erravit à pacto reſilire non poterit, niſi quantum alter ex humanitate velit indulgere. III. Ubi error contigerit circa ipſam rem, de qua convenitur, pactum vitiatur non tam ob errorem, quam quia legibus pacti non fuit ſatisfactum. Nam in pactis ipſa res, de qua convenitur, ejusque qualitates debent eſſe cognitæ; citra quam cognitionem liquidus conſenſus intelligi nequit. Unde defectu deprehenſo, qui lædendus fuerat, vel à contractu reſilire poteſt, vel alterum ad defectum ſupplendum adigere, vel etiam ad præſtandum id quod intereſt, ubi ipſius dolus aut culpa intervenit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6, §. 7.

 Quod

quam alter intellexit. *l.* 34. *D. de contr. empt. l.* 29. *D. loc. l.* 110. §. 1. *de V. O.* Verum error eſſentialis, præſertim invincibilis, negotium reddit nullum; quia unus de alliis cogitat, alter de cepis; abeſt etiam qualitas, quam errans ſuppoſuerat; nec conſentiunt in idem objectum. qui diſſentiunt, aliud alio exiſtimante, *l.* 116. §. 2. *de R. J.* Pomponius in *l.* 57. *D. de O & A In omnibus negotiis contrahendis, ſive bonæ fidei ſint, ſive non, ſi error aliquis intervenit, nihil valet quod acti eſt.* Ac ſecundum hæc (1) regula Auctoris recte ſeſe habet; ſive conditio fuerit expreſſa, ſive ex natura negotii poſſit colligi, v. gr. ſi quis prægnantem pro virgine duxit *Deut.* XXII. *vſ.* 14. *Matth.* I. *vſ.* 19. vel ancillam pro libera *Nov.* 22. *c.* 10. *c.* 2. *X. de conj. ſerv.* Quoad (2) vero præſtas

XIII. Dolus an, & quis promiſſa & pacta tollat?

Quod ſi quis dolo & malitioſa fraudulentia alterius inductus fuit ad promittendum aut paciſcendum, ita eſt habendum. I. Si tertius dolum adhibuerit, non colludente eo, quicum paciſcimur, negotium erit firmum: ab eo tamen, qui dolum adhibuit, poterimus repetere id quod intererat, nos non fuiſſe deceptos. II. Qui dolo ſuo malo cauſam dedit, ut ipſi quid promitterem, cum eove paciſcerer, ei ex iſthoc actu

ſtat diſtinguere, inter contractus oneroſos & beneficos: in illis error in cauſa paciſcendi, vel in perſona ad naturam pacti non pertinet, in his vero omnino refert, an famulus donum ad Cajum amicum, an ad inimicum ejusdem nominis pertulerit. *Quid enim, ſi alius pro alio fuit aditus, tam contrarium conſenſui eſt, quam error, qui imperitiam detegit?* ait Ulpian. *l.* 15. *D. de jurisd.* Ad (3) videndum eſt, an emtor materiam, ſubſtantiam & qualitatem, in qua erravit, præcipue reſpexerit, an non: priore caſu vitiatur emtio, quia error attingit conſenſum: non in poſteriore, quia promiſſio in errore non fuit fundata. Erit tamen actio in id, quanti ſe non læſum eſſe intereſt. Atque ita intelligitur, quid dicendum ſit, ſi in contractu, pretio, perſona, merce, quantitate rei, vel pretii, nomine, vel acceſſionibus rei erratum fuerit, qua de re variæ occurrunt leges, *l.* 9. 10. 14. 15. 45. 57. 58. *D. de contr. emt.* Vide Cujacium *lib.* 11. *obſ.* 4. *&* 5. & Gundlingian. p. XXXIII. *O.* I. §. 12. ubi Pufendorfii regula ſecunda refellitur.

§. XIII. Pactum (1) dolo *tertii* elicitum ſubſiſtit: maxime ſi deceptus ſua diligentia errorem amoliri potuit: nam cauſa paciſcendi ad naturam pacti non pertinet. Vide Leyſerum *ſpec.* 59. *ad D. obſ.* 4. (2) pactum dolo *paciſcentis* elicitum, non valet; quia deceptus ignoravit, qua de re contraheret, nec pure conſenſit, ſed ſub conditione, ſi omnia ita ſe habeant; neque decipiens ex delicto ſuo debet conſequi actionem. (3) Jure naturæ perinde eſt, an dolus *cauſam* dederit contractui, an in contractum *inciderit*; ſed leges Romanæ illam ſervant differentiam, ut contractus bonæ fidei, actione ex contractu nata, poſſint reſcindi: in contractibus vero ſtricti juris opus ſit clauſula de dolo, quam Cicero *everriculum omnium ma-*

actu haut quidquam obligor. III. Si quis ultro quidem & liquida cum deſtinatione animi ad paciſcendum acceſſerit, in ipſo tamen negotio, puta, circa objectum, ejusve qualitates & æſtimationem dolus interceſſerit; hactenus pactum erit vitioſum, ut in arbitrio decepti ſit illud penitus diſſolvere, aut læſionis penſationem exigere. IV. Quæ ad eſſentiam negotii non faciunt, nec expreſſe fuerint deſignata, actum de cætero rite conceptum non vitiant; licet forte alter de iis, dum paciſcitur, tacite cogitavit; aut ejus opinio aſtu fuit confirmata, quousque contractus concluſus foret.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 8.

METUS qui circa promiſſa & pacta intervenit DUPLICITER ſumitur, vel pro SUSPICIONE probabili fore, ut ab altero decipiamur, idque vel quia ejusmodi vitium in animo ipſius hæret, aut quia malignam ſuam voluntatem ſat perſpicue ſignificavit: vel pro VEHEMENTI ANIMI TERRORE, orto ex intentato gravi malo, ni pro- XIV. Metus deceptionis quantum pactis detrahat?

L 2 mis-

*malitiarum* vocat. lib. III de N. D. c. 30. Conf. Cl. Noodt *de forma emend. dol. mal.*

§. XIV. Diſtinctio illa hoc loco omitti potuiſſet, quia non omnis timor mali prævifus, ſed metus majoris malitatis conſenſum tollit. Quod ſi ergo cum homine atrociter malefico, ut pirata, vel latrone, qua tali, contraho, renuncio opinioni, quam de illis habebam, eosque pro membris ſocietatis agnoſco: immo ſufficit, quod nulla injuria mihi ab illis ſit orta, ut leno apud comicum *Adelph.* II. I. 34. ſe tuetur. Vid. Grot. *l.* III. *c.* 19. §. 3. Deinde quod *n.* 3. traditur, pertinet ad regulas prudentiæ, ne perfidiæ ſuſpectis a noſtra parte aliquid præſtemus, ſed potius exceptione implementi non ſecuti utamur; cujus ſedes eſt in *l.* 13. §. 8. *D. de act. empt.* Potius hic, circa metum proprie ita dictum, erat diſtinguendum, (1) an metus ſit præ-

Digitized by Google

miſſum aut pactum inire velimus. Circa PRIOREM ſpeciem metus ita habendum. I. Qui confidit illius promiſſis & pactis, cui fidei religio in univerſum nihil ſit, imprudenter quidem facit, ſed eam ſolam ob cauſam pactum non redditur irritum. II. Ubi pactum jam ſit initum, ac nulla nova emergant indicia intentatæ deceptionis, non licebit à pacto reſilire ex obtentu vitiorum, quæ ante pactum erant cognita. Nam quæ cauſa aliquem non prohibuit, quo minus paciſceretur, eadem quoque prohibere non debet, ne pactum impleat. III. Ubi poſt pactum initum certiſſima emergant indicia, alterum id agere, ut mihi, quando meum priore loco præſtitero, illudat, non prius ad præſtandum adigi potero, quam contra eam deceptionem mihi cautum ſit.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 9.

XV. Metus ex intentato malo an pacta reddat irrita?

Circa ALTERAM ſpeciem metus hæ regulæ obſervandæ. I. Pacta, quæ ineuntur propter metum à tertio incuſſum, valida ſunt. Nam in hoc utique nullum reſidet vitium, quo minus jus ex pacto ſibi adverſus me adquirere queat; &

præſens, mali ſuſpicione vel minis illatus, an autem nuda ſuſpicio metus futuri *l.* 9. *pr. D.* & *l.* 9. *C. quod met. cauſa* (2) ſi præſens, an cadat in hominem id genus conſtantem, & grave vitæ vel libertati denunciet malum, nec ne, *l.* 6. *l.* 7. *D. l.* 8. *C. quod met cauſa l.* 184. *de R. J.* (3) Si cadit, juſte ſit illatus *l.* 3. §. *D. quod met. cauſa*, an injuſte, v. gr. ſi ſervus manumiſſionem domino extorqeat *l.* 9. §. 2. *D. eod.* & Martial. *l.* xi. *Ep.* 59. (4) An a paciſcente, an a tertio, inferatur, §. *ſeq.*

§. XV. Non eſt dubitandum, quin (1) pacta, ob metum a *tertio* incuſſum, inita valeant; quia metus tantum negotii fuit occaſio, ad quod contrahendum promiſſor ſponte venit, v. c. in aſſecuratione, vel ſocio

itia

& metum ab altero intentatum diſcuſſiſſe, penſatione utique dignum eſt. II. Quæ pacta ex metu aut reverentia imperii legitimi ineuntur, aut ob auctoritatem eorum, quibus magnopere devincti ſumus, valida ſunt. III. Pacta, ad quæ ab illo ipſo, cui promittit aut quicum paciſcitur, injuſta ejusdem vi quis compellitur, invalida ſunt. Nam injuria, quam alter incuſſo metu injuſto mihi infert, incapacem eum red-

 dit,

itineris conducto, ut adverſus latrones nos tueatur. Seneca *lib.* IV. *controv.* 27. *Nihil mea refert, an tu cogaris, ſi non a me cogeris. Meam culpam eſſe oportet, ut mea pœna ſit.* (2) Magiſtratus, qui *jure licito* conjuges diſcordes ad transactionem cogit, vel judex urſedam jurari jubens, minas non adhibent injuſtas, ſed imperio legitimo utuntur, *l.* 3. §. 1. *D. quod met.* Sic filia, quam pater invitam nubere juſſit Titio, magis ex verecundia & præjudicio auctoritatis, quam propter metum injectum, conſenſiſſe videtur, *l.* 11. *&* 12. *D. de ſponſal. l.* 22. *D. de rit. nupt.* Poterat enim dicere, ut ſolent, ſe nuptiis nondum eſſe aptam, vel cælibem vitam eligere, Senec. 1. *contr.* 6. Quintil. *decl.* 37. at cum ſe cogi paſſa eſt, aliquo genere *maluiſſe* creditur, ἑκὼν καὶ ἄκων, *ultro & invita*, ut loquitur Homerus. Vid. Cujac. *l.* XVI. O. 40. Fabrot. *Exerc.* X. & Ranchinus *lib.* II. *Var. c.* 4. (3) Pacta, metu *injuſto* a paciſcente extorta, Grotius *lib.* II. *c.* II. §. 7. & Uffelman de *obligat. quæ ex ſerm. oritur c.* VII. §. 4. ex capite veracitatis & fidelitatis, valida eſſe putant, ſed eum, qui damnum injuria intulit, ad liberandum promiſſorem teneri. Rectius auctor in *Op. Maj. l.* III. *c.* 6. §. 9. *ſeqq.* ibique Cl. interpres, *in notis*, ajunt, ſimplicitatem naturalem has ambages ignorare; & omnino dicendum eſt, metum, ſi principium ſpectes, habere neceſſitatem, contrariam voluntati, quæ ſapientiam expectoret; neque promiſſorem libere conſentire, qui maluit, *non quia pactus eſt, ſed quia coactus*, ut ait Seneca *lib.* IV. *controv.* 16. Quamobrem negotia b. f. aliaque, quæ liberum conſenſum requirunt, ob vim & metum, Romæ non valebant *l.* 4. *&* 5. *C. de his quæ vi l.* 14. *C. de nupt.* Stricta vero ſummo quidem jure valida erant,

ad

dit, ut jus ſibi adverſus me ex illo actu quærere poſſit. Et cum quis alias teneatur penſare damnum abs ſeſe datum, per compenſationem velut tolli obligatio intelligitur, ſi non ſolvitur id, quod ſtatim reſtitui debebat.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 10-13.

XVI. Mutuus conſenſus etiam in promiſſis requiritur. Præterea oportet CONSENSUM non in pactis ſolum, ſed & promiſſis eſſe MUTUUM; ſic ut conſentire debeat non ſolum qui promittit, ſed & cui promittitur. Quando enim hujus conſenſus abeſt, ſeu quando is oblatum promiſſum acceptare detrectaverit, res promiſſa penes promiſ-

ſed actione vel exceptione quod metus cauſa infirmabantur *l.* 9. §. 3. *D. quod met. cauſ. geſt.* Prætor enim quæ ita geſta eſſent, nullo modo rata habebat, *propter neceſſitatem, contrariam voluntati*, ait Ulpian. in *l.* 1. *D quod met. caus.* quacum jungenda eſt ejusdem *l.* 116. *pr. d. R. J. Nihil conſenſui tam contrarium eſt, quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt.* (4) Aliud eſt in rege *victore*, qui facultatem cogendi eum, qui injuria ſua effecit, ut vi opus eſſet, jure gentium habuiſſe cenſetur; ideoque tractatus pacis, ex capite metus reſcindi nequeunt; quia alias controverſiæ publicæ nunquam poſſent finiri: nam etiam ſinguli, ſi temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides ſervanda. v. Cic. 1. *de off.* *c.* 13. & III *c.* 30. Grot. *lib.* II. *c.* 13. §. 14. 15. *c.* 17. §. 19. *l.* III. *c.* 19. §. 2. 5. 13. Pertinet huc quoque pactum Madritianum, inter Carolum V. & Franciſcum captivum, de quo Celeb. Gundling. *diſſ. de efficientia metus c.* 2. §. 19. & Cl. Leyſerus *ad D. Spec.* 58. *n.* 5.

§. XVI. Tertium conſenſus requiſitum eſt, ut ſit mutuus, & promiſſarii acceptatio promiſſo accedat; nam conventio eſt duorum in idem placitum conſenſus, *& niſi animus utriusque conſentit, perduci ad effectum id quod inchoatur, non poteſt*, auctore Javoleno, in *l.* 55. *D. de oblig. & act.* Pariter enim ac promiſſor invitus beneficium non dat, ita viceverſa invito illud non vult obtrudere, nec poteſt l. 19.

§. 2.

miſſorem manet. Qui enim alteri rem ſuam offert, neque invito eam vult impingere, neque pro derelicta habere. Ergo ſi alter non acceptet, juri promittentis in rem oblatam nihil decedit. Quod ſi rogatio anteceſſit, cenſebitur ea durare, niſi expreſſe fuerit revocata; eoque caſu in anteceſſum acceptatio facta intelligitur. Ita tamen ut rogationi reſpondeat oblatio. Nam ſi hæc diſcrepet, expreſſa requiritur acceptatio; quia ſæpe mihi non conſulitur, niſi tantundem, quantum rogavi, accepero

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 6. §. 15.

L 4 Cir-

§. 2. *D. de donat. l.* 69. & 82. *d.* R. *J.* Cicero in Top. *c.* 8. Seneca *lib.* II. *de benef. c.* 18. & 19. Meri igitur juris civilis eſt, (1) quod Ulpian. ait in *l.* 2. *D. de pollicit. Si quis rem aliquam voverit, voto obligatur.* Nam jure naturæ aut divino, promiſſio Deo facta obligationem non producit, ne quidem internam; niſi Deus revelaverit ſe illam acceptaturum, & fiat de rebus, quæ indefinite congruunt voluntati divinæ, ut de eleemoſinis. At vota monaſtica & peregrinationes ſacræ merito, tanquam noxiæ ſocietati humanæ, improbantur. *Quaſi paciſcuntur cum diis homines, oblatione votorum*, ait Schol. Horatii *l.* III. *od.* 29. *vſ.* 59. Add. Cl. Buddeus *Theol. mor. p.* 2. *c.* 3. *S.* 2. §. 7. Et Cl. Clericus *ad Num.* XXX. *vſ.* 3. (2) Pollicitatio, a parte ſolius offerentis, facta reip. ex cauſa a legibus approbata, valet; non quia eſt acceptata, ſed quia ſemper acceptari poteſt; ait Grot. *l.* II. *c.* II. §. 14. Sed recte addit naturam illius mere civilem eſſe & extraordinariam, unde *quaſi debitum* ab Ulpiano vocatur *l.* 3. *pr. D. de pollicit.* vid. Galvanum *de uſufr. diſſ.* 15. *n.* 7. (3) Infantes ipſi promiſſum non magis, quam brutum pecus, acceptare ſciunt; parentes vero & tutores eorum nomine conſentire poſſunt, & tunc in ſtatu naturali jura eorum ab illis acceptata, valida ſunt, in ſtatu vero civili lex dat illis facultatem retinendi, ſicut embryones pro natis habet, *l.* 7. & 26. *D. de ſtatu hom. l.* 5. §. 7. & 9. *D. de conſt. pec.* Grot. *l.* II. *de J. B. & P. c.* 3. §. 6.

Digitized by Google

XVII. Promiſſi pactique materia poſſibilis eſſe debet.

Circa MATERIAM promiſſorum & pactorum requiritur, ut quod promittimus aut paciſcimur NON SIT SUPRA NOSTRAS VIRES, neve id patrare lege aliqua prohibeamur: alias enim aut ſtolide aut improbe promittimus. Exinde conſequitur, neminem ſeſe obligare poſſe ad id, quod ipſi eſt impoſſibile. Quod ſi autem res, quæ tempore pacti initi poſſibilis habebatur, poſt impoſſibilis aliquo caſu citra paciſcentis culpam facta ſit, re integra pactum erit nullum. Ubi quid præſtitum ab altero jam fuit, id reſtituendum, aut æquipollens reponendum. Si ne hoc quidem fieri poſſit, ſummus erit conatus adhibendus, ne alter detrimenti quid capiat. Nam in pactis primario reſpicimus ad id, de quo expreſſe fuit conventum; ubi hoc obtinere non poſ-

§. XVII. Materia pactorum ſimiliter phyſice & moraliter debet eſſe in noſtra poteſtate: hinc qui ſciens impoſſibilia promittit, peccat in regulas honeſti & decori, aliquando etiam in regulas juſti, ſi deceptorem egit. Intereſt vero (1) an promiſſum abſolute & omnibus ſit impoſſibile, ut hippocentaurum præſtare; idque *naturali ratione* inutile vocatur, in *l.* 1. §. 9. *D. de obl. & act.* an vero ſoli promittenti. v. *l.* 4. §. 1. *D. de ſtatulib.* qui ſi dolo malo ſimulavit, ſe aliquid præſtare poſſe, v. c. Alchymiſta principem decipiens, etiam ad pœnam tenetur. (2) An tempore pacti fuerit poſſibile, promittens autem dolo vel culpa præſtationem fecerit impoſſibilem, *l.* 150. *de R. J.* vel vis divina & major caſus, cui humana imbecillitas reſiſtere non poteſt *l.* 1. §. 4. *D de O & A. l.* 24 §. 4. *D. de damn. inf.* Seneca *l.* IV. *de benef. c.* 35. *Omnia debent eſſe eadem, quæ fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneas.* (3) An promiſſor tempore pacti id præſtitu impoſſibile eſſe ſciverit, vel culpabili negligentia ignoraverit, & ad id quod intereſt tenetur; *l.* 8. §. 1. *D. de relig. l.* 62. §. 1. *D. de contr. emt.* (4) At ſi ſoli promiſſario, vel utrique, vel neutri id notum fuit, omnis obligatio ceſſat.

Digitized by Google

poſſumus, ſufficit æquipollens exhiberi: ſaltem ne damnum ſentiamus, omnimodo cavendum eſt. Qui vero dolo aut prava culpa ſibi ipſe vires præſtandi detraxit, non ſolum ad ſummum conatum tenetur, ſed & velut in ſupplementi vicem malo inſuper poterit mactari.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 7. §. 14

XVIII. Promiſſum paćtumque verſatur circa illicita: ut turpium nulla ſit obligatio.

Patet quoque ad REM ILLICITAM præſtandam obligari nos non poſſe. Nam nemo valide ſe poteſt obſtringere ulterius, quam ipſi eſt poteſtas. Att qui lege actionem prohibet, adimit utique poteſtatem eam ſuſcipiendi, & de eadem præſtanda obligationem admittendi. Contradictorium quippe eſt, ex obligatione per leges confirmata aliquid neceſſario debere facere,



§. XVIII. Moraliter in noſtra poteſtate non ſunt res *illicita*, quas ne facere quidem nos poſſe, credendum eſt, ait Pap. in *l.* 15. *D. de Cond. inſtit.* Fuſe de effectibus pactorum illicitorum egit Cl. Barbeyr. ad Opus majus *l.* III. *c.* 7. *n.* 2. nos tres quæſtiones, cum Auctore, diſtinguemus: (1) ſi quis delictum perpetrare promiſit, re integra neuter obligatur, quia fidem ſervare ſcelus eſt, uterque vero propter conatum vitioſum poteſt puniri. [2] Delicto perpetrato, merces promiſſa non poteſt peti, uti contra Grotium *l.* II. *c.* II. §. 9. bene docet Auct. *l.* III. *c.* 7. §. 8. Quamvis enim illix mali ceſſet, quæ ſua labe obligationem impediebat, non tamen ceſſat turpitudo, ſed ad ſummum gradum pervenit. Hinc Romæ Lais impudica, de improbitate ſua, actionem non conſequebatur, uti recte Heraldus *Obſ. c.* 32. contendit, propter §. 24. *I. de inut. ſtip. l.* 2. 6. & *l.* 123. *D. de V. O. l.* 5. *C. d. cond. ob turp. cauſ.* adverſus quem Salmaſius *obſ. ad jus Att. c.* 25. ſolo contradicendi æſtu abreptus, diſputavit. (3) Si præmium eſt ſolutum, in pari turpitudine potior eſt ratio poſſidentis, *l.* 3. *D. d. cond. ob turp. l.* 128. *de R. J.* non quod ille aliquid juris habeat, ſed quia dans, ſi arbiter fuit rerum ſuarum, ſua voluntate domi-

Denique & hoc manifeſtum eſt, fruſtra promittere nos aut paciſci circa RES ALIENAS, in quantum illæ non noſtræ, ſed alterius directioni & arbitrio ſunt ſubjectæ. Quod ſi autem ita promiſero; me operam daturum, ut alter, (cui pro imperio me quid imperare non poſſe præſupponitur,) præſtet; tunc teneor omni modo moraliter poſſibili, (i.e. quantum alter honeſte à me poſtulare poteſt, & quantum vitæ civilis ratio fert,) laborare, ut ad eandem præſtan- XIX. Pacta & promiſſa circa res alienas fruſtranea.

§. XIX. Denique facultas præſtandi debet in noſtra eſſe poteſtate : hinc *rem alienam* promittere illicitum eſt, niſi ſub conditione, ſi noſtra eſſe cœperit, vel pœna adjecta, vel ut contractus, ſub obligatione præſtandæ evictionis, ſubſiſtat, non vero ut domino res auferatur *l.* 28. *D. de contr. empt. l.* 38. §. 4. *de V. O. l.* 1. *C. de comm. rer.* (2) Idem eſt in *actione alterius* promiſſa : nam ſi promitto *Titium daturum*, ex ſimplicitate naturali, idem eſſe videtur, ac ſi dicerem, me nihil omiſſurum, ut Titius det : ſed quia unusquisque in ſuas tantum actiones, non alterius jus habet, ſecundum jus civile, nec me obligo, quia non promiſi, nec Titium, quia is non conſenſit §. 3. *J. de inut. ſtip. l.* 83. *de V. O.* [3] Qui promittit *ſe effecturum*, ut Titius det, is in actibus beneficis omnem induſtriam adhibendo liberatur, *l.* 39. *D. de R. J.* veluti perſoluta fide, quoniam per eum non ſtetit, quin præſtaretur, ait Livius *l.* 11. *c.* 31. n onerofis vero, ut in cambiis, directe obligatur. Atque huc pertinet Senecæ illud *l.* VII. *de benef. c.* 13. Quædam ejus conditionis eſſe, ut effectum præſtare debeant, quibusdam pro effectu eſſe, omnia tentaſſe, ut efficerent. Exempla dedit Hertius *de obligat. alium dat. ſect.* 1. §. 8. *& ſeqq.* [4] Si res eadem pluribus eſt oppignorata, obtinet regula, qui prior eſt tempore, potior eſt jure *l.* 2. *l.* 11. *pr. D. qui pot. in pign.* at ſi res duobus eſt vendita, vel donata, is fit dominus, cui res eſt tradita *l.* 15. *C. de R. V.* licet poſterior fuerit; quia plus in eum, & aliquid diverſi eſt tranſlatum, cujus moralis facultas venditori contractu primo non plene erat ademta. V. Grot. *l.* II, *c.* 12. §. 15.

Digitized by Google

ſtandam alter promoveatur. Sed & ſuper rebus aut actionibus noſtris, in quas jam alteri jus fuit quæſitum, tertio valide promittere non poſſum, niſi forte in eum caſum, quo alterius jus exſpiraverit. Nam qui prioribus promiſſis aut pactis jus ſuum in alterum jam tranſtulit, ipſe utique nullum tale jus reliquum amplius habet, quod in tertium poſſit conferre. Ac nullo negotio omnia promiſſa & pacta poſſent fieri irrita, ſi liceret aliud inire, in quo contraria priori diſponerentur, ac quicum prius ſimul expleri nequit. In quo fundatur tritum illud: Qui prior tempore potior jure.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 7. §. 10, 11.

XX. Promiſſa alia pura, alia ſub conditione poſſibili, vel impoſſibili.

Eſt præterea circa promiſſa potiſſimum obſervandum, illa concipi ſolere vel pure et absolute, vel ſub conditione, ut ſcilicet validitas promiſſionis conferatur in aliquem eventum, à caſu aut arbitrio humano pendentem. Sunt autem conditiones vel possibiles, vel impossibiles. Illæ ſubdividuntur in casuales ſeu fortuitas, quæ ut exiſtant vel non exiſtant, penes nos non eſt: potestativas ſeu arbitrarias, quæ ut exiſtant vel non exiſtant, penes eum eſt, cui promittitur: & mixtas, quarum impletio partim ab arbitrio ejus, in quem confertur,

§. XX. Sequuntur nunc duæ appendices: prior eſt, de modo promittendi, vel *pure*, vel cum *adjectione* conditionis, diei, vel loci. Pura promiſſio ſtatim perfecta eſt, quamvis præſtatio promiſſi cum aliquo temperamento, ex regulis honeſti, urgeri debeat, *l.* 105. *D. de ſolut.* Conditio eſt qualitas actui adjecta, quæ vim ejus confert in caſum futurum incertum. Eaque (1) ratione *effectus* vel pendet, vel deficit, vel exiſtit. (2) Ratione

tur, partim à caſu dependet. IMPOSSIBILES autem ſunt vel PHYSICE tales vel MORALITER; i. e. quædam per rerum naturam fieri à nobis non poſſunt, quædam per leges & honeſtatem fieri non debent. Et impoſſibiles quidem conditiones, ſi naturalem interpretandi ſimplicitatem ſequamur, orationem promittentem faciunt negativam. Etſi per leges fieri poſſit, ut ſi adjectæ ſint negotio alicui ſerio, habeantur pro non adjectis; ne per actus nullum eventum ſortituros hominibus illudatur.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 8. §. 1-8.

Denique promittimus & paciſcimur non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam aliorum hominum XXI. Promiſſa & pacta per inter-

ne *finis* ſuspendit vel reſolvit. (3) Ratione *eventus* vulgo dividitur in poſſibilem & impoſſibilem, jure aut facto. (4) Poſſibilis rurſus in poteſtativam, caſualem vel mixtam, in *l. un.* §. 7. *C. de caduc. toll.* Sed quia in *l.* 11. *D. de cond. & demonſt.* tantum promiscua & non promiscua reperitur, hinc Ill. Thomaſius *diſſert. Lipſ. X. c.* 2. ſugillavit Tribonianum, quod mixtam adjecerit, quum nulla ſit poteſtativa, quæ non habeat aliquid ex caſu admixtum. Cl. Heineccius ad *tit. D. de condit. inſtit.* §. 64. poteſtativam rejicit. Ego trimembrem diviſionem retineri poſſe putem, ob. *l.* 28. *in f. D. de judic. & l.* 13. *D. de acq. her.* add. Cujac. *l.* XIV. *obſ.* 2. (5) Sed quæ impoſſibilis vocatur proprie non eſt conditio, quia neque ſuspendit, neque reſolvit negotium, cui adjicitur; ſed ſi eſt *affirmativa*, impedit pactum: nam qui illam adjicit, aut inſanit aut jocatur; non autem ille ſpondet ſtatim, qui dixit ſpondeo, ſi jocandi cauſa dixit, ajebat Varro *l. V. d. L. L.* Si *negativa*, actus purus eſt & ſtatim validus, quia neceſſaria eſt tam in rerum natura, quam apud nos, uti Ariſtot. jam vidit *lib.* 11. *de int. c. pen. Add.* §. 11. *J. de inut. ſtip. l.* 7. *D. de V. O.* & Forner. *l.* VI. *rer. quot. c.* 29. De conditione impoſſibili heredis inſtitutioni vel ſponſalibus adjecta vid. §. 10. *J. de hered. inſt. & c.* 1. *x. de cond. appos.*

§. XXI. In altera appendi-

nuncium facta obligant. num interventu, quos ipſi voluntatis noſtræ INTERNUNCIOS atque interpretes conſtituimus. Per quos ubi bona fide egerint, quod à nobis in mandatis habebant, valide obligamur apud eos, qui cum iſtis velut noſtras vices gerentibus egerunt.

J. N. & G. *l.* 3. *c.* 9. §. 1-4.

XXII. Officia reliqua inſtitutum vel ſtatum hominum ſupponunt. Atque hæc ſunt officia hominis abſoluta, ut & per quæ velut tranſitus ad alia fit. Reliqua præſupponunt aliquod INSTITUTUM humanum, generali pacto ſubnixum, & in genus humanum introductum; vel etiam STATUM aliquem peculiarem. Inſtitutorum iſtorum deprehenduntur po-

dice, de pactis per alios celebratis, tria ſunt diſtinguenda. (1) Procurator, mandatarius, inſtitor vel proxeneta ſibi acquirit actionem, ſi ſuo nomine contrahit: ſi nomine mandantis, vel ex re illius, aut eo præſente ſtipulatur, actionem acquirit domino *l.* 68. *l.* 72. *D. de proc.* l. 9. §. 8. *D. de Reb. cred. l.* 79. *de V. O. l.* 2. *C. per quas perſ.* Eundem quoque viciſſim obligat alteri, quatenus conſenſit; etiam ad connexa, & generali mandato comprehenſa, licet arcanis mandatis excluſa; aliquando etiam ex dolo, ſi altera pars in damno hæſura ſit, & malam ejus fidem perſpicere non potuerit. *l.* 10. *C. de proc.* v. Grotius *l.* 11. *de J. B. & P. c.* 11. §. 12. *& l.* III. *c.* 22. §. 4. Hert. *de obligat. mandantis & mandatarii.* §. 11. (2) Nuntius obligat mittentem, ſibi vero nullam obligationem acquirit; quia ſolius inſtrumenti habet rationem, & eſt epiſtola loquens, *l.* 14. §. *f. l.* 15. *D. de pec. conſt.* A nuntio, ſive tabellione, differt internuntius, qui negotium gerit *l. fin. D. de ſponſal.* Lanterbach. *diſput. de nuntio.* (3) Si tertius ſine mandato *alteri* ignoranti ſtipulatur, huic non acquiritur actio, quia unusquisque naturaliter ſuo facto ſibi acquirit, & ex diſpoſitione jus naſcitur inter diſponentes, *l.* 38. §. 17. *D. de verb. obl.* Aliud obtinet, ſi *mihi* ſtipulor, ut aliquid detur Titio; nunc enim in meo arbitrio eſt, an juri mihi acquiſito renunciare, an illud in Titium transferre velim; is

potiſſimum TRIA; SERMO, DOMINIUM, & IMPERIUM HUMANUM. De ſingulis, ut & quæ inde reſultant officiis, deinceps exponendum.

*dict. c.* 9 §. 8.

is ergo, ſi acceptat, habebit actionem, uti ſæpe contingit in fœderibus populorum. v. Grot. *l.* II. *c.* II. §. 8. Sed quia omnia etiam negotia excipiuntur, quæ re fiunt, quæque alter, ut nudus miniſter contrahit, hinc non temere Balduinus ad §. 4. *de Inſt. V.* O. ſcribit, regulam, alius alii ſtipulari non poteſt, ipſo jure Romano, tot exceptionibus eſſe ſubjectam, ut melius fuerit dicere, in univerſum alium alii ex bono & æquo poſſe ſtipulari.

§. XXII. Titius tranſitionem hanc oppugnat; verum in illa fimus faciles, modo in re conveniamus. Alii pro tribus inſtitutis humanis, ex quibus officia hypothetica deſcendunt, ſubſtituere malunt duo *principalia*, ſermonem & dominium, & duo *acceſſoria*, jusjurandum & pretium, id quod ordini Auctoris in ſequentibus magis convenit.

## CAPUT X.

## *De Officio Sermocinantium.*

GROT. d. J. B. & P. *l.* 3. *c.* I. §. 9. *ſeqq.*

### SUMMARIA.

I. *Officium hypotheticum* I: *Ne quis alterum ſermone decipiat.*
II. *Verbis utendum recepta ſignificatione,*
III. *&, quoties opus eſt, vera animi ſenſa exprimenda.*
IV. *Alias tacendo diſſimulare licet,*
V. *aut diverſum ab animi ſententia exprimere,*
VI. *fictove ſermone uti.*
VII. *Veritas moralis diverſa eſt a logica.*
VIII. *Mendacium quid?*
IX. *Non omnis fictus ſermo,*
X. *niſi decipiatur is, cui verum erat dicendum.*

Digitized by Google

I. Officium ſermocinantis, Ne alterum decipiat.

Quam utile ac plane neceſſarium ſit inſtrumentum ſocietatis humanæ Sermo, nemo eſt qui ignorat: cum multi vel ex ea ſola facultate collegerint, hominem ad agendam vitam ſocialem à natura deſtinatum. Circa hujus ergo legitimum & ſocietati humanæ proficuum uſum id officii lex naturalis hominibus dictitat: UT NE QUIS SERMONE, AUT ALIIS SIGNIS, AD EXPRIMENDA ANIMI SENSA INSTITUTIS, ALTERUM DECIPIAT.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 1.

Sed

§. I. Pleraque animalium, indicandis affectibus, voce ſunt inſtructa, ſed homini ſoli ſermo datus eſt, ut eo, tanquam peculiari ſocietatis inſtrumento, uteretur ad animi communicationem. *Origo* ejus a conditore generis humani repeti debet, qui Adamo immediate linguam infudit; *varietas* autem ab imperiis, bellis, victoriis, commerciis, conjugiis, migrationibus, & mixturis gentium, a climate denique diverſo & incuria hominum, vernaculam non excolentium, uti Olaus Borrichius in diatribe, *de cauſis diverſitatis linguarum* oſtendit. Neque enim illis aſſentiendum eſt, Judæis aut Chriſtianis, apud Buxtorfium & Crineſium *de conf. ling.* qui ex labiis confuſis fabrorum turris Babylonicæ, totas tunc linguas duas & ſeptuaginta enatas eſſe, contendunt: Moſes enim *Geneſ. c.* XI. multorum ſeculorum intervalla compendio tradens, magis occaſionem linguarum, ex illa diſperſione poſtea enatarum, quam proximam cauſam retuliſſe videtur; qua de re viri Celeb. Perizonius *Orig. Babylon. c.* 13. Vitringa *tom.* I. *obſ. ſacr. diſſ.* I. *& append.* Clericus *ad Geneſ. c.* XI. & Buddeus *Hiſt. Eccl. vet. Teſt. per.* I. *ſect.* 2. §. 9. ſunt adeundi. Ad noſtrum inſtitutum pertinet, quod Cicero *l.* I. *de LL. c.* 9. moderationem vocis humanæ maximam ſocietatis conciliatricem appellat: nam uti diverſitas linguarum homines alienat, ſic paritas eos conciliat. Sed quia eadem lingua æque poteſt eſſe malorum inſtrumentum, quam bonorum, uti Anacharſis & Pittacus, Bias & Æſopus dixe-

Digitized by Google

Sed ut indoles ſermonis penitius intelligatur, ſciendum eſt, circa ſermonem, voce viva aut literis expreſſum, duplicem obligationem occurrere. Una eſt, qua iſti, qui eadem lingua utuntur, certæ rei certum vocabulum, prout uſus cujuſque linguæ fert, adplicare tenentur. Cum enim neque voces, neque certi literarum ductus certam rem natura notent (alias enim omnes linguæ aut ſcripturæ genera coincidere deberent) inde ne uſus linguæ foret inanis, ſi quiſque, quo vellet vocabulo, quamlibet rem nuncuparet, neceſſum eſt inter eos, qui eadem lingua utuntur, tacitam interceſſiſſe conventionem, ut certam rem certo, & non alio vocabulo, denotent. Ni enim in uniformem vocum adplicationem fuerit conſpiratum, impoſſibile eſt, ex ſermone alterius ſenſa animi colligere. Unde vi iſtius pacti quilibet tenetur ita adhibere in ſermone communi vocabula, prout receptus ejus linguæ uſus fert. Ex quo etiam hoc conſequitur, ut quanquam ſenſa animi à ſermone diſcrepare queant, id tamen in vita humana quiſque voluiſſe cenſeatur, quod verba ejus præ ſe ferunt, etſi fortaſſe intrinſeca mentis deſtinatio ab iſtis diſcedat. De hoc enim cum niſi per ſigna conſtare nequeat, omnis uſus ſermonis

II. Verbis in recepta ſignificatione utendum.



dixerunt, & pacem ſociorum turbare, hinc peculiari circa ſermonem obligatione opus fuit, quæ partim ex principiis juſti & honeſti, partim ex regulis prudentiæ & decori, uſum ſermonis dirigeret. Auctor unum generale officium ſermocinantium præmittit; deinde obligationes duas ſpeciales ſubjungit, quibus tertiam de actu loquendi ad §. 4. addemus.

§. II. Similiter Grotius *l.* III. *c.* I. §. 8. hanc obligationem ex tacita conventione derivat. Placæus & Cl. Carmichaël in *not. h. l.* cam

redderetur irritus, ſi interna animi cogitatio, quam ſibi quiſque pro lubitu fingere poſſet, id quod ſigna præ ſe ferunt in communi vita elidere poſſet.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 4-6.

III. Fontes obligationis ad mentem alteri aperiendam.

ALTERA obligatio, quæ in ſermone intervenit, in eo conſiſtit, ut quis alicui per ſermonem animi ſui ſenſa ita debeat pandere, ut hæc ex illo liquido cognoſcere queat. Cum enim non loqui tantum, ſed & tacere homo queat, & cum non ſemper, quod quis in animo volvit, id coram quibusvis aperire teneatur: igitur neceſſum eſt, ut peculiaris exiſtat obligatio, quæ

eam toties de novo quaſi contrahi, ajunt, quoties quis os aperit ad loquendnm. Verum prima impoſitio magis ſimplici conſenſu eſt facta, & imitatione poſterorum probata, quam cum obligatione eam perpetuo retinendi. (1) enim non ſimul, ſed ſucceſſive arbitrariæ illæ rerum notæ inventæ ſunt, & quia plures ſunt res, quam rerum vocabula, adhuc quotidie novis opus eſt, in quibus adſciſcendis ejusmodi obligatio nulla apparet. (2) Ceteris ejusdem linguæ civibus jus non competit verborum novatores cogendi, ut ſuum loquendi morem ſequantur; ſed res ipſa & ratio decori ac prudentiæ jubet, ut, ſi cum aliis loqui & contrahere velim, conſueta loquendi ratione utar, & cenſear id voluiſſe, quod alii ejusmodi ſermone velle ſolent. *l.* 50. §. *f. D. de leg.* 1. *l.* 34. *de R. J.* Grot. *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 16. §. 1. 2. (3) Sicut ab artium magiſtris nova finguntur vocabula, quæ ſine pacto in uſum artificum tranſeunt, *non tam pro ſolito uſu conſuetudinis, ſed pro conditione præcepti*, ut ait Auguſtinus *in Rhetor.* ita integrarum linguarum uſus cum conſuetudine poteſt comparari: nam penes uſum & eſſe arbitrium, & jus, & normam loquendi, Horatius cecinit *art. poët. vſ.* 73. Quintil. *lib.* 1. *Inſt. c.* 6. ait, utendum eſſe ſermone, ut nummo, cui publica forma eſt.

§. III. Altera & præcipua ſpecialis obligatio, quæ convenientiam ſermonis cum

quæ alicui neceſſitatem adfert tum ad loquendum, tum ad ita loquendum, ut alter ſenſa animi noſtri intelligat. Oritur autem illa obligatio vel EX PECULIARI PACTO, vel EX COMMUNI PRÆCEPTO LEGIS NATURALIS, vel EX PRÆSENTIS NEGOTII INDOLE, cui contrahendo ſermo adhibetur. Sæpe enim expreſſe cum aliquo convenitur, ut quis animi ſui ſenſa ſuper aliquo negotio mihi aperiat; ut, ſi quem informatorem mihi in aliqua diſciplina adſciſcam. Sæpe quoque præceptum aliquod legis naturalis meam ſcientiam alteri communicare jubet, ut hoc modo ipſi proſim, vel noxam ab eodem avertam, aut ad noxam accipiendam cauſam vel occaſionem non præbeam. Aliquando denique præſens negotium, quod cum alio ſuſceptum eſt, aliter expediri nequit, ni judicium meum ſuper eo pandam; ut circa celebrandos contractus contingit.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 7.

 Quia

cum animo injungit, ex variis quidem fontibus, ut ex pacto, ſubjectione, munere publico, ſalute reip. vel negotii præſentis indole, cum Auctore, dem onſtrari poteſt: nam Paulus Eph. IV. *vſ.* 24. 25. hominem ſecundum Deum, ait, conditum eſſe ad juſtitiam & ſanctimoniam veram, ideoque depoſito mendacio, quemque proximo ſuo dicere debere veritatem: *quia ſumus alii aliorum membra.* Res omnis vero eo redit. (1) Non abutendum eſſe lingua, in contemtum Dei omniſcii, ut Cainus *Geneſ.* IV. *vſ.* 9. (2) Fidem noſtram mendacio non eſſe perdendam, aut cordis vanitatem prodendam; ut faciunt thraſones & milites Plautini glorioſi. (3) Lædendos non eſſe alios, nec mendacio pacem ſociorum turbandam; quod fit, ſi illis mentis noſtræ ſenſa non aperimus, qui jus perfectum vel imperfectum habent veritatem à nobis audiendi. Hinc tota illa ſcæna Rebeccæ & Ja-

Digitized by Google

IV. Hac ceſſante, licet diſſimulare ſilendo.

Quia autem non ſemper uſu venit, ut ex aliquo horum capitum quævis cogitata mea alteri ſint ſignificanda, patet, me non alia teneri alteri ſermone meo indicare, quam ad quæ ex me intelligenda Jus PERFECTUM AUT IMPERFECTUM habet. Adeoque recte tacendo diſſimulare me poſſe, utut maxime interroger, quæ ut ex me ſciat alter, jus non habet, neque ad id aliqua obligatione ego teneor.

*dict.* §. 7.

V. Diverſumque ab eo, quod animo volvitur, exprimendo

Imo quia ſermo NON SOLUM eſt inventus PROPTER ALIOS SED ET PROPTER NOS IPSOS: ideo ubi aliqua mea in eo verſatur utilitas, neque

Jacobi, ad fallendum Iſaacum & præripiendam Eſavo benedictionem inſtituta, *Geneſ.* XXVII. excuſari vix poteſt; etſi interceſſerit providentia divina. Rom. IX. *vſ.* 11. V. Rev. Buddeus *Hiſt. V. T. p.* 1. *S.* 3. §. 10.

§. IV. Tertia ſpecialis obligatio eſt, ut loquamur vel taceamus, quoties lex vel pactum hoc aut illud expoſcit. Eadem regula ad geſtus & facta pertinet; ſive per *ſimulationem* actiones alienas formemus, ſive per *diſſimulationem* facta mentem indicantia omittamus. Actus ergo *negativi*, ut ſilentium in verbis, & diſſimulatio in factis, ſunt indifferentes, &, ubi lex deficit, pro ſpecie prudentiæ vel imprudentiæ poſſunt haberi, quia libertas loquendi & tacendi eſt ſpecies juris connati, & cauta diligentia laudatur eorum, qui ſimplices ſunt, ut columbæ, & aſtuti ut ſerpentes. Sic Jeremias obſidionem diſſimulat *c.* 38. *vſ.* 27. Thales prævíſam ex aſtris olivarum ubertatem. Ariſtot. *lib.* 1. *Polit. c.* 7. Mercator Alexandrinus Rhodum accedens, ſilet de aliis navibus in curſu, frumento onuſtis, Cic *lib.* III. *de Off. c.* 12. & Alexander ab Alex. *lib.* VI. *Genial. dier. c.* 1.

§. V. Difficilior quæſtio eſt circa actus *poſitivos* falſiloquii & ſimulationis, quæ à nonnullis nimis rigide damnantur. Horum anteſignanus eſt Auguſtinus, in *libro de mendacio ad Conſentium*, quem viri Cl. Van der Muelen, Hoornbek, Placæus, Bernard & Joncurtius ſequun-

que cujuſquam alterius jus læditur, licebit mihi ſermonem ita formare, ut diverſum ab eo, quod in animo volvo, exprimat.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* I. §. 13.

Denique quia ſæpe iſti, ad quos loquimur, ita ſunt diſpoſiti, ut ſi ſermone ſimplici & aperto rem ipſam perciperent, detrimento hoc ipſis futurum eſſet, nec nobis bonum, quem intendimus, finem adſequi liceret; igitur hiſce in ca- VI. Ficto ſermone quo, & quo caſu, uti liceat?



quuntur; adeo, ut nec ad vitæ vel patriæ defenſionem fictum ſermonem adhibere permittant. Sed ipſe Auguſtinus hanc *magnam quæſtionem, latebroſam tractationem, & diſputationem inter doctos alternantem* vocat: Grotius quoque *Epiſt.* 218. in ea ſe valde æſtuaſſe ſcribit, & paullo aliter, quam debebat, *lib.* III. *de J. B. & P. c.* I. ad Lucæ *c.* XXIV. *vſ.* 28, & *Joſua c.* II. *v.* 4. rationes colligit; quas eruditorum multi jam profligarunt. Licuit omnino ante Evangelium, & licebit ſub illo, falſum loqui, aut factis aliud, quam agimus, ſimulare, ſi nullum inde cuiquam infertur damnum, aut quod infertur, v. gr. hoſti & latroni, eſt licitum. Ulpian. *l.* I. §. 3. *D. de dolo malo: Veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maxime, ſi adverſus hoſtem latronemve quis machinetur.* Ratio eſt, quia ſermo, tanquam inſtrumentum ſocietatis, ad eam juvandam, non ad perdendam à Deo eſt datus. Quamobrem tantum abeſt, ut peccent, ut magis laudandi ſint, tanquam viri boni, qui falſo ſermone vitam & ſalutem innocentis defendunt. Exempla habemus in obſtetricibus Ægyptiis *Exod.* I. *vſ.* 19. 20. & Raaba *Joſ.* II. *vſ.* 4. cujus fidem magnopere laudant Apoſtoli Paulus *Ebr.* XI. *vſ.* 31. & Jacobus *c.* II. *vſ.* 25. Eundem dolum bonum Socrates quoque probat apud Platon. *lib.* 2. *de rep.* & asperrimi Stoicorum apud Quintil. *l.* XII. *Inſt. orat. c.* I. & plerique Patrum, quos laudavi *diſſ.* X. *c.* I. §. 12. Add. Buddeus *Theol. mor. p* 3. *c.* 3. *S.* 5. §. 9. Huber. *de jure civit. l,* 2. *S.* 6, *c.* 2. *n.* 15. & Cl. Gundlingius *Juriſpr. nat. c.* XII. §. 14.

§. VI. Quoties non læditur is, ad quem ſermo noſter dirigitur, ſed in ſalutem ejus

citur, quod vel cum ipſa re, vel cum cogitatis noſtris examuſſim congruit: adeoque veritatem quaſi LOGICAM, quæ in congruentia verborum cum rebus conſiſtit, cum veritate MORALI non per omnia coincidere.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 8

MENDACIUM contra eſt, ubi de induſtria ſermo aliam præ ſe fert ſententiam animi noſtri, quam quæ revera eſt, cum tamen hanc ipſam is, ad quem ſermo dirigitur, intelligendi jus haberet, nobiſque obligatio incumberet efficiendi, ut ille noſtram ſententiam utique intelligeret.

VIII. Mendacium, ejusque requiſita.

*dict.* §. 8.

M 4 Ex

quia lex deficit: alia *moralis*, quæ notat convenientiam ſermonis & mentis, eaque tum eſt neceſſaria, ſi lege jubetur. Puta, ſi alter, quocum agimus, jus habet veras mentis noſtræ cogitationes intelligendi, aut ſi Dei honos, vel reverentia ſuperiorum & amor proximi vertitur. Peccat etiam contra regulas decori, qui ſine cauſa profert fabuloſa, aliquando etiam injuſtus eſt, ratione honoris alieni.

§. VIII. Vitium, quod ex ſermone oritur, eſt *mendacium*, cujus pater eſt diabolus *Joh.* VIII. 44. fœditas etiam in pueris damnata, & inter ſeptem illa a Salomone refertur, quæ ſunt abominationi Jehovæ, *Prov.* VI. *vſ.* 17. Conſiſtit illud (1) in oris & mentis diſcordia (2) ad decipiendum illum adhibita, cui (3) de mente noſtra conſtare debebat. Omne mendacium eſt falſiloquium, ſed non contra: falſiloquium veritati Logicæ, mendacium veracitati morali opponitur: illud juvandi, hoc decipiendi cauſa fit *l.* 43. §. 2. *D. contrah. empt.* *l.* 39. *de action. empt.* denique qui mendacium repetit, ab aliis auditum, falſum loquitur, ſed non mentitur, uti Nigidius apud Gellium *lib.* XI. *noct. attic. c.* 11. *Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat: alterum incidit in hominem, alterum non.*

Digitized by Google

IX. Mendacio non eſt annumerandus quivis fictus ſermo.

Ex dictis igitur conſtat, mendacii notam haut quidquam contrahere, qui fictis ſermonibus, fabuliſque utuntur adverſus pueros aut ſimiles, ad eorum meliorem informationem, quatenus nudæ veritatis non ſunt capaces. Et qui alii fictum ſermonem bono fine adhibent, quem plano adſequi non licebat; puta, ſi innocens protegendus, iratus placandus, mœſtus demulcendus, meticuloſo animus addendus, faſtidioſus ad medicamenta capienda movendus, pertinacia alicujus frangenda, aut malum propoſitum alterius intervertendum, aut ſi arcana reip. & conſilia, quæ intereſt aliorum notitiæ ſubtrahi, fictis rumoribus velut obvelanda, & aliorum importuna curioſitas ſit amolienda; aut ſi hoſti, quem aperta ratione lædere poteramus, fabulis in ſtratagematis vicem illudamus.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 8.

Con-

§. IX. Grotius *lib.* III. *c.* 1. §. 12. & ad Lucæ XXIV. *vſ.* 28. infantibus omne negat ſermonis commercium, qua in re Stoici ipſi præivere: ſed jus habent veritatem audiendi & judicant pro ratione ætatis, nec fictionibus debent illudi, aut ingenium illorum fabulis corrumpi, Lockius *de educat. inf. n.* 120. *&* 131. Parabolis vero, fabulis & apologis recte docentur, quia imbecillitas ingenii meram veritatem adſpernatur, ergo his adminiculis juvandi, & quaſi in rem præſentem deducendi ſunt. Senec. *ep.* 95. Idem doctrinæ genus ipſe Servator probavit, & Strabo *lib.* I. *Geogr.* Philoſtratus de vita Apollonii *l.* V. *c.* 14. *&* Gellius *lib.* II. *c.* 29. Exempla *Salubris mendacii* quo milites è fuga ſunt retracti, habet Liv. *l.* II. *c.* 64. & Florus *l.* I. *c.* 3. aliud pertinaciæ, per ſimulationem fractæ, eſt in Salomonis judicio I. *Reg.* III. *vſ.* 25. cui ſimile habet Sueton. Claudio *c.* 15. alia habes in §. 8. *J. de obl. quæ ex del. l.* 19. §. 3. *D. de neg. geſt.* I. *ult.*

Contra ſi aliquis utique tenebatur alteri ſenſa animi ſui liquido ſignificare, culpam non effugit, ſi vel partem duntaxat veri dicat, aut ambiguo ſermone alteri illudat aut tacitam quandam reſtrictionem, à communi uſu abhorrentem, in mente reſervet.

X. Sed is quo illi illuditur, cui mentem aperire tenebar.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 1. §. 11-13.



*ult. D. de collat. l.* 42. *D. de acq. her.* & generaliter Papinianus ait in *l.* 77. §. 31. *de de legat.* 2. non videbitur dolo feciſſe, qui fraudem excluſerit. An vir bonus dolo bono in judicio uti poſſit, diſquirit Quintilian. *lib.* XII. *inſt. orat. c.* 1. Auctor Op. Maj. *l.* IV. *c.* 1: §. 20. & Thomas. *juriſpr. div. l.* 11. *c.* 8. §. 85. Vafrum Demoſthenis factum narrat Valer. Max. *l.* VII. *c.* 3. *n.* 5.

§. X. Abſurdum plane & diabolicum inventum ſunt reſervationes Jeſuitarum mentales, quibus omnis ſanctitas jurisjurandi & uſus pactorum tollitur, perpetua autem diffidentia in judiciis & contractibus ſtabilitur, uti Caſaubonus elegante in *epiſt.* 730. & Rivetus ad *Exod.* XX. oſtenderunt. Sacra pagina damnat eos, qui loquuntur pacem & inſidias in corde ponunt: contra, noſmetipſos per veritatem commendare jubet coram Deo & hominum conſcientia. *Jer.* IX. *vſ.* 8. & 2. *Cor.* IV. *vſ.* 2. Licebit autem uti ſermone ambiguo (1) in ænigmatibus, ut *Jud.* XIV. *vſ.* 8. & Athenæ. *lib.* X. *Deipn c.* 15. (2) In jocis, qui ex animo jocantis nequaquam fallacem habent ſignificationem, ut ipſe Auguſtinus agnovit. (3) Ad periculum avertendum, quorſum Athanaſii exemplum pertinet, apud Theodoretum *l.* III. *Hiſt. Eccleſ. c.* 8. & Felicis Nolani, apud Paulinum *nat.* 5. (4) Aliquando in legibus, contractibus, vel teſtamentis amphibolia invitis obrepit, quæ ex conjectura voluntatis ejus, qui ſcripſit dixitve, reſolvitur in id, quod rei gerendæ eſt aptius *l.* 29. *D. de LL. l.* 67. *de R. J.* Quintil. *lib.* VII. *Inſt. c.* 9. v. infra *c.* XVII. §. 5.

Digitized by Google

## Caput XI.

# *De Officio Jurantium.*

### Summaria.

I. *Officium hypotheticum II. reverenter jurare & juratum ſervare.*
II. *Jusjurandum dicta & pacta firmat,*
III. *præſtatur per Deum,*
IV. *ſecundum religionem jurantis,*
V. *requirit animum deliberatum,*
VI. *parit obligationem acceſſoriam,*
VII. *ad atrociorem pœnam.*
VIII. *Quandoque ſtricte interpretandum eſt,*
IX. *ſenſu illius, cui juratur.*
X. *Juramentorum diviſio.*

Grot. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 13. Add. *l.* 3. *c.* 19. §. 5.

I. Officium hypotheticum. II. jurantium: reverenter jurare & juratum ſervare.

Per Jusjurandum ſermoni noſtro, omnibuſque actibus, circa quos ſermo intervenit, inſigne accedere firmamentum judicatur. Eſt quippe illud assertio religiosa, qua divinæ misericordiæ renunciamus, aut divinam poenam in nos deposcimus, nisi verum dicamus. Dum autem omniſcius

§. I. Cicero *lib.* III. *de Offic. c.* 23. jusjurandum *affirmationem religioſam* vocat: ſed quia illud tribus conſtat partibus, (1) promiſſione veritatis (2) invocatione Dei, & (3) provocatione iræ divinæ, uti antiquiſſimæ jurantium formulæ, in ſacris literis & Marmoribus Arundelianis teſtantur; hinc plenius deſcribi poteſt, quod ſit *oratio acceſſoria, provocans vindictam Dei, tanquam teſtis & vindicis, ſi ſcientes in re principali fallamus.* Hujusmodi autem oratio magis *præſumtionem* veritatis, quam

Digitized by Google

us & omnipotens teſtis ſimul & vindex invocatur, præſumtio veritatis ideo excitatur, quod nemo temere tam impius credatur, ut ita petulanter graviſſimam Numinis indignationem in ſe depoſcere ſit auſurus. Inde officium jurantium hoc intelligitur, UT ET AD JURANDUM CUM REVERENTIA ACCEDANT, ET QUOD JURATUM EST, RELIGIOSE OBSERVENT.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 1, 2.

Finis porro & uſus JURAMENTI in hoc maxime vertitur, ut homines ad enunciandum ve- II. Ejus finis firma-

quam probationem inducit; quia jurans in propria cauſa eſt teſtis, & altera pars ſimiliter ſæpe ſe ad jurandum offert; variæ denique perjurorum ſunt ratiocinationes, quas Juvenalis, *ſat.* XIII. *vſ.* 86. *ſeqq.* uno faſce collegit. Sed tamen quia omnibus perſuaſio providentiæ Dei, & amor futuræ felicitatis ineſſe cenſetur, *perinde haberi debet, quod juratum eſt, atque ſi probatum eſſet*, ait Ulpianus in *l.* 11. §. 3. *D. de jurej.* Maxime vero, ſi alter litigantium in jurisjurandi delatione, expreſſe vel tacite promiſit, ſe illo præſtito, a lite diſceſſurum. Hinc *conditio jurisjurandi* deferri vel ſuſcipi dicitur in *l.* 3. & *l.* 26. §. *ult. D. de jurej.* & tranſactum videri, *l.* 21. *D. de dolo malo.*

§. II. Si homines eſſent probi & juſti, nullo opus foret jurejurando, ſed quia boni ſæpe ſuſpicione falſi premuntur, & ſtulti magis metuunt iram divinam provocatam, hinc triplex ratio ſuaſit jusjurandum (1) diffidentia (2) inconſtantia hominum (3) incerta litium: unde Hebr. VI. *vſ.* 16. & in *l.* 1. *D. de jurej.* illud *maximum litium expediendarum remedium*, a Juſtiniano in *nov.* 72. *ultimum refugium* appellatur. Non ergo præceptum eſt jusjurandum, nec prohibitum, ſed licitum, & magis in neceſſariis, quam in bonis. Recte Ulpianus in *l.* 8. *D. de cond. inſtit.* ſcribit: *Faciles ſunt nonnulli hominum ad jurandum, contemtu religionis, alii perquam timidi, metu divini numinis, usque ad ſuperſtitionem.* Nam ſicut impii jusjurandum non aliud eſſe cenſent, quam emplaſtrum æris alieni, vel man-

Digitized by Google

mentum addere pactis & dictis. verum, aut ſervandum promiſſum pactum ve eo firmius adſtringantur metu divini Numinis omniſcii & omnipotentis, cujus vindictam, ſi ſcientes fallant, per jusjurandum in ſe invocant, ubi alias metus ab hominibus imminens non ſatis efficax videbatur; quippe quorum vires contemnere aut declinare, vel ſcientiam fallere ſe poſſe ſperabant.

Conf. *d. c.* 2. §. 6.

III. Jurandum per Deum. Quia vero præter Numen nihil eſt omniſcium, aut omnipotens, inde abſurde juramentum con-

mantile; quo quotidianæ noxæ extergeantur; ita Plato, in alterum extremum delapſus, eam *liberi hominis torturam*, uti Plutarchus vocat, è judiciis & foro eliminandam eſſe cenſuit *lib.* XII. *de L.L.* Eadem Pythagoricorum fuit ſententia, Stoicorum & Patrum Eccleſiæ Orientalis, de quibus Grotius & Capellus *ad Matth.* V. *vſ.* 34. Nec abludunt Pelagiani, Anabaptiſtæ, Quakeri & Socini ſchola. His vero neque præſidium eſt in praxi primitivæ Eccleſiæ, uti Seldenus *lib.* II. *de Synedr. c.* II. probavit, neque in verbis Servatoris noſtri *Matth.* V. *vſ.* 34. & Jacobi Apoſtoli *c.* V. *vſ.* 12. nam temeraria numinis divini invocatio, in communi colloquio & ſermone, Judæis olim familiaris, aboletur. At virtutis Doctori animus haud fuit diſſolvere legem, quæ jusjurandum judiciale conſtituerat. *Deut.* X. *vſ.* 20. ſed ad illam fidei cuſtodiam ſuos perducere, quo viverent tam ſancte, ut ipſis ſine jurejurando crederetur. Hodie propter frequentia perjuria præſtaret jusjurandum, ſaltem promiſſorium, extra judicium, abrogari, & fidem ruptam gravioribus pœnis coërceri; ſed quia formulis, ceremoniis & ſymbolis timor numinis injicitur, & jusjurandum ut ſpecies cultus divini conſideratur, nec magiſtratus, niſi princeps intercedat, quicquam mutare poſſunt, manſit & manebit ejus uſus. vid. Meditat. Cl. Leyſeri *ad D. Spec.* 137. *n.* I.

§. III. Jusjurandum, proprie ita dictum, præſtatur tantum per Deum, qui ſolus vindicem habet oculum, & eſt καρδιογνώστης, viſcerum animorumque ſcrutator, Deut. VI. *vſ.* 13. Jer. V. *vſ.*

concipitur PER REM aliquam, QUÆ OPINIONE DIVINITATIS DESTITUITUR, hoc ſenſu, ut ea res teſtis atque ultrix perjurii invocetur. Etſi hoc frequens ſit, ut in juramentis CERTA RES NOMINETUR, PER QUAM JURETUR, hoc ſenſu, ut Deus, ſi jurans fefellerit, vindictam ſuam in iſtam potiſſimum rem exſerat, tanquam juranti cariſſimam, & maxime æſtimatam. quo ſenſu per res alias ?

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 3.

IV. Jurandi formula

In juramentis FORMULA illa, qua Deus, dum teſtis & vindex invocatur, deſcribitur, ACCOMMO-

7. Hinc Abrahamus ſervum ſuum jurare voluit, per *Jehovah, Deum cœli & Deum terræ* Gen. XXIV. *vſ.* 3. & Romæ pariter ac Athenis, ſanctiſſimum Jusjurandum per Jovem Opt. Max. præſtabatur. Pauſan. *lib.* V. *c.* 24. & Gell. *l.* 1. *c.* 21. Affirmatio ergo *per fidem principis*, vel adſeveratio Mennonitica vim jurisjurandi non habet: nec Socraticum jusjurandum per canem aut anſerem, utcunque interpreteris. At qui per caput ſuum, aut ſuam ſuorumve ſalutem cum imprecatione aſſeverat, pro implicito jurante habetur; quia reſpectu divini Numinis jurat, & rebus cariſſimis renunciat, ſi ſciens fallat, *l.* 33. *D. de jurej.* ſed melius eſt, a tali formula abſtineatur. v. Matth. V. *vſ.* 36. Ceterum qui Romæ per Genium & ſalutem Principis jurabat, ipſum, ſub conditione perjurii; diris non devovebat, uti Auctor *l.* IV. *c.* 2. §. 3. cum Grotio *d. c.* 13. §. XI. exiſtimat; magis enim erat graviſſimum principatus Romani myſterium, nec alium habebat ſenſum, quam illud Joſephi, *ita vivat Pharao*, Gen. XLII. *vſ.* 15. hoc eſt, ut vere ſalutem Pharaoni precor. Male etiam Cironius in *parat. ad l.* V. *decret. tit.* 24. putat, nefas fuiſſe, per genium Principis jurare; quum à Cæſaris tempore ad Carolum M. nullum neque *ſanctius neque crebrius fuerit.* Suet. Claud. *c.* XI. Plura ad *l.* 13. §. 6. *D. de jurej.* dixi *differt.* V. *de perjurio per Genium Princ. c.* 2.

§. IV. Exemplum eſt in Abrahamo, admittente jusjurandum Abimelechi, Genes. XXI. *vſ.* 31. & Jacobo, fidem cum Labane commutante, per Deos Nachoris, *Geneſ.* XXXI. *vſ.* 53. Romæ

Jurantis religioni aptanda. MODANDA EST AD PERSUASIONEM ſeu religionem, quam circa Deum fovet, QUI JURAT. Fruſtra quippe jurando quis adigitur per Deum, quem non credit, adeoque nec metuit. At nemo per Deum jurare ſe putat alia ſub formula, aut alio ſub nomine, quam quod ſuæ, i. e. ex opinione jurantis, veræ religionis præceptis continetur. Inde quoque eſt, quod qui PER FALSOS DEOS jurat, quos ipſe tamen pro veris habet, utique obligetur, & ſi fefellerit, revera perjurium admittat. Quia ſub quocunque ſpeciali conceptu generalem Numinis notionem ante oculos habuit; adeoque dum ſciens pejeravit, divinæ majeſtatis reverentiam, quantum in ſe eſt, violavit.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 4.

V. Juramenti obligatio. Ad juramenti obligationem requiritur, ut ANIMO DELIBERATO id ſuſceptum ſit. Unde ju-

civis civi jusjurandum improbatæ publice religionis deferre non poterat; licet ſtandum eſſet illi, quod peregrinus propria ſuperſtitione, id eſt modo ſuæ genti proprio, juraſſet *l.* 5. §. 1. & 3. *D. de jurej.* Nec hodie peccat Chriſtianus, ſi Turcæ per Mahomedem, aut Perſæ per Aly deferat juſjurandum; nam aliud nullum datur veritatem extorquendi remedium, nec ſpes eſt converſionis. Turca vero perſuaſione divinitatis, quam colit, obligatur, nec tam peccat jurando, quam quod falſum numen pro vero habuit, & quantum in ſe fuit, verum Deum injuria affecit. v. Grot. *l.* 11. *c.* 13. §. 12. Ridiculas ipſorum Chriſtianorum formulas, per dentes, guttur vel capillos Dei, vide apud du Frêne voce *Juramentum.*

§. V. Aliud eſt jurare ſine intentione jurandi, aliud jurantia verba recitare. Prius dolum continet, ut apud Radevicum *lib.* 11. *de geſt. Frid. c.* 25. At qui ſerium jurandi habitum præ ſe non ferunt, minime obligantur. Non etiam jurat procurator, qui in alterius animam jurat: nam *ex animi ſententia jurandum*

juramento hautquidquam obſtrictus erit, qui ſimpliciter juramentum RECITANDO protulerit, aut ejusdem verba concepta in prima perſona alteri præiverit. Aſt qui ſpeciem ſerio juraturi præ ſe tulit, is utique obligabitur, quicquid demum in animo ſuo, dum jurat, agitaverit. Nam alias omnis uſus juramentorum, imo omnis ratio intervenientibus ſignis ſeſe obligandi ex humana vita tolleretur, ſi quis tacita ſua intentione poſſet impedire, ne effectus ille actum aliquem ſequatur, cui producendo idem eſt inſtitutus. deliberatum animum poſcit.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 5.

VI. Jusjurandum obliva-

Juramenta in ſe non producunt novam & peculiarem obligationem; ſed obligationi in ſe

*dum eſt*, ſeu ſecundum ſcientiam propriam, ut erat in formula Romana, apud Briſſon. *de form. lib.* VII. *pag.* 711. Eſt autem perinde, per ſe quis juret, an per alium ſpeciali mandato inſtructum: nam ut per alium paciſci licet, ſic etiam jurare, quia jusjurandum pro pacto cedit. Idem Pontificis maximi exemplo apud Hebræos probat Seldenus *de Synedr. l.* II. *c.* 10, §. 7. Romæ, in negotio publico, exemplum quidem habet Dio Caſſius *lib.* XLVIII. ſed an privatis, invito adverſario, in animum alterius, jurare licuerit, dubium eſſe videtur, ob *l.* 7. *D. de in litem jur. l.* 21. §. 5. *D. de nox. act. l. pen.* §. 4. *C. de reb. cred.* & propter Livium *lib.* XXXI. *c. fin.* etſi vulgo a diſſentientibus in ſuam ſententiam trahatur. Jure Canonico id permiſſum eſt *cap. fin. de jurej. cal. in* 6. etiam moribus, Sande *l.* 1. *t.* 8. *def.* 1. Sed cautione non una opus eſt, ne cum ſacris temere ludatur. Confer Oldekop. & Feltmannum *de jurej. in alt. an.* ut & amœniſſima Gundlingiana *p.* IV. *obſ.* 3.

§. VI. Jurejurando nova obligatio, intuitu promiſſi aut aſſerti, non conſtituitur, ſed conſtituta firmatur, unde Paulus Hebr. VI. *vſ.* 16. illud ait eſſe *ad confirmationem*, & Plaut. *Mil. act.* II. *ſc.* 5. *firmatam fidem* appellat. Hinc contractus lege prohibitus, accedente

Digitized by Google

gationem firmat, non parit. validæ velut ACCESSORIUM QUODDAM VINCULUM ſuperveniunt. Semper enim dum juramus ſupponimus aliquid, quo non præſtito divinam pœnam in nos provocamus. Quod ineptum eſſet, niſi illicitum foret non præſtare id, quod ſupponitur; adeoque niſi jam antea obligaremur. Ex quo ſequitur, quod actus, quibus in ſe vitium adhæret, obligationem impediens, per juramentum accedens obligatorii non fiant. Sicuti nec per ſubſequens juramentum antegreſſa obligatio valida eliditur, aut jus per eandem quæſitum alteri tollitur. Inde fruſtra quis juraverit, ſeſe alteri debitum non ſoluturum. Nec obligabit juramentum, ubi conſtat, eum qui juravit factum aliquod ſuppoſuiſſe, quod revera ita ſe non habebat, ac niſi id credidiſſet, non fuiſſe juraturum; inprimis ubi per dolum ejus, cui juratur, in errorem fuerit adductus. Nec qui injuſto metu me ad jurandum adigit, ex eo juramento jus ſibi adquirit, ad aliquid à me recte poſtulandum. Nullas quoque habebit vires jusjurandum ſuper præſtanda re quapiam illicita; imo & ſuper omittendo aliquo bono, quod legibus divinis aut humanis præcipitur. Denique juramentum non immutat naturam & ſubſtantiam promiſſi pactive, cui accedit. Inde fruſtra jurantur impoſſibilia. Et promiſſio condi-

jurejurando, validus non efficitur, nec promiſſio antecedens per illud eliditur, uti recte Romani in *l.* 7. §. 16. *D. de pact.* & *l.* 112. §. 4. *D. de legat.* 1. Ne autem nomen Dei ſumatur in vanum, tanquam pium magis, tolerari poteſt, quod Innocentius III. & Bonifacius VIII. omne jusjurandum, quod in ſolius jurantis præjudicium tendit, & ſine diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt, ſervandum eſſe voluerunt, *c.* 28. *X. de jurej.* & *c.* 2. *de pact. in* 6. Caveri etiam poteſt jure poſitivo, ut contractus ob ſolens-

ditionata per juramentum non mutatur in abſolutam, ſeu puram. Et æque in jurato promiſſo requiritur acceptatio.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 6-11.

Hoc autem efficiunt juramenta propter interpoſitam Dei invocationem, quem neque aſtu quis deceperit, & cui nemo impune illuſerit, ut non ſolum ATROCIOR POENA cenſeatur manere eum, qui juratam, quam qui injuratam fi- VII. Jusjurandum obligat ad atrociorem pœnam & excludit omnem cavillationem

N

lennitatem, vel conſenſum certo modo deficientem invalidus, per jusjurandum ſolenne & corporaliter præſtitum, convaleſcat, uti in *l.* 1. *&* *auth. Sacramenta C. ſi adv. vend.* cujus hiſtoriam tradit A. *Op. maj. l.* IV. *c.* 2. §. 11. & Panzirol. *de claris leg. int. l.* 2. *c.* 14. Nimis vero aberrat Pontifex in *c.* 8. *X. de jurej.* & Grotius *l.* II. *c.* 13. §. 15. quod ex promiſſo, injuſto metu extorto, conſcientiam putant obſtringi, licet perjurus in piratam aut latronem, ab hominibus non puniatur *l.* III. *c.* 19. §. 5. Rectius id negat Cicero *l.* III. *de Off. c.* 29. *quia pirata eſt communis hoſtis omnium, quocum non fides debet eſſe, nec jusjurandum commune.* Nullum quippe (1) jus accepandi promiſſionem latro habuit. (2) Vinculum acceſſorium ex valore obligationis principalis dijudicatur. (3) Deus hic, ut judex & teſtis invocatur, nihil autem ei promittitur, ut in voto: non denique (4) Deus acceptaſſe poteſt promiſſionem, cui neceſſario diſplicebat actus ſacramentum per neceſſitatem exprimendi. Aliud fuerit, ſi promiſſio vi bellica per victorem ſit extorta, quorſum pertinent increpationes Jer. XXIX. *vſ.* 7. & Ezech. XVII. *vſ.* 10. Laudabimus etiam eum, qui reverentia Dei, malit rei promiſſæ jacturam facere, & laudavit Cicero Pomponium tribunum *lib.* III. *de Off. c.* 31. ſervantem, quod terrore coactus juraverat. *Tantum*, inquit, *temporibus illis jusjurandum valebat* v. Hert. *de Lytro. Sect.* 2. §. 24. & *lib.* 1. *paroem.* 31.

§. VII. Gravius peccat perjurus frivola provocatione, quia non modo lædit reverentiam Deo debitam, ſed & violat graviſſimum ſocietatis vinculum, quo ve-

fidem fefellit; ſed & ut à negotiis, quibus adjiciuntur, omnis dolus & CAVILLATIO ſit excludenda.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 12.

VIII. Jusjurandum quandoque ſtricte interpretandum.

Non tamen ſemper late, SED ET STRICTE QUANDOQUE juramenta ſunt interpretanda, ſiquidem ſubjecta materia id requirere videatur; puta, ſi juratum ſit in odium alterius, & non tam promiſſioni, quam minis juramentum ſit adjectum. Quin nec juramentum excludit tacitas conditiones & limitationes, quæ ex ipſa rei natura rite fluunt. Puta, ſi alicui quidquid velit petendi optionem jurato conceſſi, ubi iſta iniqua aut abſurda petierit, haut quidquam tene-

veteres Romani ad fidem adſtringendam nullum arctius eſſe cenſuerunt. Hinc & perjuri, apud pleraſque gentes, gravibus pœnis ſunt affecti: Ægyptii & Scythæ caput amputarunt, Diodor. *lib.* I. *c.* 77. & Herodot. *lib.* IV. *c.* 68. Indi & Athenienſes parte corporis mutilarunt Strabo *lib.* XV. & Lyſias *orat.* 8. *p.* 128. id quod plerarumque gentium recentiorum legibus quoque cavetur. Romani autem gentiles, Deorum injurias Diis quidem curæ eſſe dicebant, Tacit *l.* I. *ann. c.* 63. & *l.* 2. *C. de reb. cred.* ſi jusjurandum calore iracundiæ, errore, vel effervescente mentis motu præſtitum non ſervaretur: alias, præter dedecus Cenſorium, perjuris *infligebantur* pœnæ *l.* 22. *D. de dol. mal. l. ult. D. Stellion.* & Principes, inprimis Chriſtiani, ex conſilio Episcoporum, frenos iis injecere *l.* 41. *C. de transact. l.* 18. *C. de dignit.* memores forte graviſſimæ comminationis Zach. v. *vſ.* 4. cui ſimilis eſt apud Herodotum *l.* VI. *c.* 86. *omnem vaſtat ſtirpemque domumque.*

§. VIII. Regulæ interpretationis eædem ſunt in pacto jurato, quæ in injurato, & in utroque ſermonis genere explicatio cavillatoria dolum, & Dei negligentiam, ſapit, ut graviter Livius *lib.* III. c. 20. Exemplum ejusmodi ſtultæ calliditatis habet Cicero *lib.* III. *de Off. c.* 32. ubi Ra-

Digitized by Google

nebor. Qui enim aliquid indefinite alteri roganti promittit, antequam noverit, quid iſte ſit petiturus, præſupponit alterum petiturum honeſta, moraliter poſſibilia, non abſurda, non ſibi aut aliis perniciosa.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 13, 14.

IX. Juranдum ſenſu illius, cui juratur.

Id quoque notandum, in juramentis SENSUM TOTIUS ORATIONIS VALERE, PROUT CAPERE SE ILLUM PROFITETUR IS, QUI JURAMENTUM DEFERT, ſeu cui juratur. Hujus enim præcipue, non jurantis cauſa, juramentum præſtatur. Unde ejusdem quoque eſt concipere verba juramenti; & quidem quantum fieri poteſt planiſſime; ſic ut ipſe ſignificet, quomodo illa intelligat, & jurans annuat, ſe iſtius ſen-



Rachelius in notis ſimilia addit. Latæ interpretationi locus eſt in jurata transactione, de omnibus controverſiis inita, *Stari enim religioni debet*, ait Marcellus in *l.* 21. *D. de dolo malo.* Strictam non contemnendam habet Vopiſcus in *Aureliano c.* 22. qui cum juraſſet, vetuſto dicendi genere, ſe in urbe Tyana *canem non relicturum*, canes omnes, urbe capta occidi juſſit. Sed ne locus fiat captioni, magis præſtat a ſtricta interpretatione abſtinere: nam ſicut in licitis fraus perjurium non diſſolvit, ſed adſtringit, ita comminatoria, aliaque a Grotio *lib.* II. *c.* 13. §. 5. Pufend. *l.* IV. *c.* I. §. 13. & Thomaſ. *Jurispr. div. lib.* II. *c.* 9. §. 15. allata juramenta, vel de re illicita, vel animo non deliberato erant præſtita, vel manifeſtum perjurium involvebant. Rectius utique feciſſent Iſraelitæ, ſi Benjaminitis connubium dediſſent, neque in Jabeſi incolas novum crudelitatis, in puellas vero Siluntinas raptus exemplum non edidiſſent, Jud. XXI. *vſ.* 7. 10. 29.

§. IX. Romani *liquido* jurari volebant, id eſt aperte, manifeſte & ſecundum mentem jusjurandum deferentis, de qua prius ſibi liquere jurans pronunciabat. Quod ſi enim illa ſatis eſt explicata, nec juraturus ſenſum ſuum aliter judici expoſuit,

*quæ-*

Digitized by Google

ſenſum probe percipere, eaque mox ab hoc liquido ſunt exprimenda, ſic ut nulla ratione eadem cavillari & eludere queat.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2. §. 15.

§. X. Diviſio juramentorum ab uſu duplici.

Divisio juramentorum commode deſumitur ab usu, cui illa in vita communi adhibentur. Quædam enim promiſſis pactiſque adduntur, ut eo majore cum religione obſerventur. Quædam autem adhibentur ad confirmandam alicujus aſſertionem circa factum illiquidum, & ubi veritas aliis rationibus, commodius inveſtigari nequit. Quale exigitur à teſtibus, ſive qui alieni facti conſcii habentur. Quan-

*quacunque arte verborum is juret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, hoc accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit*, verba ſunt *can. quacunque cauſa* 22. *qu.* 5. nam ſicut jusjurandum præſtatur propter deferentem, ita illius ſententia debet attendi; neque alias finis ejus obtineri poteſt. Patet ergo, quid habendum ſit de ſententia Toleti, Jeſuitæ & Cardinalis, *Inſtruct. Sacerd. l.* 4. *c.* 21. *Si quis a ſuperiore interrogetur juratu.; tum ſi juſte interrogetur, respondere debet ſine æquivocatione; ſi vero injuſte, tum poteſt uti æquivocatione, & reſpondere non ſecundum judicis mentem, ſed ſecundum propriam. Et ſi crimen omnino occultum eſt, tunc æquivocatione uti poterit, reſpondendo neſcio: intelligendo tamen intra ſe, ut dicam tibi.*

§. X. Recte Hobbeſius jam olim vidit, omne jusjurandum eſſe promiſſorium, nam (1) voluntarium, neceſſarium & judiciale (2) promiſſorium, aſſertorium & mixtum (3) delatum, relatum & acceptatum, diverſæ tantum ſunt denominationes, prout de veritate facti proprii vel alieni, præteriti vel futuri quæritur. In prima diviſione explicanda diſſentiunt interpretes Latini a Græcis, nec Cujacius ſibi conſtat, Hotmanus non liquere pronunciat. V. Merill. *lib.* III *obſ. c.* 13. De ſuppletorio etiam, cujus ſedes eſt in *l.* 31. *D. de Jurej.* & *l.* 3. *C. de reb. cred.* aliter Cujac. *lib.* XXII. *Obſ. c.* 28. aliter

Digitized by Google

Quandoque etiam ipſi, qui inter ſe diſceptant, deferente judice, aut altera parte, ſuo jurando litem ſolvunt.

*dict. c. 2. §. 18-22.*

aliter Duaren *lib.* II. *diſp.c.* 33. & Noodt *lib.* III. *Prob.* *c.* 6. Quando purgationis jusjurandum, in cauſis criminalibus, deferri poſſit, vid. Forner *lib.* V. *rer. quot. c.* 19. Hæc ideo hic loci moneo, ne tanquam extra omnem dubitationem poſita arripiamus, quæ alii hic annotarunt.

## Caput XII.

## *De Officio circa Aquirendum Rerum Dominium.*

Summaria.

I. *Licet homini rebus uti easque deſtruere.*
II. *In iis communioni primævæ ſucceſſit dominium.*
III. *Quid illud ſit, & quomodo reſtringatur.*
IV. *Non pertinet ad res inexhauſtæ utilitatis.*
V. *Modi dominium adquirendi:*
VI. (1.) *Originarius occupatio,*
VII. *quam ſequitur acceſſio,*
VIII. *niſi dominio detrahant ſervitutes.*
IX. (2.) *Derivativi;*
X. *quibus dominium transfertur absque facto domini, per ſucceſſionem ab inteſtato,*
XI. *juſto ordine heredibus competentem.*
XII. *& uſucapionem;*
XIII. *facto domini per teſtamentum*
XIV. *& conventionem inter vivos;*
XV. *invito domino per pœnam & occupationem bellicam.*

Grot. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 2. §. 2. 5. *&. c.* 3. *c.* 4. *c.* 7. *c.* 8.

I. Permiſſum homini rebus uti, easque uſu deſtruere.

Cum ea ſit conditio corporis humani, ut adſumtis extrinſecus rebus indigeat, queis nutriatur, & contra ea, quæ ipſius compagem deſtructum eunt, muniatur; per complures quoque res iſthæc vita commodior & mollior reddi poſſit: inde tuto colligitur, volente utique ſummo univerſi Moderatore fieri, quod

§. I. Cl. Leyſerus *ad D. ſpec.* III. *obſ.* 5. præter officia erga Deum, nosmetipſos & alios, quartam ſpeciem officiorum ponit erga creaturas inferiores, propter Exod. XXIII. *vſ.* 12. & Prov. XII. *vſ.* 9. quibus lex Moſaica, de matre pullis incubante non capienda, addi poteſt, *Deut.* XXII. *vſ.* 6. In eadem ſententia fuit Camerarius *cent.* I. *c.* 21. ſed meliora edoctus, ſententiam mutavit *cent.* II. *c.* 80. nulla enim inter homines & bruta, rationis & orationis expertia, amicitia, aut converſatio, nullum jus aut obligatio intercedit, non magis quam inter arbores & plantas; ſed quidquid crudelitate, abuſu & intemperantia peccatur, ad hominum vitioſos affectus eſt referendum. Quamobrem Areopagitæ puerum, coturnicum oculos effodientem, ob ſpecimen ſævitiæ & ſignum mentis pernicioſiſſimæ damnarunt, auctore Quintil. *l.* V. *inſt. c.* 9. Et quia omne jus ſolius hominis cauſa eſt conſtitutum, *l.* 2. *D. de ſtat. hom.* brutis autem nec in ſe, nec in homines jus competit Cicero *l.* III. *de fin. c.* 20. & *de nat. deor. l.* II. *c.* 13. errarunt utique Philoſophi, qui jugulationes animalium eſumque carnium improbarunt, quorum argumenta vide in Op. Maj. *l.* 4. *c.* 3. §. 4. nam ſufficit, Deum humano generi jus ſuum in bruta dediſſe Geneſ. I. *vſ.* 26. cum ergo illorum carnes ad corpus conſervandum utiles ſint, ſine injuria illis uti licebit. An vero primi homines ante diluvium eas comederint, id æque incertum eſt, quam quod Porphyrius *lib.* IV. *de abſtinent.* tradit, vivente demum Pygmaleone, Cypri rege, σαρκοφαγίαν cœpiſſe, eamque ab illo, tanquam factum nefarium, prohibitam eſſe. Vereor autem ut recte Grotius & Cle-

ri-

quod homo alias creaturas ad uſus ſuos adhibeat; quin ut etiam multas earundem deſtruat. Neque id ſolum obtinet circa vegetabilia, & quæ citra ſenſum corrumpuntur; ſed & circa innoxia animalia, quæ utut cum dolore moriantur, citra peccatum tamen ab homine cibi cauſa occiduntur & conſumuntur.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 3. *§.* 2-5.

II. Poſt communionem primævam dominium conſenſu ho-

Cæterum ab initio omnes iſtæ res intelliguntur abs DEO VELUT IN MEDIO HOMINIBUS EXPOSITÆ, ita ut non magis ad hunc, quam ad alterum pertinerent. Ita tamen ut ſic circa eas diſponerent homines, prout conditio humani ge-



ricus *ad Gen.* IX. *vſ.* 3. dubitent, an κρεοφαγία antediluvianis licita fuerit: nam etſi Deus Noacho eam permiſerit *Geneſ.* IX. *vſ.* 3. Adamo autem varia herbarum & fructuum genera dederit in eſcam *Gen.* I. *vſ.* 29. ſatis erat dominium univerſale in bruta huic fuiſſe conceſſum, nec unius poſitionem eſſe excluſionem alterius. Interim Caſaubonus ad Athenæ. *lib.* I. *c.* XI. conſtare pronunciat, primis mortalium ignotam fuiſſe carnium manducationem, ac ſerius eos olerum & τῆς ἀπύρου τροφῆς piguiſſe. Vid. Eraſmus & Caſtellanus *de uſu carnium*, Seldenus *de jure nat. lib.* VII. *c.* I. &. *Buddeus in Hiſt. Eccleſ. vet. Teſt. P.* I. *pag.* 185.

§. II. Quæſtio de exordio & diſtinctione dominiorum, ſepoſita ſacra Scriptura, valde obſcura eſt; in eo autem maxime vertitur, an jus occupandi, quod Deus Adamo, & poſt diluvium Noacho conceſſit, communio vocari debeat, & quomodo illa fuerit ſoluta? Grotius *de mari lib. c.* 5. & *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 2. §. 2. communionem initio poſitivam, ſeu condominium univerſale & indefinitum ſtatuit, cujus exercitium fuerit vice proprietatis. Probabilius vero Puſendorfius *lib.* IV. *c.* 4 §. 2. communionem negativam appellat, in qua corpora ipſa fuerint nullius, uſus vero communis, donec fructus a quoquam eſſent apprehenſi, vel conſumti. Illud enim certum eſt, propria ſingulorum nulla initio a Deo, ſed hominum facto com-

minum introductum.

generis, & ratio pacis ac tranquillitatis, bonique ordinis in eodem conſervandi videretur exigere. Inde cum adhuc intra paucos genus mortalium ſubſiſteret, placuit, UT ILLA QUIDEM CUJUSQUE FIERENT, NEC AB ALTERO IPSI ERIPI DEBERENT; QUÆ QUIS ADPREHENDISSET hac intentione, ut eadem ad uſus ſuos adplicaret; ipſa tamen corpora, ex quibus illæ res provenirent, in medio ad neminem peculiariter ſpectantia manerent. Sed poſtea, multiplicatis hominibus, & cum cultura cœpiſſet adhiberi rebus, ex quibus homini alimenta & tegumenta proveniunt, ad evitandas rixas, & introducendo bono ordini IPSA quoque CORPORA RERUM INTER HOMINES DIVISA, & cuilibet ſua portio propria aſſignata, hac addita conventione, ut QUÆ IN PRIMA RERUM DIVISIONE IN MEDIO FORENT RELICTA, DEINCEPS EJUS POSSENT FIERI, QUI PRIMUS EADEM SIBI ASSERUISSET. Sic igitur volente Numine,

conſtituta eſſe: *ſunt enim privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, lege &c.* ait Cicero *lib.* 1. *de Off. c.* 7. Non etiam repugnat communio primævæ rei naturæ: quo bonum enim, in tanta rerum abundantia alios & paucos quidem excluſiſſe? Gentiles quoque, ſive ex ſola conjectura, ſive per manus majorum, magno conſenſu, unum initio rerum cunctis patrimonium fuiſſe, tradiderunt Virgil. *l.* 1. *Georg.* v. 126. Juſtinus *l.* 43. C. I. & Seneca *Epiſt.* 90. At vero ſi ſacram Scripturam conſulamus, communio illa *univerſalis*, in Adami & Noachi liberis, aut nulla fuit, aut non diu duravit: nam (1) quilibet ſtatim, ut fructus laborum haberet certos, occupando, ſubigendo & colendo terram, quoad ejus erat neceſſe, ſuam fecit, aliosque ab ea excluſit. (2) cum fructus ſponte ſua omnes non proveniant, ſed pecus curam, agri culturam requirant, alius pro alio eam impendere noluit. (3) Aucto magis magisque hominum nu-

ne, prævio conſenſu hominum, pactoque ſaltem tacito, PROPRIETAS RERUM SIVE DOMINIUM fuit introductum.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 4. §. 1-14.

III. Dominium quid; & quas patiatur reſtrictiones.

Eſt autem DOMINIUM jus, quo alicujus rei velut ſubſtantia ita ad aliquem pertinet, ut eodem modo in ſolidum non pertineat ad alium. Ex quo conſequitur, ut de rebus, quæ tanquam propriæ ad nos pertinent, pro arbitrio noſtro diſponere, & ab eorundem uſu quoſvis alios arcere poſſimus, niſi quatenus per pacta ſingulare jus à nobis ſibi quæſiverint. Etſi in civitatibus contingere ſoleat, ut dominium non ſem-

N 5 per

numero, major indigentia, vera vel præſumta; ſecuta eſt, poſtquam ſceleratus habendi amor & ambitio animos invaſit.(4) Id confirmat hiſtoria primorum fratrum, quorum alter agrum frumento, alter paſcuum ſibi vindicavit, *Gen.* IV. *v/.* 3. 4. & liberorum Noachi, ſi fides habenda Joſepho *lib.* 1. *antiq. c.* 7. item vitæ Patriarcharum & gentium migrationes. Si vero reliqua, a ſingulis non occupata, ad res communes, cum JCtis, referre velis, non repugnabo: ſunt enim in nullius dominio, uſus omnibus patet. Valebit ergo regula, quam Cicero *lib.* 1. *de off. c.* 7. ad juſtitiæ munus refert, *ut communibus pro communibus utamur.*

§. III. Obſcuram hanc eſſe dominii definitionem queritur Cl. Heumannus, in Diſp. *de origine dominii*, igitur alia Titii addi poteſt, quod ſit *Jus, quo res corporalis, ad uſum pleniſſimum, eſt noſtra.* Differt (1) ab *imperio*, quia dominamur in res, imperamus perſonis. *Omnia rex Imperio poſſidet, ſinguli dominio*, ait Seneca lib. VII. *de beneſ. c.* 5. (2) a *poſſeſſione*, quæ eſt rei uſus, ut Ælius Gallus ajebat, id eſt, juſta vel injuſta detentio, cum animo alios excludendi: dominium vero juris vocabulum eſt, nec datur dominus injuſtus. *Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione*, ait Ulp. *l.* 12. §. 1. *D. de acq. vel am. poſſ.* (3) Ab *uſufructu*, qui eſt jus utendi fruendi rebus pro lubitu, quod ſeparationem recipit à pro-

prie-

per penes quoſvis ſit illibatum: ſed certis limitibus circumſcriptum per imperium civile, aut ex diſpoſitione & conventione hominum inter ſe. Quando autem res una ad plures indiviſim eodem modo pertinet, illa iſtis pluribus vocatur COMMUNIS.

*dict. c.* 4. §. 2.

IV. Res nonnullæ ex natura ſua relinquendæ communes.

Sicuti autem res non ſimul & ſemel in proprietatem iverunt, ſed ſucceſſive, & prout uſus humani generis poſtulare viſus eſt: ita non neceſſum fuit, ut omnes & ſingulæ res propriæ fierent, ſed ſalva pace generis humani ALIQUÆ POTUERUNT, ALIQUÆ DEBUERUNT INTRA PRIMÆVAM VELUT COMMUNIONEM PERMANERE. Nam quæ utilia licet hominibus, INEXHAUSTA tamen ſunt, ſic ut omnium uſibus poſſint patere, nec tamen ſingulis uſus iſte reddatur malignior; ea dividere velle ſupervacuum ſi-

prietate *l.* 3. *in fin. D. de uſufr.* nam *portionis inſtar* obtinet *l.* 76. §. 2. *D. de leg.* 2. (4) à *proprietate*, quæ eſt attributum rei, dominium vero hominis; ſed quia hæc duo coincidunt, a Juriſconſultis non ſeparantur: *dominium mihi, id eſt proprietas acquiritur*, ait Neratius in *l.* 13. *D. de acq. rer. dom.* Jure naturali dominium eſt unius generis; verum jure civili (1) aliud eſt *bonitarium* & naturale, aliud *Quiritarium* & civile. (2) Aliud *plenum*, ſi proprietas cum uſufructu eſt conjuncta; aliud *minus plenum*, ſi alius habet proprietatem, alius vero fructum. (3) à duratione dividitur in *revocabile* & *irrevocabile*. (4) a ſubjecto, in *ſingulare* & *commune*. Hinc *qualecunque dominium* in *l.* 11. §. 5. *D. de exc. rei jud.*

§. IV. Res illæ tantum occupatæ ſunt, & in proprietatem iverunt, quæ (1) utilitatem præſtare, (2) & propter uſum exhauſtum ejuſque raritatem, omnibus non ſufficere, (3) quæque excluſis reliquis poſſideri poſſunt. In quibus ergo hæc tria non concurrunt, ſed quorum copia toti generi humano ſufficit, ea, *uti a natura*

ſimul ac ineptum foret. Uti eſt lumen calorque ſolis, aër, aqua profluens, & ſi quæ ſunt ſimilia. Quo refertur etiam vaſtus Oceanus, magnis continentibus interjectus, quoad partes à

*tura prodita ſunt*, manſerunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, ut ait Neratius in *l.* 14. *D. de acq. rer. dom.* Hinc aqua profluens non cohæret alveo, ſupra cujus ſuperficiem fluit, ſed abit continuo & perit: nec aër conſtituit partem fundi, ſed fluit, & naturali jure omnium ad reſpirandum eſt communis; at ſi pro ſpatio ſumitur, locus eſt regulæ: Cujus eſt ſolum ejus eſt cœlum. Recipit etiam legem, ne ultra certum modum ædificetur. *Venti molarum* conceſſi exemplum habet Scriverius in Harlemo *l.* IV. *p.* 181. Huc etiam pertinet tractatio de dominio maris, quæ non calamis tantum, ſed etiam armis diſceptata eſt, uti ex hiſtoria ejus, apud Schurzfleiſchium in diſſertat, *de ſervitute maris* apparet. Pro maris libertate pugnavit Grotius, Graswinckelius, Huberus & reliqui Belgæ, his argumentis: quia omnibus ſufficit, inſtabile eſt, & terminari nequit. Rectius Seldenus, Burgus, Puſendorfius, Conringius & Strauchius, quanquam ex aliis atque aliis principiis, mare occupari poſſe ſentiunt; quia eſt corporale, poſſideri poteſt, ejusque dominium a gente non una fuit jactitatum, apud Selden. de mari clauſo *l.* I. *c.* 8. *ad* 14. Sed ut ſtatus controverſiæ recte intelligatur, ſciendum eſt, non quæri (1) de vaſto, immenſo & infinito Oceano, qui nunquam occupatus eſt, nec occupari poteſt. neque (2) de ſinu, freto vel mari interiore, quod terris undique inſuſum, ut Balticum, Liguſticum, Tyrrhenum, Auſtrale, & Adriaticum, quod Veneti ſibi quotannis deſpondent, tradito a priſcis more. Vid. Caſaubon. *ad Athenæ. l.* XI. *c.* 2. Neque (3) quatenus prænavigantes è litore conſpici poſſunt & cogi: neque (4) de imperio ejusque effectu, in margaritas, uniones, gemmas & pœnas piratarum, quod fœdere comprehenſum eſt: neque (5) de uſu inexhauſto navigationis innoxiæ, quam negare eſt rumpere fœdus generis humani, ut ait Florus *lib.* III. *c.* 6. Hæc omnia ipſe etiam Grotius *lib.* II. *c.* 3, §. 8, *ad* 16. conceſſit, atque ita ſententiam olim, ætate juvenili & flagrante in patriam animo, ut ipſe ait *Epiſt.* 765. adverſus Luſitanos, in diſſer-

Digitized by Google

à litoribus remotiſſimas. Quippe cum ille non ſolum omnium uſibus promiſcuis ſufficientiſſimus, ſed & uni alicui populo ejus custodia moraliter sit impossibilis. Ubi enim aliqua res ita ſit comparata, ut nullo modo alii ab ejus uſu arceri queant, illam dividi, aut propriam cujuspiam fieri non ſupervacuum ſolum eſt, ſed & inanibus litigiis materiam præbere, aptum.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 5. §. 2-10.

V. **Modi adquirendi** Modi adquirendi dominii ſunt vel originarii, vel derivativi. Per illos ab initio in rem

tatione *de mari libero c.* 5. propoſitam, mitigavit. Quæritur autem, an pars Oceani, tanquam terræ acceſſio, poſſit occupari, & ſolo animo hoc fine retineri, ut dimittenda ſint ab exteris velà & venia ad piscationem halecum vel margaritarum comiter petenda? Ex jure Romano vix id decidi poteſt, quia de maribus diverſis loquitur, nec uno tempore eſt ſcriptum, quamvis JCti. ſatis ſibi conſtent, dum mare nunc *natura omnibus patere*, nunc nullius, nunc ejus uſum omnium communem, nunc populi vocant. vide *l.* 13. *D. comm. præd. l.* 14. *D. de injur. l.* 3. *D. ne quid in loco publ.* Eodem modo circa littus variatio explicari poteſt, in *l.* 14. *& l.* 50. *D. de A. R. D.* Ex ſimplicitate vero naturali id occupatæ regionis adjacentis acceſſio eſt, ſed ex humanitate omnibus patet. Virgil. 1. *Æn. vſ.* 539. Optime Ampl. Bynkersh. *de dom. mar. c.* 9 ait, partem oceani poſſe occupari, ſed non diu retineri; quia deſerta poſſeſſione inter gentes dominium amittitur, & redit ad uſum communem. v. *l.* 14. §. 1. *D. de acq. rer. dom. l.* 45. *D. de uſurpat.* Sic Xerxes roſtratis mille ducentis, velut pontibus, Hellespontum ſternebat, ſed illis deductis ad priſtinam naturam mare revertebatur. Juſtin. *lib.* 11. *c.* 10. Dubia, quæ viri Celeb. Titius in disp. *de dominio in rebus occupatis, ultra poſſeſſ. durante*, Thomaſius ad Hub. *de jure civ. l.* 2. *S.* 4. *c.* 2. & Gundlingius *Jpr. nat. c.* 19. §. 74. ei moverunt, non tanti eſſe videntur, ut ab eo dimoveamur.

§. V. Modi acquirendi, id eſt facta, quibus animus ac-

rem aliquam proprietas introducitur. Per hoc dominium jam conſtitutum ab uno in alterum tranſit. Priores modi iterum ſunt vel SIMPLICITER TALES, quibus dominium in corpus alicujus rei adquiritur; vel SECUNDUM QUID, queis incrementum aliquod ad rem noſtram adjungitur. domini originarii & derivativi.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 6. §. 1.

Poſt recepta inter homines diviſa rerum dominia ita inter homines conventum; ut quæcunque ſub primævam diviſionem non venerunt, ea cederent occupanti, i. e. ei qui primus eadem corporaliter adprehendiſſet, animo ſibi habendi. Sic ut hodie originarius modus dominium in corpus alicujus rei adquirendi ſit ſola OCCUPATIO. Hoc igitur modo adquiruntur regiones deſertæ, quas nullus unquam homo ſibi aſſeruit: quæ fiunt illius, qui primus eas ingreditur animo ſibi habendi, ita ut culturam eis VI. Modus originarius eſt occupatio. Quænam per eam adquirantur?

acceptandi dominium declaratur, reſpectu dominii (1) ſunt *originarii*, quibus res nullius fit noſtra, vel *derivativi*, quibus res ab uno domino ad alterum transfertur. (2) Reſpectu legis ſunt vel *naturales*, ut occupatio, acceſſio & traditio; vel *civiles*. (3) Reſpectu rei acquirendæ ſunt *principales*, vel *acceſſorii*. Sed *occupatio* ſola eſt modus acquirendi originarius, naturalis & principalis ſimul. *Traditio* eſt tantum modus, naturalis acquirendi derivativus, & differt à titulo, qui cauſa eſt dominii remota. *Acceſſio* vero naturalis quodammodo ad occupationem referri poteſt, artificialis autem magis occaſio eſt dominii acquirendi, quam modus. v. *ad* §. 7.

§. VI. Juris naturalis Doctores multum operæ ſumſerunt, ut jus dominii ex facto occupationis demonſtrarent. Grotius *lib.* II. *c.* 2. §. 2. *n.* 5. neceſſario ad conventionem de rebus immobilibus occupandis delabi de-

Digitized by Google

eis adhibeat, & certos limites conſtituat, quouſque eas ſuas eſſe velit. Ubi autem cœtus multorum hominum junctim occupaverit partem quampiam terræ, uſitatiſſimum eſt, ut ſingulis ex eo cœtu aliqua portio adſignetur, quæ ſuperſunt, ad totum cœtum pertinere cenſentur. Per occupationem quoque adquiruntur feræ beſtiæ, aves, piſces in mari, fluminibus aut lacubus verſantes: item ſi quæ à mari in littus ſolent ejici; modo tamen per imperium civile promiſcua ejuſmodi rerum captura non ſit interdicta, aut certo alicui aſſignata. Quas

debebat, qua ſine explicare non poterat, quomodo ficta communio ejus primæva poſitiva ſublata fuerit. Sed ut Auctor, *l.* IV. *c.* 4. §. 4. aſſerta communione negativa, ad earum quoque rerum, quæ præſentem habent uſum, occupationem, pactum, *ſaltem tacitum*, requireret, nulla erat ratio: nam (1) pactum *univerſale expreſſum* fingere, in ſtudio juris naturæ, eſt ineptum; ſilet quoque hiſtoria, & tabulæ deſunt, immo licet initum eſſet, paciſcentes tantum eo fuiſſent obligati. (2) Pactum *tacitum* quarundam gentium admitti nequit; quia ſilentium aliarum nil quicquam occupantibus poterat confirmare, quamdiu his jus contradicendi non erat, rebus necdum inæqualiter occupatis, & raritate uſus nondum enata. (3) Si inter ſe omnes aut quidam conveniſſent, uſus rerum potius diſtribuendus fuerat inter æquales, id quod cum factum non ſit, totum genus humanum aut iniquitatis, aut inſcitiæ accuſari, ait Cl. Wagnerus *jur. nat. p.* I. *c.* 14. §. 17. (4) Sola Dei donatio *ſubjicite & dominamini*, ſine aliorum permiſſione validum ſatis titulum retinendi præbebat, dum quisque ſuæ magis conſervationi, quam aliorum, ſtudere poterat, quique priorem poſſeſſorem dejicit, turbat pacem, nec eſt ſocialis (5) Solus tacitus conſenſus ſine conventione jus præbere poterat, dum quisque æqualium ſibi iniquum non eſſe putabat, quod alter occupans ſibi æquum eſſe cenſebat. (6) *Particularia* autem pacta, inter vicinos & plures, ad eandem rem occupandam concurren-

Quas neceſſum eſt, ſi noſtræ debent fieri, ut corporaliter apprehendamus, & in noſtram poteſtatem redigamus. Occupatione quoque adquiruntur res, in quibus dominium, cui ante ſubjectæ fuerant, plane eſt exſtinctum. Puta, ſi quæ abjiciuntur ea intentione, ne amplius ea ſint noſtra; aut quæ ab initio inviti amittimus, ſed poſt pro derelictis habemus. Quo etiam pertinet theſaurus, ſeu pecunia, cujus do-

rentes, inita eſſe, non negamus (7) Tandem jus civile maximum complementum & firmitatem domino adiecit, dum modos acquirendi definivit, ac conſtituit, ut poſſeſſio ſolo animo poſſit retineri, licet rei non incumbamus. Recte autem Auctor antiquiſſimum modum originarium hic primo loco exponit, nimirum *Occupationem*, quæ eſt *apprehenſio rei nullius, animo ſibi habendi*. Corporis illa ad corpus applicatio initium eſt proprietatis; nam qui rem mobilem manu apprehendebat, recondebat & cuſtodiebat; rem ſoli vero circumibat, arabat & limitibus muniebat, animum ſuum teſtabatur. Hinc *manus* poteſtatis, *pedes* poſſeſſionis ſymbola ſunt, apud ſacros & profanos Scriptores *l. 4. D. de J. & J.* Gen. XIII. *vſ.* 17. Joſ. I. *vſ.* 3. Huc item ſpectat quod in *l. 5. D. de J. & J.* dicitur, ex jure gentium *dominia diſtincta & agris terminos poſitos*: & quod Nerva filius ajebat: *dominium rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe, l. 1. § 1. D. de acq. vel am. poſſ.* Inter ſpecialia occupationis objecta (1) eminent *Regiones vacuæ*, quarum occupatio initio facta fuit per fundos, quamdiu ſegreges patresfamilias orbem incoluerunt; poſtea autem non tantum a Judæis in terra Canaan, ſed etiam a gentibus Germanicis ſeculo V. & VI. regna, jure victoriæ, per univerſitatem ita ſunt occupata, ut omnia mobilia & immobilia, in ſingulos dominos non deſcripta & diſtributa, non imperio tantum, ſed & dominio, civitatis eſſent; ut ex hiſtoria Francorum, Gothorum, Vandalorum & Langobardorum, ex Procop. *lib. 1. Hiſt. Goth.* Bodino *l. 11. de rep. c. 2.* & Friderici 2. *F.* 56. conſtat, & infra ad *l. 11. c. 15. §. 1.* amplius dicemus. (2) Per occupationem acquiruntur *Feræ beſtiæ*, circa quas Auctor

dominus ignoratur; qui inventori cedit, ubi per leges civiles aliter non eſt diſpoſitum.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 6. §. 2-13.

Cæ-

ctor. cum Grotio *lib.* II. *c.* 2. §. 5. veterum Juriſconſultorum Philoſophiam ſequitur, qui venationem, ex jure naturæ permittente, civibus adſcripſerunt; Titius vero & Barbeyraccius *ad h.* §. meri id juris civilis eſſe putant; quia animalia fera, pariter ac res aliæ hero carentes, ſint in dominio populi, aut Regis. Verum recte Cujac. *l.* IV. *obſ. c.* 2. ſententiam Juriſconſultorum tuitus eſt, qui omnibus, non civibus modo, ſed & peregrinis, ſub ipſo etiam Principatu, jus piſcandi & venandi aſſeruerunt. Quintil. decl. 13. *Multa nihilominus, quæ libera fuerunt, tranſeunt in jus occupantium, ſicut venatio & occupatio, nam ut cetera animalia hominum cauſa finxerit providentia, quod omnibus naſcitur induſtriæ præmium.* Eadem Hebræorum fuit ſententia, apud Selden. *lib.* VI. *de jur. nat. c.* 4. & Hiſpanorum, auctore Huberto Leodio, in *vita Frid. Palat. lib.* VI. & X. Neque tamen hoc jus naturæ permiſſivum ita eſt neceſſarium, ut mutari nequeat; nam ſicuti libertas naturalis jure civili poteſt circumſcribi, ita gentes Germanicæ, quæque ex Germania venere, pacto aut more civitatis, feras beſtias Principi ſuo, ad aulam ſuſtentandam, vel in ſolatium curarum, adſcripſerunt; unde novum jus gentium, priſco contrarium, eſt enatum, uti recte Grotius *l.* II. *c.* 8. §. 5. (3) Ad THESAURUM quod attinet, nimis rigide Plato *lib.* X. *de LL.* putavit, viri non eſſe juſti, ut tollat, quæ nec ipſe, nec majores ejus poſſederunt: nam ſi merum jus naturale ſequimur, cedit is domino fundi, qui eum invenit, tanquam beneficium Dei, aut acceſſorium fundi, quod nullius eſt; aut quia alii, quam huic, ibi fodiendi non eſt facultas. Ita apud Hebræos, Syros, Græcos, Indos & Romanos vid. Matth. XIII. *vſ.* 44. Plaut *Trin. act.* I. *ſc.* 2. *vſ.* 141. & Philoſtrat. *de vita Apollon. l.* II. *c.* 39. Si vero non dominus, ut conductor vel fructuarius, caſu fortuito, nec malis artibus, in ſolo alieno, Theſaurum invenit, is velut nullius rurſus cedere videtur occupanti: neque enim eſt pars fundi, & dominus ejus ignoratur, *l.* 67. *D. de R. V. l.* 31. §. 1.

D₃

Digitized by Google

Cæterum plurimæ res, quæ dominio ſubjectæ ſunt, non in eodem ſemper ſtatu perſiſtunt; ſed variis AUCTIBUS ſuam SUBSTANTIAM DILATANT; quibuſdam extrinſeca INCREMENTA accedunt; aliæ FRUCTUS proferunt; multis per FORMAM induſtria humana ſuperinductam pretium accreſcit. Quæ omnia vocabulo ACCESSIONUM comprehendi poſſunt; & in duas

VII. Acceſſionum idem qui rei dominus eſt.

voci veteri et a Romanis acceptae Ideã plane novam tribuit Auctor pessimo exemplo.

O clasſes

*D. de A. R. D.* Verum Hadrianus, ſecutus *naturalem æquitatem*, partem dimidiam domino fundi, alteram partem inventori dedit §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.* unam domino terræ, ne is lucri eſſet expers, quod fundus, tanquam mater, viſceribus ſuis continuit; alteram inventori, ſive quod is theſaurum protraxit in lucem, ſive ut donum fortunæ, *l.* 63. §. 1. *D. de acq. rer. dom. l. un. C. de theſ.* Neque tamen ita perpetuo obtinuit Romæ, ſed res pependit ab arbitrio Principum, quorum alii, ut Nerva, inventori dicebant: *Quod fortuna tibi obtulit, tuum eſt*, apud Philoſtratum *de vit. Soph. l.* II. *c.* 2. alii vero, ut Nero, totum theſaurum fiſco, Conſtantinus ei dimidium vindicavit; Theodoſius domino fundi tantum quadrantem reliquit, v. Jacob. Gothofr, *tom.* III. *C. Th. p.* 485. Non novum igitur eſt, quod in rebuspublicis Germanicis, ubi omnia hero carentia fiſco cedunt, Principes vel Magiſtratus urbium, mero imperio gaudentes, ſibi theſauros arrogant, auctore Grotio *l.* II. *c.* 8. §. 7. quaſi vero dominus fundi ſine damno inventa non acquirat, qui propria non amittit, Caſſiodor. *lib.* VI. *var. c.* 8. Freher. *lib.* I. *veris c.* 4. Sed Gothicum hoc eſſe, nec ad conſequentias producendum, ait Forner. *lib.* II. *ſel. c.* 26. & Connan. *l.* III. *comm. c.* 4. *fin.* aliter etiam jure Gallico obtinere docet Alteſerra ad §. 39. *Inſt. de rer. div.* nec ego errare putem, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum hic reſponderit. *l.* 10. *D. de jur. fiſc.*

§. VII. Alter modus acquirendi minus principalis eſt *Acceſſio*, de qua tenenda eſt regula: *Qui eſt dominus ſubſtantiæ, ad eum pertinent acceſſiones*, vel *Acceſſio ſequitur naturam ſui principalis*: ſive illa ſit naturalis, artificialis, vel mixta. Intereſt vero (1) an acceſſio ex re principali, ſola operante

na-

Digitized by Google

claſſes dividuntur. Quædam enim citra factum hominis ex ſola natura iſtarum rerum proveniunt: quædam facto & induſtria hominum in ſolidum, aut ex parte procurantur. Circa quas iſta eſt regula; ut, qui eſt dominus rei, ad eundem quoque pertineant acceſſiones & quævis

natura, vel opera noſtra producatur, aut extrinſecus adveniens nullius ſit; tunc enim quidquid horum eſt domino naturaliter acquiritur, qui rem principalem in cuſtodia habet & intentionem ſuam occupatione ſatis declarat. (2) Si vero alter ex re noſtra, vel ex re ſua & noſtra ſimul, novam ſpeciem faciat, vel illa caſu, aut facto utriuſque domini, vel tertii producta ſit, naturaliter communio poſitiva exoritur, ſecundum proportionem rerum vel operarum, uti recte Grotius *l.* II. *c.* 8. §. 8. Hanc ſolvit conſenſus partium, aut diviſio novæ ſpeciei. (3) Quod ſi ea ſine diſpendio dividi nequeat, & uterque rem habere, atque alterum indemnem ſervare contendat, quis præferendus ſit, veteres Icti acriter inter ſe diſputarunt; Sabinianis dominum materiæ, Proculianis auctorem formæ præferentibus, Ulpiano denique & Paulo erciſcundis, diſtinguentibus, an ſpecies ad priſtinam formam reduci poſſit, nec ne §. 25. *J. de rer. div.* Aliam rurſus viam, ſpretis his regulis Methaphyſicis, ingreſſus eſt Connanus *lib.* III. *comm. c.* 6. Autumnus ad *l.* 23. *D. de R. V.* Faber. ad *l.* 12. *D. ad exhib.* & Cl. Schulting *ad Caj. l.* 2. *tit.* I. *pag.* 83. At ſecundum ſimplicitatem rationis, arbiter in ſtatu naturali, vel, ſilente lege, judex in civitate, ſequentes regulas obſervabit: (1) Si res conjunctæ ſalvæ poſſunt ſeparari, ut gemma ab annulo, ſuum cuique eſt reddendum *l.* 23. §. 5. *D. de R. V. l.* 6. *D. ad exhib.* (2) Qui ſpeciem novam ex re fungibili fecit, ejus ſit dominus, & alteri pretium materiæ ſolvit. (3) Si res non eſt fungibilis idem obtinebit, ſi quis partim ex ſua, partim ex aliena materia novam ſpeciem fecit (4) ſi tantum ex aliena, ſpecies ei cedit, cujus res vel opera majoris eſt pretii, vel qui minore cum detrimento re communi carere poteſt. (5) Qui mala fide alienam ſuis uſibus applicat, de furto tenetur, nec legum patrocinio dignus

vis emolumenta; & qui ex ſua materia ſpeciem fecit, ejus ſpeciei ſit dominus.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 7. §. 1-3.

VIII. Dominio detrahunt ſervitutes.

Frequenter tamen contingit, ut alii ex contractu, aut alia via jus ſibi quæſiverint ex re noſtra certum commodum percipiendi, aut etiam impediendi, ne noſtra re omni modo utamur. Quæ jura ſolent vocari SERVITUTES. Ac dividuntur in PERSONALES, ubi utilitas ex re aliena ipſi perſonæ immediate obvenit, & REALES, ubi ex re aliena mediante re noſtrâ utilitas capitur. Inter illas numerantur uſusfructus, uſus, habitatio, operæ ſervorum. Reales iterum dividuntur in SERVITUTES PRÆDIORUM URBANORUM, ET RUSTICORUM. Illæ ſunt v. g. ſervitutes oneris ferendi, luminum, ne luminibus officiatur, proſpectus, ſtillicidii re-



dignus *eſt l.* 12. §. 3. *D. ad exhib.* His obſervatis, ceteræ quoque, quæ de acceſſione purpuræ, confuſione, commixtione, ædificatione, plantatione, ſatione, ſcriptura & pictura occurunt quæſtiones, clamoſæ magis, ſi de re fungibili agitur, quam utiles, accuratius, quam a priſcis Ictis, ſtrictæ juris gentium regulæ nimis inhærentibus, & citra cujusquam injuriam decidi poſſunt. vid. Cl. Thomaſ. diſp. *de pretio affectionis in res fungibiles non cadente* & Beyer. *them ex var. jur. Exerc.* IV. *n.* 6.

§. VIII. Ad minus principales dominii acquirendi modos pertinent jura in res alienas. Ex variis vero cauſis dominium delibatur, & intra certos limites pactis reſtringitur, v. gr. emphyteuſi, ſuperficie & pignore, Auctor vero ſervitutes exempli loco ponit, quæ ſunt jura, quibus prædia alia aliis ſubjiciuntur. vel ſunt ſpecies dominii minus pleni & improprii, quia dominans caret proprietate, ſed tamen vindicatione ſervitutis prohibere poteſt, ne ſerviens omnem utilitatem ex re ſua percipiat. Hinc in *l.* 5. §. 9. *D. de op. novi nunt.* ſervitutes

recipiendi, &c. Hæ ſunt, v. g. iter, actus, via, aquæductus, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, &c. Quæ omnes fere ex occaſione viciniæ introductæ ſunt.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 8. §. 6 12.

IX. Modi adquirendi derivativi.

Inter modos adquirendi DERIVATIVOS alii ſunt, quibus res devolvitur in alium ex DISPOSITIONE LEGIS; alii quibus FACTO PRIORIS DOMINI. Et quidem ut vel BONORUM alicujus UNIVERSITAS, vel certa eorundem PORTIO transferatur.

J. N. & G. *l.* 4. *c* 10. §. 1.

X. Univerſitas bonorum absque facto domini transfertur per ſucceſſionem

Univerſitas bonorum lege tranſit per mortem prioris domini in SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO. Cum enim & communi hominum incli-

tes recte juris noſtri imminutio, alterius vero augmentum vocantur. Origo earum ex cohabitatione, amicitia & humanitate deſcendit; poſtquam enim limites prædiorum contigui facti, vicinorum commoda per vicinos ſunt promota, luxus deinde numerum urbanarum auxit, & Juriſconſulti Romani multas ſubtilitates in illis explicandis ſectati ſunt, de quibus *ad tit. Inſtit. de ſervit.* Cicero *lib.* 1. *de LL. c.* 4. jura ſtillicidiorum & parietum, humiliora quidem, ſed diligenter conſcripta eſſe, ait.

§. IX. Modi acquirendi derivativi (1) ſunt vel *naturales*; ex diſpoſitione & mutuo conſenſu transferentis & acquirentis, ut traditio rei donatæ. (2) Vel *civiles*, quibus *vel* ex ſola diſpoſitione legis, ſine conſenſu domini ſpeciali, ut ſucceſſio ab inteſtato: *aut* gratia legis & facto acquirentis, non vero domini, ut uſucapio: *aut* denique plus quam unius mutuove conſenſu res transfertur, ut teſtamentum & ſtipulatio. Horum alii ſunt inter vivos, alii mortis cauſa: alii univerſales, vel ſingulares.

§. X. Ex ſimplicitate naturali mors omnia ſolvit; cum

clinationi repugnet, & ad pacem generis humani minime omnium conducat, bona, quæ quis tanto cum labore, dum viveret, quæſiviſſet, a domini morte haberi pro derelictis, & cuivis occupanti patere: inde ſuadente ratione, apud omnes populos receptum, ut, ſi quis de ſuis bonis ipſe nihil diſpoſuiſſet, ejus bona devolvantur ad eos, quos pro communi hominum affectu cariſſimos habere judicatur. Quales ſunt regulariter, qui ex nobis deſcendunt, & juxta hos alii ſanguine nobis juncti, pro gradu quiſque propinquitatis. Et licet aliqui homines dentur, qui vel propter accepta beneficia, vel ob peculiarem affectum alienos quoſdam magis ament, quam ſuos conſanguineos: tamen pacis interfuit, non conſiderato paucorum quorundam affectu, communem potius mortalium inclinationem ſequi, modumque ſuccedendi obſervare planiſſimum, & nullis impeditis diſceptationibus obnoxium. Quæ emerſuræ erant,

cum enim dominium non amplius intelligatur, quam donec animus domini & factum poſſeſſionis rem afficit, hinc mortuo domino bona ejus fiunt nullius, ceduntque primo occupanti, niſi vivus per pacta de illis diſpoſuerit. (2) Sed quia raro homines ſani id faciebant, in occupatione autem turbæ erant orituræ, & bellum omnium contra omnes, ideo lex hypothetica, quam jus gentium vocamus, proximos agnatos defuncti ad ſucceſſionem vocavit, Grot. *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 19. §. 6. Suadebat enim recta ratio, & conjectura ex communi hominum affectu petita, ut hi defuncto cariſſimi cenſerentur, quos ob ſanguinis vinculum maxime amavit, aut amare debuit; *creditur* namque *paterfamilias ſponte ſua bis relinquere legitimam hereditatem*, ait Paulus *l.* 8. §. 1. *D. de jur. codicill.* Adhæc liberi, parentes & fratres primi ſolebant eſſe in poſſeſſione, per mortem vacua; ergo antiquis



Digitized by Google

ſi benefactores & amici cum iis, qui ſanguinis jure nituntur, poſſent concurrere. Et ſi quis omnino benefactores aut amicos cognatis volebat præferre, debebat expreſſe ſuper ea re diſpoſuiſſe.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 11. §. 1, 2.

XI. *Ordo heredum ob inteſtato.* Ex his conſequitur, proximos cuique HÆREDES eſſe ſuos LIBEROS, quos & natura parentibus alendos educandoſque ſollicite commendavit, & quibus quiſque parentum cenſetur quam lautiſſime voluiſſe proſpicere, ac quæ ſibi ſuperſunt ipſis potiſſimum relinquere. Per liberos autem intelliguntur præcipue, qui ex legitimo matrimonio nati ſunt. His enim & ipſa ratio, & decor vitæ civilis, & leges populorum cultiorum præ naturalibus

quiſſimus canon: *Qui prior eſt tempore, potior eſt jure*, normam ſuggerebat. Quintil.* *decl.* 308. ait, propinquos ſuccedere, *non quoniam utique juſtum ſit, ad hos pervenire bona defunctorum, ſed quoniam relicta & velut in medio poſita, nulli propius videntur contingere.* Denique familia, velut univerſitas quædam conſiderabatur, cui jus in bona omnium cognatorum, alteri propiùs, alteri remotius, eſſet quæſitum; uti egregie Ampl. Bynkershoek *lib.* II. *obſ. c.* 1. (3) Verum quoniam liberi proximive agnati ſæpe indigni erant, aut inæqualiter meriti, igitur jus civile teſtamenta introduxit, ut quos natura in officio non continet, hos parentum terrerent fulmina. Athenis quidem pater filium, ob proterviam hereditate indignum, vivus domo expellere & abdicare debebat, ἀποκηρύξαι τὸν υἱὸν Lucian *in abdicato*: Romæ vero, ob latiſſimam teſtandi facultatem, ſola ultima voluntate exheredatio fiebat, abdicatione illa improbata *l.* 6. *C. de patr. pot.* Iuven. *ſat.* x. *vſ.* 236. ---*nam codice ſævo*

*Heredes vetat eſſe ſuos.*

§. XI. Nulla in re magis variant leges civiles & ſtatuta, quam in ordine, quo hereditas deferatur. Sed Juſtinianus in *Nov.* 118. quam

bus favent. Iſta tamen ita demum obtinent, niſi pater aliquem pro ſuo filio ob ſufficientes rationes noluerit agnoſcere, aut niſi ob atrociſſimam malitiam eundem abdicaverit. Sub liberis etiam comprehenduntur ii, qui ſunt ulteriorum graduum, quos uti alere, ipſorum parentibus defunctis, avus tenetur, ita ut & ipſi cum patruis & avunculis ad hæreditatem avi concurrant æquiſſimum eſt; ne ſuper calamitatem mature defuncti patris etiam avi hæreditate excludantur. Ubi deſcendentes deſunt, par eſt ad PARENTES defunctorum liberorum bona devolvi. Quibus liberi & parentes non ſunt ſuperſtites, iis FRATRES ſuccedent. Ubi & hi deficiunt, hæres erit, prout quiſque defunctum ſanguine propius contingit. Etſi ad lites evitandas, quæ heic exoriri poſſunt frequentiſſimæ, ſimulque ut ea res ad uſum reip. probe attemperetur, in pleriſque civitatibus ſuper ordine ſucceſſionis accurate deprehenditur diſpo-

 ſitum.

quam maxime æquitatem & στοργὴν naturalem ſecutus fuit, idemque ordo in gente Ebræa fuit Num. XXVII. *vſ.* 8. 9. quem Seldenus *de ſucceſſ. in bona def.* illuſtrat. (1) ergo vocantur liberi, cujuscunque ſexus & gradus; tum ob *commune naturæ ſimul & parentium votum*, ut liberos habeant ſuperſtites, propter quos pecuniæ fuerant cupidiores, *l.* 7. §. 1. *D. ſi tab. teſt.* tum quia *ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita*, liberis parentum hereditatem addicit, auctore Paulo *l.* 7. *pr. D. de bon. damnat.* tum quia ſucceſſio liberis immaturæ ætatis eſt vice alimentorum; tum denique quia *natura pater & filius eadem pene perſona* eſſe intelliguntur *l. ult. C. de im. pub. ſubſt.* add. Rom. VIII. *vſ.* 17. Hebr. VII. *v.* 10. Liberos autem intelligimus legitimos; nam nothis & filiis concubinarum tantum dona dabantur Gen. XXV. *vſ.* 6. Suidas v. νόθοι. (2) Liberis deficientibus, amor aſcendit ad parentes: nam quia gratus animus pro bene-

ſitum. Et hunc ordinem ut ſequantur privati, tutiſſimum eſt, niſi graves cauſæ peculiariter diſponere ſubigant

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 11. §. 3-14, 17, 18.

XII. *Alias* 15. Bonorum ſingulorum dominium absque facto domini tranſit per uſucapionem.

*Huc quoque referendus* peculiaris *alias* adquirendi modus USUCAPIO; per quem is, qui bona fide juſtoque titulo rei alicujus poſſeſſionem nactus eſt, eamque diu quietam & non interruptam obtinuit, demum pro perfecto domino ejus rei habetur, ita ut antiquum dominum, ſi poſtea rem eam vindicare velit, repellere queat. Cujus juris introducti ratio fuit, partim quod pro derelicta rem habere judicaretur, qui diu eandem vindicare neglexerit, cum longo tempore ad id occaſiones vix deeſſe judicentur: partim quod tranquillitatis & pacis intereſſet, aliquando poſſeſſiones rerum extra controverſiam col-

neficiis debetur; in ſolatium orbitatis, ad *luctuoſam* liberorum hereditatem merito vocantur *l. f. C. de inſt. & ſubſt.* Pulchre Papinianus in *l.* 15. *D. de inoff. teſt.* ſcribit: *Etſi parentibus non debetur filiorum hereditas, propter votum parentium & naturalem erga liberos caritatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet.* (3) Itur ad fratres & reliquos agnatos & gentiles, ut bona avita, ob ortus communionem, maneant in familia, cui, veluti univerſitati, jus in illa acquiſitum videbatur *l.* 195. & 196. *de V. S.*

§. XII. Non facto domini dominium acquiritur per uſucapionem, cujus rationes dedit Auctor. Nos quatuor diſtinguimus (1) Si quis ſciens rem ſuam derelinquit, non opus eſt uſucapione, per poſſeſſionem prolixam, ſed res nullius ſtatim cedit occupanti, §. 46. *Inſt. de rer. div.* At ſi (2) dominus ignorans vel invitus rem amiſit, poſſeſſio trium, decem vel viginti annorum favorem quidem conciliat poſſidenti, ſed ex præcepto juris naturæ, dominium non transfert; uti quidam ex fine proprietatis collegerunt: nam ipſum jus civile illam ſibi vin-

Digitized by Google

collocari. Præſertim cum longe gravius videatur, poſt diuturnam poſſeſſionem re bona fide parta privari, quam olim amiſſa, & cujus deſiderium dudum erat digeſtum, in perpetuum carere. Ut tamen in civitatibus certi termini, prout ratio & utilitas civitatis ſuggeſſerit, de-

O 5 fi-

vindicat, *pr. Inſt. de uſuc.* Cajus ait: *bono publico uſucapio introducta eſt*, *l.* 1. *D. de uſurpat.* & Cicero legi XII. Tabularum eam acceptam fert. *in Top. c.* 4. *pro Cæcin. c.* 19. Decemviri autem ex Solonis nomotheſia eam derivarunt. Præterea tempus eſt quantitas durationis, quæ ſuapte natura nullum producit effectum, ſed paullatim labenti, ex mera legis gratia, dominium adjicitur *l.* 44. §. 1. *D. de obl. & act.* Porro quod noſtrum eſt ſine facto noſtro natura alterius fieri non poteſt. *l.* 11. *l.* 74. & 206. de *R. J.* Nullus enim præter ſolum dominum perpetuam cauſam poſſeſſori tribuere poteſt, hic vero lex plenum jus tribuit *l.* 17. *inſt. de rei vind.* (3) Nolim tamen cum Cujacio *ad l.* 1. *D. de uſurp.* & Ameſio *lib.* V. *de conſc. c.* 41. eam pro illicita, & juri naturæ contraria haberi, aut laqueum conſcientiis eorum injici, qui hoc acquirendi modo utuntur: nam lex civilis tanquam domina rerum & communis ſponſio civitatis, hunc *finem ſolicitudinis & periculi litium*, ut Cicero, hanc *patronam generis humani*, ut Caſſiodorus vocat, in odium negligentis domini, & favorem bonæ fidei poſſeſſoris, permittente jure naturæ, introduxit, ne dominia rerum diu, & fere ſemper in incerto eſſent. Ad hæc dominus non videtur eſſe mere invitus, cujus patientia tam diuturna intercedit; & ſub facto denique non factum comprehenditur civis oſcitantis, qui merito habetur, ac ſi rem *alienaſſet*, dum cuſtodiam alterius ac animum dominii in re ſua toleravit, & *in perniciem ſuam geſta taciturnitate firmavit*, uti Auctori noſtro veteres JCti præiverunt in *l.* 28. *D. de V. S. l.* 47. *D. de acq. vel amitt. poſſ.* & Impp. in *l. un. C. Th. de his qui a non dom.* (4) Præſcriptio vero immemorialis eſt juris gentium, quia ejus temporis, cujus origo memoriam hominum viventium excedit, ſilentium ad rei derelictæ conjecturam ſemper ſufficit, & certum eſt hunc poſſidere, in-

Digitized by Google

finiantur, intra quos uſucapio complentur, tranquillitatis & pacis intereſt.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 2.

XIII. *Alias* 12. Facto domini per Teſta. Facto domini prioris univerſitas rerum mortis cauſa tranſit per Testamentum. Nam & illud in qualecunque ſolatium mortalitatis apud pleroſque eſt receptum, ut quis vivus ſua bona trans-

incerta autem eſt poſſeſſionis injuſtitia, quam alter allegat, ergo paribus ſuffragiis nibi agitur, *l.* 3. §. 4. *D. de aqua cot.* & diutini poſſeſſores *quaſi jure & æquo nituntur* Tacit XIV. *Ann. c.* 18. Atque hæc inter reges quoque & liberas reſpublicas locum habet, ne perpetuæ bellorum ſint cauſæ; uti Grot. *l.* II. *c.* 4. Conringius *de fin. imp. c.* 19. & Werlhofius peculiari *disput.* contra Puteanum oſtenderunt. Regalibus item minoribus tempore immemoriali adverſus principem ſic præſcribi ex *c.* 26. *X. de V. S.* vulgo evincitur; ſed vide Cl. Thomaſ. disput *de præſcript. regal.*

§. XIII. Facto prioris domini bona transferri videntur per teſtamenta. Neque eſt dubium, quin illa jure naturæ permittantur. Dominus etiam vivusi bona ſua poteſt diſtribuere, proprietate, dum vivit, & uſufructu retento. Mandata item & commendationes morientium acceptatæ religioſe ſunt ſervandæ, quorum exempla dedit Grot. *l.* I. *c.* 3. §. 12. & Briſſon. *de form. pag.* 586. & 618. Verum hoc quæritur, an ex natura dominii, in modum præcepti ſequatur, ut ſuperſtites id ſervare debeant, quod defunctus poſt mortem ſuam de bonis fieri voluit? Cum Grotio *l.* II. *c.* 6. §. 14. id affirmat Fabrotus, Huberus, Titius, Buddeus & Barbeyracus, pro quibus militat, (1) quod vi dominii ſancire liceat aliquid, poſt mortem valiturum; (2) poteſt fieri promiſſio, volo; ſi acceptetur: (3) anima immortalis eſt, & voluntas ſemel declarata morte non concidit; (4) expreſſa voluntas plus operatur, quam voluntatis conjectura, quæ in aliis ſufficit. Denique (5) ſuperſtites, ex regulis ſocietatis, & tacito gentium conſenſu, & regula honeſti, quod tibi non vis fieri, defunctorum voluntates adimplere teneantur. Ego quidem in teſtamentis nuncupativis, ſciente vel præſente herede conditis, ſpem dominii adipiſcendi & facultatem bona in-

transferre poſſet in eventum mortis in eum, quem maxime amaret. Cæterum cum antiquiſſimis temporibus uſitatum fuiſſe videatur, ut imminente jam fato palam ſuos hæredes nuncuparent, & patrimonium de manu in manum ipſis traderent; poſtea graves ob rationes multis populis aliud teſtamenti genus magis arriſit. Ut nempe quocunque tempore placeret, ultimam ſuam voluntatem vel palam ſignificare, vel literis tacite conſignare poſſent; quam mutare pro lubitu liceret, & ex qua hæredibus

mentum universitas bonorum in heredem transfertur.

bus

interim cuſtodiendi tranſlatam eſſe agnosco: quod autem ad ſcripta & nuncupativa teſtamenta, ignaro herede condita, attinet, ne id quidem concedi poteſt, unde negativa Auctoris ſententia verior eſt *lib.* IV. *c.* 10. §. 4. 5. 6. quam Merillius *lib.* VIII. *obſ. c.* 25. Bynkershock *lib.* II. *obſ.* 2. & Thomaſius in disput. *de Orig. ſucceſſ. teſt.* variis argumentis firmarunt. Potiora hæc ſunt: (1) diſpoſitio teſtatoris vivi, ſine acceptatione heredis, efficere non poterat, ne bona poſt mortem fierent nullius, quæ in heredis gratiam non erant derelicta, nec in ipſum tranſlata. (2) Ut mortuus velle incipiat, pariter ſenſibus repugnat, quam ut heres voluntatem ſuam cum mortui voluntate conjungat; poſtquam is ſublato animo rem ſibi habendi, & amiſſa poſſeſſione, dominium & facultatem de eo diſponendi amiſerat. (3) Totum hoc imperium mortuorum, uti Seneca appellat, meris fictionibus ſuſtinetur, & heredem facit eundem cum defuncto; alius emebat hereditatem; alius erat heres, quod Plutarcho *de ſera num. vind.* ridiculum videbatur. (4) Non tantum ex animorum affectione, ſed maxime ex vindictæ ſtudio teſtamenta proficiſcuntur, ut ægre fiat proximis, & maligne circa ſanguinem judicium inferatur *l.* 4. *D. de inoff. teſt.* (5) Jus naturæ cum ipſo genere humano proditum eſt; at ſero demum teſtamenta condi cœperunt, nec libere, ſed intra certum modum, ut apud Hebræos de mobilibus tantum teſtari licebat Num. XXVII. *vſ.* 8. Deut. XXI. *vſ.* 16. & Sirac. *c.* XXXIII. *vſ.* 24. In Græcorum pleriſque rebuspublicis teſtamenta nota erant, ſed in nonnullis de bonis avitis nulli

ſta

bus nuncupatis aut ſcriptis tunc demum jus naſceretur : quando teſtator exſpiraret. Atque tales ultimæ voluntates licet merito magnum habeant favorem ; ita tamen temperandæ erunt, prout neceſſitudinum ratio, & utilitas civitatum requirit. Quæ & inde legibus ſueverunt cavere, quomodo cuique teſtamenta ſint ordinanda.

ſtatuere licebat. Athenis vero maribus tantum, qui filios non haberent, auctore Iſæo *de hered. Ariſtarchi* & Plutarcho *in Solone.* Apud Germanos heredes ſui cuique liberi & *nullum teſtamentum* Tacit. de M. G. *c.* 20. (6) Totum jus teſtamentorum pendet ex jure civili ; ſoli cives Romani heredes inſtitui, ſoli teſtari poſſunt. *l.* 1. *C. de her. inſt.* Varro *lib.* 11. *de R.R. c.* 10. (7) Ipſe Papinianus teſtamenti factionem origine, forma & utilitate juris publici vocat, in *l.* 3. *D. qui teſt. fac. poſſ.* & alii *in l.* 120. *&* 130. *de V. S.* vid. Galvanus *de uſufr. c.* 10. *n.* 2. (8) Rectæ omnino rationi adverſatur, ut privatus legem tollere poſſit, id autem facit teſtator, tollendo legem ſucceſſionis ab inteſtato : hinc primum calatis comitiis tanquam in legem populus conſentiebat, deinde per æs & libram, velut per conventionem & traditionem. Cic. Philipp. 2. *c.* 42. *In publicis nihil lege eſt gravius, in privatis firmiſſimum eſt teſtamentum.* (9) Denique lex naturalis ſemper lex eſt, quæ vices neſcit, & æqua eſt ubivis : at variâ variis in locis teſtamentorum fuit fortuna ; alibi teſtandi licentia interitum reip. alibi familiis, alibi cataſtris publicis attulit. Eſt ubi de bonis avitis, ob jus devolutionis, teſtari non licet ; alibi venia Principis aut conſenſu agnatorum opus eſt. Romæ latiſſima illa teſtandi poteſtas heredes inſtituendi, legata & libertates dandi Quiritibus, vindictæ & libertatis cupidis, conceſſa ſimultates peperit inter propinquos: inde litium uberrima materia, manumiſſiones in fraudem creditorum, ſtudia heredipetarum & falſa, maledicta, imprecationes & ridicula legata : hinc tot legibus Ælia Sentia, Fuſia Caninia, Furia, Voconia & Falcidia opus fuit, quibus nimia illa facultas coarctaretur *l.* 120. *D. de V. S.* de qua inhibenda Senatus quoque cogitavit, regnante Auguſto, Suet. *lib.* 11. *c.* 56.

In

Digitized by Google

da. A quorum diſpoſitione qui diſceſſerit, queri non poteſt, ſuæ voluntatis non fuiſſe habitam rationem.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 10. §. 3-6.

XIV. *Alias* 13 Inter vivos vero donatione vel con-

Inter vivos facto prioris domini res tranſeunt vel GRATIS, vel INTERPOSITO CONTRACTU. Prioris generis tranſlationes vocantur DONATIO-

In univerſum Salomo dixit, *Pauperem ipſi propinqui odere* Prov. XIV. *vſ.* 20. Plato pleroſque ſtulte quodammodo & perverſe affectos eſſe, ait, quando morti ſe propinquos arbitrantur, *lib.* XI. *de LL.* & parœmia eſt vulgata: *Qui beate vult mori, proximis bona ſua relinquat.* Ad dubia potiora, quæ ſupra movimus, & alia Cl. Treuer. *ad h.* §. late reſpondit.

§. XIV. Rei ſingularis dominium transfertur vel domini voluntate, vel eo invito. Volens aut reciprocam adjicit cauſam oneroſam, ut in emtione; vel ſolam benevolentiam teſtatur, ut in donatione. Circa hanc duplex occurrit difficultas. Prima eſt, quo colore Juſtinianus donationem ad modos acquirendi civiles retulerit §. *fin. J. de uſu & hab.* & §. 4. *Inſt. de donat.* cum ipſe alibi ſcripſerit, nihil tam conveniens eſſe naturali æquitati, quam voluntatem domini, rem ſuam in alium transferre volentis, ratam haberi, §. 40. *Inſt. de rer. div.* Ant Contius *lib.* 1. *diſput. c.* 13. queritur, nimium ambitioſe commentatores diſſimulare hunc ſcrupulum, & nimis jejune ac abſurde eum removere, qui ſcribant, donationem, quæ a promiſſione incipit, aut eam, quæ fit mortis cauſa, vel propter nuptias, eſſe juris civilis. Verum res ſalva eſt. Jure vetere donatio non erat conventio, ſed acquiſitio: non contractus, ſed actus. Quod ſi ergo res nec mancipi tradebatur, erat modus acquirendi mere naturalis; ſi res mancipi, ſeſtertio nummo aſſium quatuor, dicis cauſa & νόμῳ χάριν, per nexi traditionem mancipabatur, magis erat civilis *l. ult. C. l.* 4. & 5. *C. Th. de donat.* Si vero nudis verbis inter vivos promiſſio de dono dando facta, paucis exceptis, inutile erat pactum, a nomine & cauſa nudum; donec Juſtinianus illud in titulum acquirendi civilem mutavit, ut donatori neceſſitas traden-

traſtu dominium in alios derivatur. TIONES. De contractibus infra erit agendum.

Conf. J. N. & G. l. 4. c. 9.

Quandendi incumbat, *l.* 35. §. 4. & 5. *C. de donat.* Si donatio mortis cauſa eſſet facta, jure veteri & novo, rei dominium, ad exemplum legati, poſt mortem donantis acquiritur ipſo jure civili, ſine traditione heredis *l.* 2. *D. de Publ. in rem act.* vid. Cujac. *lib.* x. *obſ. c.* 28. Altera quæſtio difficilis eſt, an donatio, ceterique tituli jure naturali ſoli ſufficiant ad dominium transferendum, etſi traditio non fuerit ſecuta? Negat Hotman. *qu. ill.* xi. Hert. *de conv. dom. tranſl.* §. 15. & Coccejus *t.* 1. *diſp.* 19. (1) Quia dominia a naturali poſſeſſione cœperunt, ergo per eandem ab uno ad alium derivari debent. (2) Contradictorium eſt re pro arbitrio uti, quam non habemus. (3) Jure gentium, Hebrææ & Græcæ, emtor non factus eſt dominus, niſi re tradita, Seldenus *de jure nat. lib.* vi. *c.* 5. & Stobæ. *Serm.* 42. *de LL. pag.* 282. (4) ob regulam cardinalem *l.* 20. *C.* de Pactis: *Traditionibus & uſucapionibus dominia rerum non nudis pactis transferuntur.* At verior eſſe videtur Grotii affirmantis ſententia *l.* 11. *de J. B. & P. c.* 6. §. 1. & *c.* 8. §. 25. & *c.* xii. §. 15. quam Auctor quoque Op. Maj. *l.* iv. *c.* 9. §. 6, Huber. *lib.* iv. *digreſſ. c.* 8. & Beyer. *delin. juris div. c.* 22. tuentur. Quamvis enim dominium magis appareat, ubi phyſica ſimul adeſt facultas, ea, quæ circa rem placuerunt, illico in actum deducendi: tamen ſine ea (1) dominium eſt res incorporalis & jus mente comprehenſum, quod abſque actu phyſico transferri poteſt: ſufficit enim ſola abdicatio, ore vel literis facta, ut jus ab uno in alium tranſeat (2) Facta promiſſione & renunciatione libertatis, res non amplius eſt propter promittentem, cujus omnes actus ſunt illiciti: promiſſarius autem ſicut fert periculum, ita omne emolumentum ex re capit, eamque vendere, locare & permutare poteſt. v. *l.* 21. *D. ad L. Corn. de falſ.* (3) Traditio tantum eſt abdicatio detentionis naturalis; titulus vero, ſeu cauſa, propter quam res transfertur, dominum efficit. Paulus: *Nunquam nuda traditio transfert dominium; ſed ita, ſi venditio aut aliqua juſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequetur,* *l.* 31. *D. de acq. rer. dom.* (4) Traditio vera vel ſymbolica, jure civili plerarumqne gen-

Quandoque etiam INVITO PRIORE DOMINO res transferuntur, & quidem in civitatibus potiſſimum per modum POENÆ, dum ob delicta damnatis interdum omnia bona, interdum certa eorum portio eripiuntur, & vel publico, vel læſo adplicantur. Sic & in bello invitis res per hoſtem viribus ſuperiorem eripiuntur, raptorique adquiruntur; ad quas tamen recuperandas pari violentia prior dominus jus non amittit, quouſque per ſubſequentes pacis tractatus omni prætenſioni ad eaſdem renunciaverit. XV. *Alias* 14. Invito dominio res quandoque transferuntur.

J. N. *&* G. *l.* 4. *c.* 6. §. 14

Ca-

gentium, ad lites amputandas fraudesque reprimendas, tanquam ultimum contractus implementum, pariter ac profeſſio apud populum, vel relatio in acta, in plerisque negotiis, requiſita fuit; ut tamen ipſi Romani in aliis quibusdam ſimplicitatem naturalem agnoverint, in *l.* 1. §. 1. *D. pro ſoc. l.* 21. §. 1. *D. de acq. rer. dom. l.* 28. *C. de donat. l.* 23. *C. de SS. Eccl.*

§. XV. Pœnæ determinatio nulla eſt ex jure naturali, ſed arbitrio civitatum relicta, quarum rectores aliquando mulctam, ſecundum delinquentis facultates, ſolvi jubent, ut is malo paſſionis emendetur, & alii deterreantur. Neque ſic injuria liberis infertur, qui vivo patre peccante jus petendi legitimam non habent. v. infra *l.* 11. *c.* 13. (2) In bello etiam res invitis auferuntur, ſaltem quoad effectus externos, ut ait Grotius *l.* III. *de J. B. & P. c.* 6. §. 2. pax autem ſecuta demum acquiſitionem illam firmat. Ideoque captivi, durante bello, in patriam ſuam redeuntes, liberi ſunt, & priſtina jura poſtliminio recipiunt, *quia bello parta, non niſi eadem vi poſſidebantur*, ait Quintil. *lib.* v. *Inſt. c.* 10. Add. infra *ad lib.* 11. *c.* 16. §. 13.

## Caput XIII.

## *De Officiis, quæ ex Dominio rerum per ſe reſultant.*

SUMMARIA.

I. *Officium hypotheticum III. ex dominio* 1. *Quisque re ſua frui permittatur.*
II. 2. *Res aliena domino reſtituatur,*
III. 3. *ſi vero conſumta ſit, emolumenta.*
IV. *Concluſiones de bonæ fidei poſſeſſore. Nihil reddit re peremta,*
V. *niſi fructus exſtantes,*
VI. *& conſumtos, quoad reddiderunt locupletiorem:*
VII. *non neglectos,*
VIII. *nec rem alii donatam,*
IX. *aut alienatam:*
X. *nec pretium repoſcit.*
XI. *Rei alienæ inventor ad quid obligetur.*

Grot d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 10.

I. Officium hypotheticum III. ex dominio: 1. Quisque re ſua frui permittatur.

Ex introducto rerum domino iſta officia inter homines provenerunt. Primo: Ut quilibet teneatur alterum (non hoſtem) pati rebus suis quiete frui, neque vi aut per fraudem illas corrumpere, intervertere, aut ad se trahe-

RE

§. I. Officia tria generalia, & octo concluſiones ſpeciales, quæ hic proponuntur, a Grotio ſunt petita *lib.* II. *c.* 10. fluunt autem ex principio juſti, de non lædendis aliis, & ſuum cuique tribuendo; tum quoque ex regula honeſti, quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Primi officii obligatio eſt indefinita, ne rem, quæ apud dominum adhuc extat, vi aut dolo ei auferamus: nam ideo res ſunt occupatæ, ut homines eſſent feli-

ces,

RE SUSTINEAT. Quo ipſo Furta, Rapinæ, & ſimilia crimina, in res alienas tendentia, vetantur.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 13. *§.* 1.

II. 2. Res aliena noſtræ poteſtatis reddenda domino.

Secundo: QUANDO RES ALIENA AD NOS PERVENIT SINE NOSTRO CRIMINE, ET BONA NOSTRA FIDE, EAMQUE ADHUC IN NOSTRA POTESTATE HABEMUS, TENEMUR EFFICERE, QUANTUM IN NOBIS EST, UT ILLA IN PO-



ces uſu rerum ſecuro. Qui igitur furto craſſiore, rapina, ſacrilegio & plagio, vel ſubtiliore, ut dolo, fraudibus & impoſtura, uſum illum imminuit, turbat pacem atque felicitatem ſociorum. Hinc terminos, finium cauſa poſitos, propellere vel exarare, apud Hebræos, Græcos & Romanos piaculum fuit, Deut. XXVII. *vſ.* 19. Plato *lib.* VIII. *de LL.* Dionyſ. *l.* II. *c.* 74. Simplex quoque furtum non modo in ſeptimo præcepto Decalogi eſt vetitum, ſed etiam recte dicitur *lege naturali* prohiberi, in *l.* 1. §. 3. *D. de furt.* & *l.* 42. *de V. S.* Plane qui privato aliquid eripit, is lædit ſimul rempublicam, ejusque vinculum diſſolvit, mox omnia omnium & ipſam remp. invaſurus, ut ait Grot. ad *Exodi* XX. *vſ.* 14. Dubia, quæ Salmaſius movit *c.* 9. *de uſur.* non ſunt digna, quæ refutentur; & ſufficit dixiſſe, furtum non eſſe contra jus naturæ abſolutum, ſed hypotheticum, quod introducta dominia ſequitur: neque novum eſt, ut Jurisconſulti, quando de jure proprie ſic dicto, quod ſolas hominum actiones regit, iis ſermo eſt, promiscue vocibus juris naturæ & gentium utantur §. 11. *Inſt. l.* 2. *&* 4. *D. de rer. div. l.* 84. §. 1. *d. R. J.* *Cic. l.* III. *de offic. c.* 5. *Neque vero hoc ſolum natura, id eſt jure gentium, ſed etiam legibus populorum conſtitutum eſt.*

§. II. Si res ad tertium bona vel mala fide pervenit, is non quidem ob quaſi ſocietatem, inter dominos contractam, ut ait Grot. *lib.* II. *c.* 10. §. 1. *n.* 2. nec ob conventionem hominum univerſalem, ut Auctor putat Op Maj. *lib.* IV. *c.* 13. §. 5. ſed ex ipſa natura dominii, quod alios excludit, efficere debet, ut ea domino reſtituatur, etiamſi is non repetat: idque legibus divinis ſancitum eſt *Exod.* XXIII.

TESTATEM LEGITIMI SUI DOMINI REDEAT. Non tamen tenemur illam rem reſtituere noſtris impenſis, &, ſi quas in eam ſervandam fecimus, recte poſſumus repetere, aut rem tantiſper, quoad illæ ſolvantur, retinere. Et ad reſtituendum tunc demum actu tenemur, quando innotuit nobis, illam rem eſſe alterius. Tunc enim debemus ſignificare, rem eam penes nos eſſe, nec per nos ſtare, quo minus dominus ſuum poſſit recipere. Quod tamen juſto titulo adquiſivimus, non tenemur ipſi in dubium revocare, & velut publice denunciare, an quis eam rem ſibi velit vindicare. Atque iſthoc officium præponderat contractibus particularibus, iiſque exceptionem dat. v. g. Si fur apud me inſcium furti rem furtivam depoſuerit, & poſt verus ejuſdem dominus adparuerit, huic, non furi, eadem erit reſtituenda.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 13. §. 2-5.

III. 3. Ex re conſumta reſtituen- Tertio: QUOD SI AUTEM RES ALIENA, BONA FIDE PARTA, SIT CONSUMTA, OFFICII EST

XXIII. *vſ.* 4. *Deut.* XXII. *vſ.* 1. *& ſeqq.* Neque intereſt an dominus jure naturæ, vel civili ſit talis, Grot. *d. c.* x. §. 1. *n.* 5. Neque an rem ex cauſa commodati vel depoſiti detentor acceperit: nam ſine dubio obligatio iſthæc antiquior eſt, & æquior, & potentior contractu. Disputat de ea tamen Tryphoninus, forte plus quam neceſſe erat, in *l.* 31. *pr. D. depoſ.* ſed in §. 1. recte finit: *Probo hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione.* Secus eſt ſi creditor depoſuit pignus, & debitor repetat, iſte enim jus in re habet.

§. III. Si res tertii, cui damnum aliunde penſatum non eſt, haud amplius apud nos ſalva exiſtit, naturalis ratio jubet, ut in tantum quisque obligetur, in quantum plus ſuo habet, & locupletior eſt

fa-

est tantum restituere domino, quantum facti sumus locupletiores: ne ex immerito alterius damno lucrum capiamus. da emolumenta.

*dict. c.* 13 §. 6.

Ex hiſce porro ſequentes concluſiones deducuntur: I. Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad ullam reſtitutionem, si res periit; quia nec res ipſa penes eum eſt, nec lucrum ex ea re. IV. Concluſiones de poſſeſſore b. f. re peremta.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 13. §. 7.

II. Bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtituendum non ſolum rem, ſed & fructus adhuc ex- 5. Reſtituendi fructus exſtantes,



factus: nam Cicero *l.* III. *de Offic. c.* 5. recte *contra naturam* eſſe dicit, hominem hominis incommodo ſuum augere. Sed quia raro ad liquidum poteſt perduci, quantum ſimus ex conſumtis locupletiores facti, nonnulli hic diſſentiunt, quos inter eſt Cl. Barbeyracc. ad *lib.* IV. *c.* 13. §. 3. ſed Grotius Auctori noſtro prævivit, quem etiam ſequimur, quia dominia ad ſervandam æqualitatem introducta ſunt.

§. IV. Non intereſt an res caſu perierit, an voluntate *bonæ fidei* poſſeſſoris; hic enim, quia ſine dolo aut culpa, rem affectu domini tenebat, illa tanquam ſua, ſe potuiſſe abuti credebat; & ſufficit, quod ejus voluntas in domini læſionem non fuit directa v. *l.* 25. §. 11. & *ſeqq. D. de petit. her.* Aliud vero erit in *malæ fidei* poſſeſſore, qui ob perpetuam moram, caſum fert, ſicut is, qui equum dolo occiderit, ne is domino reſtitueretur, pretium ſolvit *l.* 23. *D. de V. O.*

§. V. In hac quæſtione plerique jus civile cum jure naturali confuderunt, quorum princeps eſt Huberus *diſp. fund.* 38. Alii, ut Cl. Barbeyracus ad *l.* IV. *c.* 13. §. 3. & ad Grot. *l.* II. *c.* 10. §. 4. eumque ſecutus Cl. Treuerus ad *h.* §. nimium tribuunt bonæ fidei poſſeſſori. Alii rurſus, cum Placæo, *de reſtitutione*, plus æquo favent domino. Igitur tentemus, an hac via res ad liquidum poſſit redigi. (1) Bonæ fidei poſſeſſor, tanquam dominus rem tenens, ejusque custo- dia

EXSTANTES. Naturaliter enim ad quem pertinet res, ad eundem quoque fructus pertinent. Licebit tamen poſſeſſori detrahere omnes impen-

dia affectionem & voluntatem ſibi habendi declarans, *interim*, donec verus dominus appareat, reſpectu aliorum, *pæne* domini loco habetur, rem dat pignori, vindicat Publiciana, & fructus, non tantum induſtriales percipiendo ſuos facit, pro cultura & cura, ſed etiam naturales, ut poma & gramina, quæ *injuſſa vireſcunt*, ut Virgilius cecinit, *l.* 48. *pr. D. de acq. rer. dom. l.* 4. §. 2. *D. fin. reg. l.* 136. *de R. J.* (2) Si vero dominus, intra tempora uſucapionis, interpellat, ſuumque dominium probat, ſtatim poſſeſſione cedere debet bonæ fidei poſſeſſor; nam licet jus ejus *vetuſtiſſimum* ſit *l.* 11. §. 8. *de captiv.* & ad inſtar *proprietatis l.* 7. §. 6. *D. de Public.* tamen bona illa fides domino rem auferre nequit; nam eſt falſa perſuaſio, ex ignoratione facti deſcendens, quæ liberat quidem a delicto, & pœna doli, ſed non majus jus confert, quam auctor habuerat. *l.* 17. *D. de his quæ ut ind.* (3) Cum re reſtituendi ſunt fructus pendentes, non modo naturales, uti Grotius putat *lib.* 11. *c.* 8. §. 23. & *c.* 10. §. 4. ſed etiam induſtriales, deductis impenſis ſeminis & culturæ *l.* 48. *l.* 65. *D. de R. V.* nam utrique ſunt pars fundi, & pertinent ad dominum, tanquam acceſſio, neque ſeminis aut culturæ, ſed corporis & ſoli jure percipiuntur *l.* 25. *pr. D. de uſur.* qui & eos vindicare poteſt, *l.* 44. *D. de R. V.* (4) Reſtituendi ſunt fructus a fundo ſeparati, vel in horreo extantes; quia quicquid ex re domini proficiſcitur ejus eſt, nec quicquam ei poteſt imputari, cur utilitate dominii ſui privari debeat *l.* 22. *C. de rei vind.* (5) De conſumtis magis obſcura eſt quæſtio: illud autem patet, quod conſumtio tollat quidem dominium prius, ſed non pariat novum; neque enim eo tempore, quo res incipit non eſſe, poteſt incipere eſſe in alicujus dominio. Præterea dominus fundi idem jus habet, quod ante conſumtionem habebat. Ideoque bonæ fidei poſſeſſor, ſi rem titulo *lucrativo* nactus eſt, reſtituto pretio conſumtorum, nullo in damno hæret. ſin titulo *oneroſo*, pretium cum uſuris ab auctore ſuo repetat: ſi vero is forte evaſit, pretium emtionis cum fructibus conſumtis com-

penſas in rem ejuſque culturam, quo fructus provenirent, factas.

*dict. c.* 13. §. 8.

III. Bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem rei & fructuum CONSUMTORUM; ſi modo alias tantundem conſumturus fuerat, & poſſit rei evictæ pretium ab auctore ſuo recuperare. Nam in hoc factus eſt locupletior, dum rem alienam conſumendo ſuæ pepercit. 6. Et conſumti, quo uſque reddiderunt locupletiorem.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 13. §. 9.

IV. Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur penſare fructus, quos NEGLEXIT. Quia nec rem habet, nec quidquam rei ſucceſſit. 7. non neglecti.

*dict. c.* 13. §. 10.

V. Si bonæ fidei poſſeſſor rem alienam ſibi donatam alii DONAVERIT, non tenetur; niſi om- 8. nec res alii donata.



compenſare poterit. (6) Hoc Romanis probare lubuit, in judicio univerſali, ubi fructus augent hereditatem, *l.* 20. §. 3. *l.* 40. §. 1. *D. l.* 1. *C. de hered. petit.* ſed aliud placuit in judiciis ſingularibus, partim ob calculi a multis retro annis ineundi, partim ob pretii cum uſuris recuperandi difficultatem, partim etiam, quia jura vigilantibus proſpiciunt, & dominus ſuæ negligentiæ imputare debet, quod non maturius inquiſivit, aut ſi & illa abſit, tanquam caſum fortuitum ferat, §. 35. *Inſt. de rer. div.* (7) In malæ fidei poſſeſſore, ſeu prædone, & bonæ fidei poſſeſſore poſt litem conteſtatam, non diſtinguuntur extantes a conſumtis, quia tantum abeſt hos ut ſuos faciant, ut etiam de inhoneſte perceptis, & honeſte percipiendis teneantur *l.* 33. *l.* 62. §. *ult. de R. V.* Sibi enim prior imputet, quod ſciens alienum ſolum coluerit *l.* 4. §. 2. *D. fin. reg.* alter vero, quod poſtquam reſcivit rem eſſe alienam, eam non reſtituit *d. l.* 48. §. 1. *D. de A. R. D.* Adde Freher. *lib.* 11. *Veriſ. c.* 24.

§. VIII. Recte Auctor diſtinguit inter donationem ſim-

omnino ex officio aliquo tantundem donaturus fuerat. Tunc enim lucrum erit rei ſuæ peperciſſe.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 10. §. 11.

9 aut aliena-ta. VI. Si bonæ fidei poſſeſſor rem alienam oneroſo titulo partam quocunque modo ALIENAVERIT, non tenetur, niſi quatenus ex ea lucrum fecit.

*dict. c.* 13. §. 12.

10. Dominus pretium non reſtituit. VII. Bonæ fidei poſſeſſor etiam ONEROSO PARTAM TITULO rem alienam tenetur reſtituere,

ſimplicem & remuneratoriam: qui illam fecit, domino ſupervenienti nihil reſtituit, quia nec rem poſſidet, nec factus eſt locupletior. Si vero v. gr. arrham ſponſalitiam ex annulo alieno ſibi donato dediſſet, tunc ſecundum *l.* 54. §. 1. D. *de furt.* ſpecies lucri quam maxime erit, ex alieno largiri, quia præter beneficii debitorem ſibi acquiſitum, ſuis pepercit. Idem erit ſi *ἀντίδωρα*, id eſt remunerationes acceperit, *l.* 25. §. 11. *D. de petit. hered.* Videndum autem prius, an dominus rem ſuam ab ultimo donatario poſſit recuperare; tunc enim donans intermedius ad nihil tenetur.

§. IX. Proba eſt diſtinctio, an rem eodem, an majore pretio diſtraxerit bonæ fidei emptor: hoc enim caſu quicquid deducto pretio, quod pro re dederat, ſupereſt, pro lucro habetur, & vero domino eſt reſtituendum, modo is ab ultimo poſſeſſore rem repetere non poſſit, arg *l.* 22. *D. de petit. her. l.* 23. *D. de reb. cred.* Paulus in *l.* 17. §. 4. *D. de Inſt. act.* ait: *videri me dolum malum facere, qui ex aliena jactura lucrum quæram.* Aliquando autem alienans erit abſolvendus, ſi lucrum non tam ex re, quam ex arte & prudentia negotiatoria eſt perceptum, *arg. l.* 21. *D. de hered. vel act. vend.* ubi Paulus; *ſi moram in tradendo non feci, pretium hominis venditi non ex re, ſed propter negotiationem percipitur.*

§. X. Æquitas regulæ hujus patet: nam ſi dominus

Digitized by Google

re, neque dominum id, quod erogavit, repoſcere poteſt, ſed illum duntaxat, abs quo eam rem accepit. Niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine aliquo impendio probabiliter non potuit, aut *μήνυτρον* (*indicii præmium*) ultro pollicitus fuerit.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 13. §. 13.

Qui rem alienam INVENIT, quam domino invito excidiſſe probabile ſit, non poteſt eam colligere hoc animo, ut eandem domino re- II.*

Res inventas qnando retinere liceat?

P 4 qui-

nus emtori pretium reddere deberet, inutilis ipſi foret rei vindicatio, & rem propriam emere deberet. *l.* 23. *C. de rei vind.* & *l.* 16. *C. de evict.* Limita (1) ſi quis rem ab hoſte vel pirata certo corrumpendam, eo animo redemit, ut domino eam reſtituat; tunc enim is impenſas has reſarcit, ne cum alterius detrimento locupletetur. *l. 6. D. de capt.* Exemplum habet Strada *l.* VII. *dec.* I. *de bell. Belg. ad A.* 1572. (2) Si dominus ultro *σῶστρα*, id eſt conſervatoria, vel *μήνυτρα*, id eſt indicii mercedem propoſuit, tenetur ex promiſſo *l.* 4. §. 4. *D. de condict. ob turp. cauſ. l.* 15. *D. præſcr. verb.* Adde (3) ſi emptor teſtatus fuerit, ſe ideo emere, ut domino reſtituat, exceptione doli mali dominum vindicantem repellere, aut contraria actione negotiorum geſtorum pretium repetere poteſt. (4) Si dominus imprudentia ſua cauſam dedit rei ab alio ſubducendæ, & bona fide emendæ, damnum ſuæ culpæ imputabit, *l.* 203. *de R. J.* Saltem deterioris erit conditionis, quam qui barbarica incurſione ac vaſtatione res amiſerit. Atque ita Balſamo circa mercedulas inventionis diſtinxit *ad can.* 10. Epiſt canonicæ Gregorii Thaumaturgi. v. Cl. Carmichaël *h.* §.

§. XI. Huc pertinet dictum antiquum, *Quod non poſuiſti, non tollas*: id quod Judæis Joſephus, Ægyptiis Ælianus, Soloni Diogenes Laërtius, alii aliis tribuerunt. Omnes vero ex limpido hoc fonte id derivarunt, quod inventio non eſt modus acquirendi res alterius, qui eas pro derelicto non habuit. Idem quoque repetitum in *l.* 43. §. 4. *D. de furt.* ubi Ulpian. *Qui a-*

*lie-*

Digitized by Google

quirenti ſubtrahat. Ubi autem dominus non adparet, recte eandem ſibi retinere poteſt.

*dict. c. 13. §. 15.*

*lienum quid jacens, lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit.* Auguſtinus ſerm. XIX. de verbis Apoſt. *Si quid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti.* Quod ſi dominus nullus apparet, in ſtatu naturali inventor rem retinet; in civitate vero res indicanda eſt Magiſtratui, qui rem inventam vel in ærarium ſuum referre, vel in pauperes diſtribuere, vel inventori totam aut pro parte relinquere poteſt. V. Grot. *l.* II. *c.* 10. §. 11. Præmia inventionis, Græcis εὕρετρα, niſi ſtipulatione vel pacto promiſſa, peti non poſſunt *d. l.* 43. §. 9. *D. de furt.* Maxime vero ejusmodi mercedulas exigi vetuit S. Gregorius, ſi res clade barbarica amiſſa eſſet, at ſi caſu aut negligentia domini, locum fecit regulæ: quædam honeſte accipiuntur, quæ inhoneſte petuntur *l.* 1. *D. de extr. cogn.* v. Cont. *lib.* 1. *disp. c.* 15.

---

# Caput XIV.

## *De Pretio.*

### Summaria.

I. *Pretium neceſſario introductum*
II. *eſt vulgare vel eminens.*
III. *Vulgaris fundamentum,*
IV. *intenſio vel remiſſio, ejusque cauſæ,*
V. *definitio ex conventione, lege & uſu,*
VI. *qui latitudinem admittit.*
VII. *Pretium eminens in nummo neceſſarium.*
VIII. *Ejus materia metallum nobilius.*
IX. *Valor quomodo definiatur.*

Grot.

Digitized by Google

GROT. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 12. §. 14. & 17.

I. Pretii in transferendis rebus & operis neceſſitas & uſus.

POST introducta rerum dominia, cum nec omnes res ejuſdem eſſent naturæ, nec eundem uſum humanis neceſſitatibus præberent, nec cuivis iſta rerum copia adeſſet, quam ad uſus ſuos deſideraret, mature inter homines receptum res invicem PERMUTARE. Sed quia ſæpiſſime contingeret, ut res diſparis naturæ aut uſus eſſent transferendæ, ne alteruter ejuſmodi permutatione læderetur, neceſſum erat conventione hominum rebus aſſignari aliquam quantitatem, juxta quam res invicem comparari, exæquarique poſſent. Quod itidem contingit circa ACTIONES, quas in aliorum uſum non gratis adplicare placuit. Ea quantitas nomine PRETII venire ſolet.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 1, 2.



§. I. Pretium, quaſi peritium, eſt quantitas moralis, qua res & actiones, in commercio exiſtentes, inter ſe comparantur. Originem ejus ab introductis dominiis repetit Ariſtoteles *lib.* 1. *Polit. c.* 6. & Paulus in *l.* 1. *D. de contr. empt.* neuter vero illius conventionis, ſicut Auctor noſter, & rectius quidem meminit: nam ſocietates amplificatæ, cum omnia ad naturam neceſſaria in fundis ſuis non reperirent, ſimplici conſenſu commercia inſtituerunt, ſuasque res plures, cum rebus, quas pauciores habebant, comparando, vinum pro frumento permutarunt, ut mutuis neceſſitatibus ſubvenirent. Sed cum omnium incerta, vaga & variabilis eſſet æſtimatio; quique longius diſſiti, non ſine magna difficultate ea, quibus alii egebant, & ipſi abundabant, importare aut exportare poſſent, hinc nummi inventus eſt uſus, quo res omnis æſtimatur *l. pen. C. de conſt. pec.* Utrumque commutandi modum quin jus naturæ regat, non eſt dubium; quia vita hominum ſocialis & felix eſſe nequit

II. Pretium vulgare in rebus, eminens in nummo.

Dividitur pretium in VULGARE & EMINENS. Illud ſpectatur in REBUS, & actionibus, ſeu OPERIS in commercium venientibus, quatenus uſum aliquem & delectationem hominibus afferunt. Hoc autem cernitur in NUMMO, quatenus is omnium rerum & operarum pretium virtualiter continere, & communem iiſdem menſuram præbere intelligitur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 3.

III. Pretium vulgare quod fundamentum habeat, & quæ ab eo excepta?

Vulgaris pretii FUNDAMENTUM in ſe eſt aptitudo illa rei vel operæ, qua aliquid mediate aut immediate conferre poteſt ad vitæ humanæ neceſſitates, & ad eandem commodiorem aut jucundiorem reddendam. Unde & res nullum plane uſum præbentes nullius pretii ſolemus vocare. Dantur tamen res quædam, vitæ humanæ uti-

quit, ſi in pretio rerum fraus probetur aut inæqualitas toleretur. Recte non minus Remmius Palæmon *in carm. de pond. & mens.* ſcribit, nummum non natura, ſed lege valere--- *non fœdere certo Naturæ, ſed lege valent hominumque repertis.*

§. II. Pretium vulgare differt ab eminente (1) quod illud ex comparatione rerum vel operarum quarumcunque conſtituitur, & v. gr. equus viginti ovibus par habetur: hoc vero ex comparatione rerum vel actionum cum nummo, tanquam communi rerum omnium menſura, interprete & mediatore hominum exſurgit. (2) Vulgare jam olim in permutatione obtinuit: eminens vero propter frequentiam commerciorum, quæ luxum ſequebantur, ſerius fuit inventum. (3) Illud rebus ineſt, ſi non ex ſuo habitu, ſaltem ex relatione rei ad rem, & a venditore vel locatore imponitur: hoc vero ineſt nummo, veluti normæ ita a ſuperiore definitæ, ut ſupra omnia pretia vulgaria emineat, & univerſa dimetiatur. Aliter Hertius *ad Op. Mai. l.* v. *c.* 1. §. 3. pretium dividit.

§. III. Quatuor in pretio vulgari debent ſpectari, ejus *objectum*, *fundamentum*, *intenſio* & *impoſitio*. Auctor duo priora in hoc §. conjungit. quæ rectius ſeparantur: nam

(1)

Digitized by Google

utiliſſimæ, quibus nullum certum pretium impoſitum intelligitur; vel quia dominio ſunt & debent eſſe vacuæ, vel quia ad permutationem ſunt ineptæ, & inde à commerciis ſepoſitæ, vel quia in commerciis nunquam aliter quam appendix alterius rei conſiderantur. Sed & dum lex divina aut humana quaſdam actiones extra commercium removit, ſeu pro mercede obire vetuit, pretium quoque iiſdem detraxiſſe intelligitur. Sic quia ſuperiores partes aëris, æther, ac cœleſtia corpora, vaſtusque Oceanus, à dominio humano ſunt exemta, nullum quoque pretium iiſdem tribui poteſt. Sic liberi capitis nullum eſt pretium, quia liberi homines in commercium non veniunt. Sic apricum ſolis lumen, liquidus & purus aër, amœna facies terræ, quatenus oculos duntaxat paſcit, ventus, umbra, &

(1) *Objectum* pretii ſunt res vel actiones, quas homines aptas eſſe putant, ad uſum vel delectationem, quæque non ubivis proſtant, neque natura vel lege commercio ſunt exemptæ. Hinc facile patet, cur quatuor claſſes rerum, ab Auctore hic relatæ, & exemplis illuſtratæ pretium non habeant. At poſterioris claſſis actiones, quæ nobiliores ſunt, quam ut æſtimari queant, laboris ſtipendium non excludunt. *dignus enim mercede eſt operarius*, Luc. x. *vſ.* 7. late Ulpian. in *l.* 1. *D. de extr. cogn.* & Senec. *l.* VI. *de ben. c.* 14. (2) *Fundamentum* Auctoris non quidem eſt ſpernendum, ſi de ſola aptitudine recipiendi pretium quæras, de qua ipſum hic loqui Dn. Buddeus *Inſt. Theol. mor. p.* 2. *c.* 3. *S.* 5, §. 24. adverſus Cenſores monuit: ut vero pretium actu imponatur unice illud non ſufficit; ſed aptitudo ad uſum eſt cauſa pretii generalis, raritas vero ſpecialis. Utraque rurſus eſt vel *vera*, quam ſapientes intuentur; vel *imaginaria*, quæ apud vulgus hominum primas tenet. Recte itaque Ariſtoteles *lib.* V. *ad Nicom. c.* 8. unicam χρείαν, ſive indigentiam, pro fundamento pretii habuit, quæ ex duabus illis cauſis, aptitudine ſcilicet & compa-

ran-

& ſimilia in ſe & ſeorſim conſiderata, pretium non habent; cum homines talibus ſine uſu terræ frui nequeant. Quibus ipſis tamen magnum momentum ineſt circa augendum aut minuendum pretium regionum, fundorum, atque prædiorum. Sic illicitum eſt pretio addicere actiones ſacras, quibus effectus aliquis moralis ex inſtituto divino eſt aſſignatus, quod crimen Simoniam vocant. Et improbe juſtitiam venalem habet judex.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 4, 5.

IV. Cauſæ variæ intenſi vel remiſſi pretii.

Cauſæ autem, cur unius & ejuſdem rei pretium INTENDATUR vel REMITTATUR, quodque adeo una res alteri præferatur, licet hæc æqualem

randi difficultate naſcitur, & perperam a Grotio *l.* II. *c.* 12. §. 14. at & ab Auctore in Op. Maj. *l.* V. *c.* 1. §. 4. eſt rejecta. Neque enim quæritur, an homines rebus, quibus pretium ſtatuunt, carere poſſint, ſed an numerus ambientium, earum copia vel inopia, ſuam aliorumve felicitatem metiatur. Illuſtrabit hoc tum Midæ exemplum, apud Ovid. *lib.* XI. *Met. vſ.* 100. cui Deus *optandi gratum, ſed inutile, fecit muneris arbitrium*, tum aquæ, quam Plato rem optimam, ſed minimi pretii dixit. Plautus etiam in *Aſin. act.* 1. *ſc.* 3. *vſ.* 46. ait: *diem, aquam, ſolem, lunam & noctem. Hæc argento non emo.* Sed ubi ejus eſt penuria, ibi venalis eſt, ut de Africa & Ægypto Ulpian. in *l.* 14. §. 3. *D. de alim. vel cib. leg.* de Lycaonia Strabo *lib.* XII. *profundiſſimi*, ait, *omnium ſunt putei, ut Soatris, ubi etiam venditur aqua.*

§. IV. *Intenditur* (3) vel *remittitur* pretium, quo major vel minor eſt rerum raritas. Sic (1) in urbe obſeſſa panis majoris eſt pretii, & murem veniſſe ducentis nummis, Annibale Caſilinum obſidente, memorat Plin. *l.* VIII. *c.* 57. (2) Si res ſimilis vix reperitur; ut Othones ærei, quorum unus adulterinus aliquando, a Buckingamio duce, quinquies millenis florenis veris emtus, auctore Henr. Thoma Chifletio diſſert. *de Othon. æreis c.* 4. Adde Pandectas Florentinas, Officia Ciceronis,

ex

lem aut majorem uſum in vita humana videatur obtinere, ſunt variæ. Heic enim uſque adeo neceſſitas rei aut nobilitas uſus primas ſemper non tenent; ut potius viliſſima eſſe cernamus, quibus vita humana minime carere poteſt: ideo quod non ſine ſingulari Dei providentia uberem eorum proventum natura profundat. Ad INTENSIONEM igitur pretii inprimis facit raritas; quæ non parum commendatur, ubi ex locis remotis res afferuntur. Inde ambitioſa hominum luxuria multis rebus, queis vita humana commodiſſime carere poterat, enormia pretia poſuit; puta, unionibus, & gemmis. Rerum vero quotidiani uſus pretia potiſſimum intenduntur, quando raritas earundem conjungitur cum neceſsitate, ſeu indigentia. Pretia rerum artificialium, præter raritatem, maxime ſolent intendere ſubtilitas & elegantia artis, quam præ ſe ferunt, quandoque & fama artificis, nec non operis difficultas, artificum & operariorum raritas, & ſimilia operarum & actionum pretia intendit earundem difficultas, dexteritas, utilitas, neceſsitas; agentium raritas, dignitas, libertas; & denique ipſa artis opinio, nobilis an ignobilis illa habeatur. Contraria horum pretium MINUERE ſolent. Aliquando denique certa aliqua res non in univerſum, ſed à ſingulis

ex officina Johannis Fauſti A. 1465. & de tulipomania Montingium de plantis. (3) propter periculum, cui opera vel res eſt obnoxia; uti in ſubtilibus machinis, præparatis, horologiis & vaſis cryſtallinis, quorum pretia fragilitas accendit, Seneca *lib.* III. *de benef. c.* 3. (4) Ob famam artificis; uti picturæ Apellis, Parrhaſii aliorumque primæ notæ, de quibus §. 34. *Inſt. de rer. div.* Plin. *l.* XXXV. *c.* 9. vel recentiorum Michaelis Angeli, Rubenii, Cranachii. (5) propter affectionem imaginariam, ſive

lis magni æſtimatur ex peculiari affectu; puta, quod ille, à quo iſta in nos profecta eſt, maximi à nobis fiat, exprimendoque ipſius affectui data ſit: aut quod eidem adſueverimus, aut quia inſignis caſus ſit monumentum, aut ejusdem ope magnum malum declinaverimus, aut quia à nobismetipſis confecta ſit. Quod ſolet vocari PRETIUM AFFECTIONIS.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 6, 7.

V. Rerum pretia definiuntur conventione, lege uſu.

Aſt circa DEFINIENDA SINGULARUM RERUM PRETIA alia quoque conſiderari ſueverunt. Et inter eos quidem, qui in naturali libertate invicem vivunt, rerum ſingularium pretia non aliter, quam contrahentium conventione definiuntur. Quippe cum illis liberum ſit alienare aut adquirere, quæ velint; nec communem habeant

ve omnium communem, ut purpuræ, cinnamomo, mullis, porcellanis & margaritis luxuria pretium fecit, teſte Plinio *l.* IX, *c.* 35. ſive (6) quorundam tantum, quæ contra naturam ſunt amantium: quo pertinent eunuchi, moriones, nani, fructus peregrini, immaturi, aut alienis menſibus nati *l.* 27. §. 28. *D. ad l. aquil. l. pen. D. de uſu. & uſufr.* Martial. *l.* VIII. *ep.* 13. Forner. *lib.* II. *Select. c.* 8. Denique (7) ob animi propenſionem ſingularem, qui ex memoria rei jucundæ oritur, ut in linteis amoris & angulo, qui noſtrum denormat agellum Horat. *l.* II. *ſat.* 6. Prudenter vero Romani pretium affectionis in rerum æſtimationibus non attenderunt, *l.* 33. *D. ad. L. aquil. l.* 63. *D. ad leg. Falcid.* quia affectio plerumque eſt vaga, aliquando ſtulta, & unius nititur opinione, ad quam alii cives non obligantur. Si quis vero dolo malo rem caram nobis non reddat, vel corrumpat judex illam attendet, præſtito jurejurando in litem, v. *tit. D. de in lit. jur.*

§. V. Ultimo & (4) pretii vulgaris ſpectanda eſt *impoſitio*, quæ in ſtatu naturali eſt in arbitrio contrahentium, & maxime venditoris, uti regis Ægypti, Geneſ. XLVII. *vſ.* 14. Verum in

Digitized by Google

beant dominum, qui eorum commercia moderetur. Aſt in civitatibus duplici modo pretia rerum definiuntur; uno per decretum ſuperioris aut per legem: altero per communem hominum æſtimationem atque judicium, ſeu uſum fori, accedente conſenſu eorum, qui inter ſe contrahunt. Illud pretium aliqui ſolent vocare LEGITIMUM, hoc VULGARE. Ubi pretium legitimum in gratiam emtorum fuit conſtitutum, quod frequentius fit, non licebit venditoribus plus exigere; etſi minus accipere, ſi velint, non prohibeantur. Sic ubi merces operarum publice ſit taxata in gratiam eorum, qui conducunt, operario non licet plus exigere, etſi idem non prohibeatur minus accipere.

I. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 8, 9.

VI. Pretium ex uſu fori ſuam habet latitudinem.

Enimvero vulgare pretium, quod per leges non eſt taxatum, habet aliquam latitudinem, intra quam plus minuſve dari & accipi poteſt ac

in civitatibus, res pendet ab imperio civili, quod in gratiam emtorum, rebus maxime neceſſariis, ut carni, frumento, vel in gratiam debitorum uſuris modum & taxationem imponit: ceterarum vero pretium arbitrio contrahentium relinquit: illud *legitimum*, hoc *conventionale*, vel pactitium rectius, quam vulgare vocatur. Illud conſiſtit in puncto, ἐν στιγμῇ, nec facile mutatur, hoc vero recipit latitudinem, & varie intenditur vel remittitur. Seneca *lib.* VI. *de benef. c.* 15. *Quid intereſt quanti ſit, cum de pretio inter ementem & vendentem convenerit? Pretium cujusque rei pro tempore eſt; cum bene iſta laudaveris, tanti ſunt, quanto pluris venire non poſſunt.*

§. VI. Variat pretium pro vario affectu, indigentia & copia; item ratione loci, proventus & vicini *l.* 35. §. 8. *D. de contr. emt.* aut amœnitatis & voluptatis *l.* 28. *D. l.* 41. *pr.* & §. 1. *D. de uſufr.* Neque vinum, oleum & frumentum, ubi in magna copia naſcitur, tantidem eſt, quam in locis, quorſum transfertur *l.* 63. §. 2. *D. ad Leg. Falc.*

ac ſolet, prout inter contrahentes fuit conventum. Quod tamen fere ſequitur uſum fori. Ubi ſolet haberi ratio laborum & expenſarum, quas mercatores communiter faciunt in mercibus adportandis & tractandis; nec non quo modo ematur aut vendatur, in magna quantitate, an minutatim. Subito quoque interdum mutatur commune pretium ex copia aut paucitate ementium, pecuniæ, aut mercium. Nam paucitas ementium & pecuniæ, (ex peculiari cauſa emergens) & mercium abundantia pretium minuit. Contra emturientium & pecuniæ copia, & mercium raritas pretium intendit. Sic & ad minuendum pretium facit, ſi merx quærat emtorem. Contra intenditur pretium, ubi venditor ultro rogatur, alias non venditurus. Denique & illud ſolet attendi, paratam quis pecuniam offerat, an in diem ſolutionem differat; cum etiam dies ſit pars pretii.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 10.

**VII. Expediendis negotiis neceſſarius eſt nummus.**

Cæterum poſtquam à primæva ſimplicitate mortales deſciverunt, & varia quæſtus genera introduxerunt; facile fuit deprehenſum, ſolum illud vulgare pretium non ſufficere expediendis ho-

*Falc.* neque in omnibus regionibus, ſub iisdem uſuris pecunias fœneramur §. 33. *Inſt. de action.* Imputatur etiam lucrum creſcens ex repræſentatione, ſive anticipata vel præſente ſolutione, non in annuam, bimam, trimam diem dilata §. 14. *I. de legat. l.* 1. §. 2. *D. de dot. prel. l.* 4. §. 6. *D. de add. in diem.*

§. VII. Circa pretium eminens, ſeu nummum, Auctor tria expendit (1) ejus originem (2) requiſita, & (3) impoſitionem. Tempore Patriarcharum, ut & Homeri atque Heſiodi, cum nummus nondum eſſet, homines *ſimplicius & antiquius*, merces pro mercibus permutabant, uti Tacitus de Germanis ſcribit, quia luxuria

Digitized by Google

hominum negotiis, & gliſcentibus commerciis. Nam tunc ſola permutatione commercia conſtabant, & operæ aliorum locari aliter, quam mutua opera, aut re tradita non poterant. Atqui poſtquam tam varia deſiderare ad commoditatem aut voluptatem cœpimus, non ſane in proclivi fuerat cuivis ejusmodi res poſſidere, quas alter ſuis mutare vellet, aut quæ alterius rebus æquivalerent. Et in civitatibus cultis, ubi cives variis ſtatibus diſtinguuntur, complura hominum genera dari neceſſum eſt, quæ, ſi ſimplex illa rerum & operarum permutatio vigeat, vitam plane non tueri, aut ægre queant.

Q Hinc

xuria & avaritia remoti, pecorum numero gaudebant, easque ſolas ſibi opes gratisſimus habebant, *de M. G. c.* 5. Romæ quoque in mulctis, præmiis & omne genus collationibus, oves & boves diu obtinuerunt, Plin. *l.* XVIII. *c.* 3. & æris non ſignati memoria in libripende, & emtionibus rerum, quæ mancipi ſunt, diu viguit, idem *l.* XXXIII. *c.* 3. Sed quia permutatio plerumque difficilis & inexplicabilis erat, luxus etiam & cupiditates, pro vario hominum ſtatu, majorem mercium indigentiam pariebant, hinc non quidem generali hominum pacto, ut putat Auctor, ſed ſimplici conſenſu & imitatione, pecunia eſt approbata, id eſt talis materia, quæ menſuræ & pretii vice interveniret, & par eſſet æſtimationi ceterarum rerum, quæ traduntur. Petron. *c.* 137. *quidvis nummis præſentibus opta, Et veniet, clauſum poſſidet arca Jovem.* Quis autem primus boni hujus conciliator fuerit, non convenit inter eruditos. Rabbini Sarugum, cujus Geneſ. XI. *vſ.* 20. fit mentio, vel Tharah, Abrahami patrem crepant. Herodotus Lydorum, Ælianus Æginetarum inventum eſſe ait. Lucano *lib.* VI. *vſ.* 402. Ionos, aurum moneta fregiſſe primus dicitur. Alii Phidonem Argivum laudant, Erychtonium alii: ſed veriſimilior eſt Salmaſii ſententia *de uſur. c.* 15. Phœnices, antiquiſſimos mercatores, modum cudendi nummos, uti pondera & menſuras, oſtendiſſe. Multi quidem putant, *Keſita* Hebræorum Geneſ. XX. *vſ.* 14. XXXIII. *vſ.* 19.

&c

Hinç pleriſque gentibus, queis amplior vitæ cultus arridebat, viſum fuit conventione quadam PRETIUM EMINENS certæ rei imponere, ad quod cæterarum rerum pretia vulgaria exigerentur, & in quo eadem virtualiter continerentur. Adeo ut interveniente illa re quamlibet rem venalem quis ſibi comparare, & quævis commercia, & contractus commode poſſet exercere.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 11, 12.

VIII. Materia illi idonea nobiliora metalla. Hunc ad finem pleriſque gentibus placuit adhibere METALLA nobiliora, & non admodum frequentia. Nam & illa ſubſtantiæ ſunt valde compactæ, ſic ut uſu non facile deteri queant, &

& Joſuæ XXIV. *vſ.* 32. nummi genus agnis ſignatum fuiſſe; quia id Lucæ Actis & textui Hebraico conveniat; apud Euripidem quoque viri docti per *equos*, nummos equis ſignatos intellexerint: ſed Thargum, cui vetus interpres adhæret, pro *nummis* mavult agnis, & Hermannus Conringius, in *paradoxo* 8. & 9. *de numm. Hebræorum* contendit, nummos ſignatos, ante captivitatem Babylonicam, immo ante Hasmonæorum tempora, Hebræis in uſu non fuiſſe, & ſiclos pondus argenti non ſignatum fuiſſe, demonſtrat, quem Ill. Spanhemius *diſſ.* 1. *de Præſt. & uſu numiſm.* *n.* 4. & Cl. Relandus ſequuntur *diſſ.* 1. *de numm. Samar.* *p.* 49. Quiſcunque vero demum nummi ſit inventor, nemo negabit, eum non ſcelus, ut Plin. ait *lib.* 33. *c.* 4. ſed rem ſalutarem generi humano præſtitiſſe; nam cum cetera ex ſubſtantia æſtimentur, eorumque pretia ſæpe jaceant; nummi pretium, ex æſtimatione eſt perpetuum, adeo ut ejusdem generis nummi, licet diverſorum vultuum, eodem valore cenſeantur, & plures argentei idem præſtent, quod unus aureus, plures ſtuferi pares ſint floreno, & omnis generis res ea menſura poſſint æſtimari. Id quod Barbaris quoque admirabile viſum, eosque amicitiam Romanam hacpropter flagrantius concupiviſſe, Plinius & Solinus memoriæ prodiderunt.

§. VIII. Materia nummi re-

& diviſionem in plurimas minutas particulas admittant. Nec minus cuſtodiæ & tractationi eadem ſunt habilia; & propter raritatem multis aliis rebus æquivalere poſſunt. Etſi quandoque ex neceſſitate, & apud quaſdam gentes, ex defectu metallorum, aliæ res in vicem numorum ſint adhibitæ.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 13.

In civitatibus porro VALOREM NUMMI DEFINIRE eſt penes ſummos imperantes; & inde publica ſigna eidem ſolent imprimi. Eſt tamen in eo definiendo reſpicienda communis gentium vicinarum, aut quibuſcum nobis commercia exercentur, æſtimatio. Alias enim, ſi nimis magnum numis ſuis valorem poſuerit civitas, aut

IX. Nummi valor à quo, & qua cautela, definiendus?



requirebat (1) rem raram, non rariſſimam, quæ (2) haberet valorem internum (3) ſubſtantiæ eſſet compactæ, ut duraret; (4) tractari poſſet, ac diviſioni in partes minutas, cuſtodiæ & tranſlationi eſſet apta. In nulla autem re omnia illa requiſita perfectius, quam in metallis fulgentibus reperiebantur; & auro datus eſt principatus, non ob pondus aut colorem, ſed quia non aliud laxius dilatatur, aut numeroſius dividitur, nullum uſu minus deteritur, aut rubiginem ſentit minus, uni rerum quoque igne nihil deperit, auctore Plinio *l.* XXXIII. *c.* 3. Plumbei nummi haud ſemel meminit Plautus, in pretiis vilioribus; ſed ne quis nummos ſtagneos vel plumbeos dolo malo pro argenteis venderet, lege Cornelia de falſis vetabatur *l.* 9. §. 2. *D. ad L. Corn. de falſ.* Hinc etiam patet, cur gemmæ menſura rerum eſſe non potuerint; nimis enim ſunt raræ, nec fractæ tanti ſunt pretii, facilius etiam amittuntur. De corio, forma publica apud Lacedæmonios percuſſo, Seneca *l.* v. *de ben. c.* 15.

§. IX. Rudi adhuc & impolito ſeculo, mortales pondere & menſura ferrum, æs & argentum definivere: poſtea cœpit illi imprimi nota, quæ, tanquam examinis compendium, quanti ponde-

aut ſi materiam eorum rite non temperaverit, commercia civium ſuorum cum extraneis, quæ quidem ſola rerum permutatione abſolvi non poſſunt, valde ſufflaminabit. Et ob eam ipſam cauſam non temere in valore numorum fieri debet mutatio, niſi ſumma reip. neceſſitas id exigat. Etſi gliſcente auri argentique copia paulatim numorum valor in comparatione ad ptetium fundorum, & quæ inde dependent, ſoleat velut ultro decreſcere.

*dict c.* 1. §. 14-16.

deris ſit, oſtenderet: tandem in civitatibus opus fuit fide publica, qua homines de quantitate & qualitate nummi certiores evaderent, hanc autem ſolus imperans dare poteſt. Paulus idcirco in *l.* 1. *D. de Contrah. empt.* nummum vocat *materiam forma publica percuſſam, quæ uſum præbet magis ex quantitate; quam ex ſubſtantia.* Forma publica eſt iconium publicum, à Triumviris æri, argento, auro, flando feriundo impoſitum, in officina publica, vel palatina, quæ *Moneta* dicebatur *l.* 6. §. 2. *D. ad l. Jul. pec. l.* 2. *C. de fals. mon.* Proprie vero character, quo nummus inſignitur, & Conſulis vel Principis imago eſt moneta, a monendo; ſicut nummus a Dorico νόμος, id eſt lex: quam vocem Varro & Pollux recte Siculis acceptam ferunt. Eleganter Juvenalis *ſat.* XIV. *vſ.* 291. monetam

*Conciſum argentum in titulos facieſque minutas*,

vocat. Plura dabit Boeclerus *de menſura pretii* & Coccejus *de vero rerum pretio.*

Ca-

# Caput XV.

## *De Contractibus, qui pretia rerum præſupponunt, & fluentibus inde officiis.*

### Summaria.

I. *Contractus, eorumque differentia a pactis.*
II. *Sunt vel benefici vel oneroſi.*
III. *In his ſervanda æqualitas,*
IV. *& erratum corrigendum.*
V. *Benefici : 1. mandatum,*
VI. 2. *commodatum,*
VII. 3. *depoſitum.*
VIII. *Onoroſi : 1. permutatio,*
IX. 2. *emtio venditio;*
X. 3. *locatio conductio,*
XI. 4. *mutuum,*
XII. 5. *ſocietas.*
XIII. *Contractus aleam continentes.*
XIV. *Acceſſorii, 1. fidejuſſio,*
XV. 2. *pignus*, 3. *hypotheca.*
XVI. *Contrahentium officia.*

Grot. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 12. Add. *l.* 3. *c.* 20. §. 59.

Pactum in genere eſt conſenſus & conventio duorum pluriumve in idem placitum. Sed quia frequenter ſimplicia pacta contractibus contradiſtinguuntur, id diſcrimen in hoc potiſſimum videtur conſiſtere, quod I. Quid pactum, quid contractus, qui rerum dominia & pretia ſupponit.

§. I. Jure naturæ, gentium & divino nullum inter pacta & contractus eſt diſcrimen; neque veteres Juriſconſulti id ignorarunt; nam Ulpianus, in *l.* 1. *D. de pact.* Edicti Prætorii *æquitatem naturalem* laudans addit: *quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ in-*



Digitized by Google

quod Contractus vocentur pacta, quæ circa res & actiones in commercium venientes verſantur, adeoque dominia & pretia rerum præſupponunt. Sed quæ circa alia ineuntur conventiones, communi pactorum vocabulo inſigniuntur.

*inter eos placuerunt, ſervare?* Quisquis ergo promittit, debitor eſt, nullique licet adverſus ſua pacta venire & ſecum contrahentes decipere, ob rationes ſupra allatas ad *c.* IX. §. 3. Sed quia, in orbe Romano, ſola civili ratione obligatio & actio conſtituebatur, *l.* 49. *in fin. D. de pecul.* & præter negotia, quæ nomen vel cauſam habebant, ſolennis ſtipulatio, tanquam commune obligationum adſtringendarum vinculum, omnibus præſto erat; hinc pacta, quæ neque datione vel facto in effectum deduci cœperant, cujusvis pudori relinquebantur, ſed *inter cives Romanos* actionem non pariebant, uti Paulus *l.* 2. *Sent. tit.* 14. §. I. accurate loquitur, aliud jure naturæ eſſe agnoſcens. Enimvero ne moribus Urbis corruptis, pacta non pacta eſſent, ſi malis luberet, neve forum litibus impleretur, detrahendum aliquid ſimplicitati naturali & proprium ſibi jus faciendum eſſe, rati ſunt Quirites; cujus duritiem deinde Prætor eo uſque mollivit, ut pacta ad exceptionem prodeſſent; quia faciliores ſumus ad liberandum *l.* 7. §. 4. *D. de pact.* Non ſatis ideo cauſæ fuit, cur aut Marq. Freherus *Sylv. decis. Areop. in fin.* hanc partem juris Romani, *non artem æqui & boni, ſed ſubtilem & in artem redactam calliditatem quandam & improbitatem*, aut Cyprianus Regnerus ab Ooſterga illam juri divino contrariam eſſe pronunciaret, merito ab Hubero in *Eunom. ad l.* I. *D. de pact.* notatus. Male etiam Mæſtertius *de Juſt. leg. Rom. c.* 31. & Kulpiſius ad *Grot. lib.* II. *c.* II. §. I. nuda pacta Romanis putarunt fuiſſe nudos tractatus, ſeu præfationes contractuum, vel pacta non ſerio inita, id quod *l.* 30. *D. de uſur. l.* 45. *D. de pact.* & *l.* 50. *D. de reb. cred.* refellunt. Alii alias inter pacta & contractus differentias attulerunt, ut Hobbeſius *de cive c.* II. §. 9. Pufendorfius noſter & *hic* & Op. Maj. *l.* V. *c.* 2. §. 4. Cl. Vitriarius *lib.* II. *Inſtit. jur. nat. c.* 12, *qu.* 2. & Joh. Georg. Wagnerus *J. nat. p.* II. *c.* 4. §. 33. Quinimo Celeb. Coccejus, in diſp. *de uſu & differ. hodiern. pact. & ſtipulat.* diſcrimen illud juris Ro-

Digitized by Google

tur. Etſi ex hiſce quibusdam promiſcue pactorum & contractuum nomen tribuatur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 2. §. 1-4.

II Contractus alii benefici, alii onerosi.

Contractus dividi poſſunt in BENEFICOS & ONEROSOS: illi alteri contrahentium parti gratis commodum aliquod afferunt; uti eſt mandatum, commodatum, depoſitum. Hi utramque partem ad æquale onus adſtringunt; quippe in



Romani hodie putat obtinere; ſed tredecim, quas *ſectione* III. adfert differentias, eadem facilitate negamus, qua ille eas affirmat. Recte Joannes Salisburienſ. Episcopus *l.* III. *Policrat. c.* 11. *Licet nuda promiſſio apud juris (ut dicitur) peritos non pariat actionem, promiſſor omnis apud veritatem (ut dici ſolet) pollicem fixit, &, jure civili ceſſante, fidei naturaliter obligatur. Sed quis actor durius aget. quam fides, ſi ipſa cœperit accuſare? Si agit conſcientia, quis abſolvet?*

§. II. Aliter Hugo Grotius *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 12. & aliter Wilhelmus, ejus frater, in *Enchir. jur. nat. c.* 16. *& ſeqq.* circa diviſionem contractuum fuerunt occupati, verum paucos aſſeclas habuerunt, quia diviſionibus juris Romani magis aſſueti ſumus. Ex ſimplicitate naturali contractus (1) ſunt vel *benefici*, vel *oneroſi*, vel *mixti*, v. gr. ſi quis rem minoris vendat, animo donandi, ut apud Sueton. *in Jul. c.* 50. (2) *Principales*, qui citra reſpectum ad alios ineuntur, vel *acceſſorii*, qui aliis firmandis vel temperandis accedunt. (3) ſunt vel *ſimplices*, qui ad unum finem tendunt: vel *compoſiti*, quorum varius eſt ſcopus & præſtatio, ut fidejuſſio & cambium (4) aliorum finis eſt, ut *dominium* transferatur, ut mutuum; aliis res *communicantur*. ut in ſocietate; aliis *ſecuritas* conciliatur, ut in pignore: aliis conceditur *uſus*, ut in locatione: aliis rerum *adminiſtratio* vel *cuſtodia* ſuſcipitur, ut mandatum, depoſitum &c. V. Hert. ad *Puf. l.* V. *c.* 2. §. 5. Reliquæ vero Romanorum diviſiones in *veros* & *quaſi* contractus: in *certos* & *incertos*, uti veteres, in *l.* 9. *pr. D. de reb. cred.* vel uti recentiores appellant, in *nominatos*, quorum certæ erant formulæ, & *innominatos*, ex quibus naſcebatur actio præſcriptis verbis:

in

quibus eo fine præſtatur aut datur aliquid, ut tantundem recipiatur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 2. §. 8.

III. In onero-ſis contra-ctibus ſer-vanda æ-qualitas. Habent autem hoc omnes contractus oneroſi, ut in illis ſervari ÆQUALITAS debeat, ſeu ut uterque contrahentium tantundem naniſcatur: ubi inæqualitas intervenerit, alteri, qui minus accepit, naſcatur jus ad poſtulandum, ut ſuppleatur, quod ſibi deeſt, aut ad contractum plane abrumpendum. Id quod tamen in civitatibus potiſſimum obtinet, ubi uſu fori, aut lege, pretia rerum definiuntur. Ad hanc autem æqualitatem inveniendam requiritur, ut utrique contrahentium res ipſa, circa quam contrahitur, cum ſuis qualitatibus, quæ aliquod momentum heic habent, ſint COGNITÆ. Unde &, qui per contractum rem in alterum eſt tranſlaturus, indicare debet non ſolum qualitates rei æſtimabiles, ſed & earundem privationes, & vitia. Citra hoc enim juſtum pretium conſtitui nequit. Etſi illas circumſtantias, quæ per ſe rem non contingunt, indicare non ſit neceſ-

in *bonæ fidei* & *ſtricti juris* negotia, licet quodammodo pendeant ex ingenio & diſcrepantia negotiorum, omnibus tamen gentibus non ſunt communes, ſed ex diverſitate formularum, ſubtilitate Juriſconſultorum, & diſtincto Prætoris & Judicis pedanei officio deſcendunt. Vide Grot. *dicto c.* 12. §. 3. Brenneyſen *de inutilibus pactorum juris Rom. diviſionibus* & Cl. Leyſer. *meditat. ad D. ſp.* 39. *n.* 1. 2. 3.

§. III. Bene Grotius *lib.* II. *c.* 12. §. 8. & 9. æqualitatem, tam in actibus præcedaneis, quam in principalibus contractuum oneroſorum requirit: merito autem deſeritur ab Auctore, quod propriorem quandam inter contrahentes ſocietatem, quam communis ſit hominum, ſtatuit: ſufficit enim,

Digitized by Google

ceſſum. Vitia autem utrinque jam nota non opus eſt indicari. Et qui ſciens vitioſi quid comparat, habet quod ſibi imputet.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 3. §. 1-5.

Eo usque autem in hiſce contractibus æqualitas eſt adhibenda, ut licet nihil diſſimulatum ſit; tamen ſi poſtea inæqualitas deprehendatur etiam citra culpam contrahentium, puta quia vitium latebat, aut in pretio eſt erratum, ea corrigenda ſit, & demendum ei, qui plus habet, addendumque minus habenti. Etſi ad declinandam multitudinem litium leges civiles vix

IV. Erratum in ea, etiam citra culpam, corrigendum.

Q 5 aliis

enim, legem naturalem ei, qui vult finem, etiam media concedere: jam vero qui ſe ait venditurum & empturum, donandi non habet animum, ſed æquivalens recipere, & niſi hoc habeat, ſuum mavult retinere. Hinc non modo dolus, ex calliditate & perſuaſione captioſa, ſed & fraus ipſa, ex conventione inconſulta, abeſſe debet; quia nomen bonæ fidei manat latiſſime, in omnibus negotiis, quibus vitæ ſocietas continetur. Pulchre Moſes Deut. xxv. *vſ.* 14, *Quum rem venalem vendideris quisque proximo tuo, aut emeris e manu proximi tui, ne fraudem fatito alter alteri.* Atque ad hanc communem omnium, quive ſunt unius generis & civitatis, ſocietatem, quæ alios lædere vetat, Cicero tantum provocat *lib.* III. *de offic. c.* 17. Alteram vero Grotii deſtruit illa *Emtionis atque venditionis ſubſtantia, qua emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedunt, vixque poſt multas contentiones, paullatim venditore de eo, quod petierat, detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentiunt pretium*, verba ſunt Dioclet. & Maxim. in *l.* 8. *C. de reſc. vend.*

§. IV. Secundum regulas *ſtricti juris* venditor emptori, propter vitia rei non indicata, haud tenetur, ſi ipſe ea ignoravit; immo vix eorum, quæ ſcivit, reticentia nocet, modo ab emtore non fuerit interrogatus: tunc enim diſſimulatio dolus eſt. (2) At ſecundum regulas *honeſti*, etiam non interrogatus ultro debet monere emtorem de vitiis rei; idque Plato *l.* XI. *de*

aliis quam enormibus læſionibus heic medeantur; de cætero quemque rerum ſuarum ſatagere jubeant.

*dict. c.* 3. §. 9.

Con-

*de LL.* ejusque imitatores Ædiles Curules, in *l.* 1. *D. de Ædilit. edict.* conſtituerunt: qui enim ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto Ædilium, ait Cicero *lib.* III. *de Offic. c.* 17. Ratio erat, ut, luce negotio ſic allata, inter contrahentes æqualitas obtineretur: potuit enim venditor vitia rei poſſeſſæ cognita habere, neque bonæ fidei venditorem commodorum ſpem augere, aut incommodorum cognitionem obſcurare oportet, ait Val. Max. *lib.* VIII. *c.* 2. *n.* 1. (3) Inæqualitas vero, citra dolum & diſſimulationem vitiorum, in pretio emergens, propter hujus latitudinem, & varias hominum opiniones, ceterasque cauſas, capite præcedente §. 4. & 6. allatas, vix corrigi poteſt. Hinc Pomponius in *l.* 16. §. 4. *D. de minor.* ait: *In pretio emtionis & venditionis*, non in rei qualitate, *naturaliter*, ex natura contractus, ſecundum conſuetudinem ac indulgentiam fori, ex tacito mercatorum conſenſu, *licet*, id eſt impune permittitur, nulli apud homines pœnæ ſubjacet, *ſeſe circumvenire*: id eſt dexteritate mercatoria, ſine dolo & mendacio, ut Paulus explicat, *quod pluris ſit minoris emere, & quod minoris ſit, pluris vendere, & ita invicem ſe circumſcribere l.* 22. §. 3. *D. locat.* Difficile enim eſt exactam & mathematicam æqualitatem obtinere, & ſi poſſumus, non ſemper vacat; & ſi vacat, utilius & honeſtius eſt, modicum exceſſum condonare, quam ſumtibus majoribus ſe vexare. v. Eccleſiaſt. XXVII. *vſ.* 1. & *l.* 8. *C. de reſc. vend.* (4) Ne vero res abiret in infinitum, jam olim Prætor læſionem enormem, data reſtitutione in integrum correxit: Diocletianus autem & Maxim. quantitatem læſionis, arbitrio judicis antea relictam, ita definiverunt, minus ut pretium eſſe videatur, ſi venditori nec dimidia pars veri pretii ſoluta ſit, vel emtor ultra dimidium veri pretii ſolverit: id enim *humanum eſſe* putarunt, in reſcripto, jus vetus explicante *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* (5) Carolus Molinæus *de uſur. n.* 172. incondita valde & ſalebroſa

ora-

CONTRACTUS BENEFICI ſunt præcipue tres, Mandatum, Commodatum, & Depoſitum. MANDATUM eſt quando quis gratis alterius negotia, ipſo requirente & committente, expedienda ſuſcipit. Idque contingit DUPLICI ratione ; vel

V. Contractus benefici : mandatum ; Ejus indoles.

oratione, hanc legem damnat, ut *à naturali juſtitia nimis remotam* ; nec parcit miſero *Lupo*, licet capto, cui inſcribitur ; in auctores vero ejus, tanquam *ſanguinarios & crudeliſſimos Chriſtianæ pietatis hoſtes*, invehitur inprimis : cum longe verius Aurelius Victor ab his Impp. *pacis officia legibus æquiſſimis vincta* eſſe, ſcribat. (6) Contra Cl. Thomaſius æquitatem hujus legis, adeo celebratæ, cerebrinam eſſe ſingulari diſputatione demonſtrare voluit; quia pretium conventionale non ineſt rei, nec in puncto conſiſtit. Verum uti nimium omne eſt vitioſum, ita apud Hebræos læſio minor, quæ ſextam veri valoris partem excederet, reparanda fuit, velut damnum, ex impari pretio illatum, auctore Seldeno *de J. N. lib.* VI. *c.* 5. Fruſtra etiam ſibi ſpeciem dari poſtulat Vir. Clariſſ. in qua fine dolo malo ejusmodi læſio contigerit : nam præſto eſt elegantiſſima apud Cominæ. *lib.* V. *c.* 2. Et licet læſio plerumque difficilis ſit probatu, nil tamen vetat, æſtimationem fieri per peritos. Plinius *lib.* XXXIII. *c.* 13. *Pretia rerum, quæ usquam poſuimus, non ignoramus, alia aliis in locis eſſe, & omnibus pæne annis, prout navigationes conſtiterint. aut ut quisque mercatus ſit, aut ut aliquis prævalens manceps annonam flagellat : poni tamen neceſſarium fuit, quæ* PLERUMQUE *erant Romæ, ut exprimeretur auctoritas rerum.*

§. V. Originem mandati Cicero *pro Roſcio Amerino c.* 39. & Cl. Noodt *lib.* I. *Prob. c.* 12. bene expoſuerunt : oritur enim ex amicitia & nomen accepit a manu data, quæ fidei ſymbolum, Plautus *capt. act.* II. *ſc.* 3. *vſ.* 82. (2) Auctor duos ejus modos proponit, ſed addi poteſt tertius, in vicem conſilii præſcriptus : hunc certe per æquipollens expedire poteſt privatus, *l. ult.* §. 1. *D. mand.* Legatus vero fines mandati ſtrictius obſervare, & omnia ad præſcriptum agere debet, ait Cæſar *de B. C. l.* III. *c.* 51. add. Bœclerum *de religione mandati* (3) Officium mandatarii eſt ſummam diligentiam adhibere, præſertim ſi ſe obtulerit, aut honorarium accipiat, vel peritiam artis profiteatur, *l.* 13. & 21. *C. mandat*, ſi vero man-

dans

Digitized by Google

vel ut præſcribatur ipſi modus rei expediendæ, vel ut is ejuſdem judicio ac dexteritati relinquatur. In hoc contractu uti ſumma cum fide & induſtria verſandum eſt; quippe cum nemo fere niſi amico, de quo optime ſentit, mandet: ita contra mandatarius indemnis præſtari debet à ſumtibus in rem ſibi commiſſam factis; nec non à damnis, in quæ ex cauſa mandati incidit, & quæ proprie ex ipſa re mandata profluxerunt.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 4. §. 1-5.

VI. 2. Commodatum qualem gratuitum uſum notet? Commodatum eſt, quo rei noſtræ uſum alicui gratis concedimus. In quo obſervandum; ut

dans negligentem mandatarium elegit, de ſe queri debet, atque ita JCti in *l.* 8. §. *fin. l.* 10. & *l.* 29. *D. mand.* ſecundum regulam generalem, quod nulla utilitas mandatarii verſatur, *l.* 5. §. 2. *D. commod.* In univerſum dici poteſt; quod in contractu non minus, quam extra contractum, omnis culpa ſit præſtanda; niſi læſus conſenſerit in minorem diligentiæ gradum, conventione expreſſa vel tacita, quæ ex modo contrahendi, qualitate perſonæ, & indole contractus facile intelligitur. (4) Si mandatarius, occaſione mandati, a latronibus eſt ſpoliatus, aut naufragium fecit, mandans ad damnum reſarciendum, neque jure naturæ, neque jure Romano, ut Grotius *lib.* II. *c.* 14. §. 13. putabat, eſt obligatus; quia caſum nemo præſtat. Ita Paulus, in *l.* 26. §. 6. *D. mand.* quæ tamen ſecundum regulas honeſti, ſive, ut Accurſius ait, *de curialitate* non obſervatur: immo ne quidem ex regulis juſti, ſi mandatarius potuit compelli ad mandatum ſuſcipiendum, uti legatus; aut ſi mandans ſcivit periculum & celavit. Vid. Cl. Huber. in *Eunom ad d. l.* 26.

§. VI. Sicut obligatio mandati ſolo conſenſu contrahitur, ſed executio negotii ad conſummationem contractus pertinet, ita Titius commodatum quoque ſolo conſenſu conſtare, & contrariam Juriſconſultorum Romanorum doctrinam *artem fori rabulariam*, vel ut Cl. Carmichaël ſupra ad §. 2. *quisquilias pactorum* redolere, pu-

Digitized by Google

ut quis eandem rem ſollicite & ſumma cum diligentia ſervet, tractetque: neque ipſam ad alios uſus adhibeat, aut ulterius, quam commodans conceſſit: ac illæſam & prout accepta fuit, reſtituat, niſi quantum per ordinarium uſum eidem deceſſit. Quod ſi res ad certum tempus fuerit conceſſa, & interea dominus eadem valde indigere incipiat, ex caſu aliquo tempore commodationis factæ non prævíſo, repetenti eadem citra tergiverſationem erit reſtituenda. Quod ſi autem res commodata caſu fortuito & improviſo citra omnem commodatarii culpam perierit; ejus æſtimatio non erit ſolvenda, ubi eadem apud dominum quoque peritura fuerat. Alias æquum videtur commodatarium æſtimationem rei præſtare, quippe quam dominus amiſſurus non fuerat, ni adverſus alterum benignus fuiſſet. Vice verſa, ſi quid utilium aut neceſſariarum impenſarum in rem commodatam

putat: ſed diverſa ſunt promiſſa unum de re commodato danda, & alterum de re commodato accepta reſtituenda: prius in nudi pacti terminis, hodie pariter, ac Romæ conſiſtit; alterum vero rei traditionem ſupponit: nec enim repeti poteſt, quod datum non eſt. Officium commodatarii eſt, ut re bona fide utatur, eamque ſumma diligentia cuſtodiat. (2) ut domino ex improviſo indigenti, eam ante finitum quoque uſum reſtituat; quod quidem Tuldenus ad *tit. C. commod.* propter notam differentiam inter commodatum & precarium, negat: verum de caſu & v. gr. peregrinatione commodantis neceſſaria loquimur, quæ in aliis quoque negotiis, juſtam renunciandi cauſam præbet *l.* 8. *l.* 9. *D. de procur.* *l.* 16. *D. pro ſoc.* (3) Si res commodata caſu periit, Auctor, cum Grotio *lib.* II. *c.* 12. §. 13. diſtinguit, an res apud dominum ſimiliter peritura fuerat, an non; ſic enim veteres quoque Germani & Scoti obſervarunt, apud Schilterum *Exerc. ad D.* 25. §. 16. aliter vero Mo-

multo eſt turpius, ſi quis inficiatus fuerit depoſium MISERABILE, ſeu quod ob periculum incendii, ruinæ, tumultus, deponitur. Viciſſim à deponente ſumtus in rem depoſitam facti ſunt refundendi.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 4. §. 7.

VIII. Contractus onerosi I. permutatio.

Inter CONTRACTUS ONEROSOS antiquiſſimus fere, & quo ſolo ante inventum numum commercia expediebantur, eſt PERMUTATIO, qua utrinque res pro re æquivalente datur. Etſi & hodie poſt inventam pecuniam inter mercatores cum primis uſitatum ſit genus permutationis, quo non ſimpliciter res inter ſe comparantur

ſtrinxit: quia in eo creſcit perfidiæ crimen, & magis *inutile*, id eſt damnoſum & nefarium erat, in illa omnium trepidatione, fidem fregiſſe, quam eligere non licebat, vid. *l.* 1. §. 4. *D. depoſ.* & Cl. Gundling. *p.* 2. *obſ.* 8. Sed tamen incidunt interdum tempora, ut depoſitum non reddere juſtum ſit: quid enim ſi furioſus repetat gladium? Seneca *l.* IV. *de beneſ. c.* 10. *Depoſitum reddere per ſe res expetenda eſt: non tamen ſemper reddam, nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil intereſt, utrum infitier, an palam reddam.* Vid. Ciceron. *l.* 1. *d. off. c.* 10. & ſupra *ad c.* XIII. §. 2.

§. VIII. Permutatio alia *ſimplex* eſt, ſi res non æſtimata utrinque permutatur; ut liber cum libro, eaque Græcis ἀμωβὴ, Gallis *troque*, Belgis *ruyling* appellatur. Alia vero eſt *æſtimatoria*, ſi uterque mercator, v. gr. librarii, prius æſtimant rem venalem, quam deinde permutent. Atque hæc eſt ſpecies emptionis, cum pacto dationis in ſolutum *l.* 1. *C. de permut.* Recte itaque ſenſerunt Sabiniani in *l.* 1. §. 1. *D. de Contr. empt.* quod etiam, nummo nondum invento, quædam permutatio fuerit ſpecies emtionis, uti Geneſ. XVII. *vſ.* 23. & XXV. *vſ.* 10. XXXIII. *vſ.* 19. & contra nummo invento, emptio ſine nummo fieri poſſit; cum unus diſtrahendæ rei, alter comparandæ animum habet, Et quamvis aliud ſit vendere, aliud permutare, accidit tamen, ut diſcerni nequeant; unde & veteres permutationem cum emptione velut ma-

Digitized by Google

tur, ſed prius pecunia taxantur, & deinde loco pecuniæ invicem traduntur. Diverſum tamen negotii genus à contractu permutationis eſt RECIPROCA DONATIO; in qua ut æqualitas obſervetur neceſſum non eſt.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 5. §. 1.

IX. 2. Emtio venditio, eique adjici ſolita pacta.

EMPTIO VENDITIO eſt, qua pro pecunia rei alicujus dominium, aut eidem æquipollens jus adquiritur. Ejus ſimpliciſſimum genus eſt, ſi, ubi in pretium, fuit conſenſum, emtor ſtatim pretium venditor mercem offerat, tradatque. Frequenter tamen ita convenitur, ut merx quidem ſtatim tradatur, pretium autem poſt certum intervallum ſit ſolvendum. Aliquando ſuper pretio quidem convenitur, ſed ut traditio rei ſeu mercis ad certum terminum debeat fieri. Ubi æquitati conveniens videtur, ut ante elapſum eum terminum res ſit periculo venditoris: ſed ſi poſt eum elapſum emtor in mora fuerit, quo minus eam ſibi tradi curarit, emtori deinceps res peribit. Solent & emtionis venditionis contractui varia pacta adjici: ut eſt ADDICTIO IN DIEM, qua res ita venditur, ut

matrem cum filia, crebro confundunt, Horat. *l.* 1. *ſat.* 4. Columella *l.* 8. *c.* 5. Plin. *l.* IX. *c.* 55. & Juſtinus *l.* 3. *c.* 2. Cauſam Sabinianorum, præter Auctorem, tuetur quoque Salmas. *de uſur. c.* 13. Hotman & Vinn. *ad* §. 2. *Inſt. de emptione & vend.* & Gravina *l.* II. *Orig.* §. 12.

§. IX. Officia emtoris & venditoris hic allata, facilia ſunt, niſi quod Auctor in quæſtione de periculo rei venditæ paullulum deflectit a doctrina communi, & pleniusdiſtinguit in Op. Maj. *lib.* V. *c.* 5. §. 3. At ſimpliciter eſt dicendum, quod ſimulac, contractu perfecto, conſtat, quid, quale & quantum ſit venditum, omne incommodum, quod rei venditæ contingit ſine culpa detinentis, pertineat ad emptorem, eique cum re

Digitized by Google

ut liceat venditori meliorem conditionem, ab altero intra certum tempus oblatam, acceptare. Item LEX COMMISSORIA, quando ita convenit, ut ſi ad certum diem pretium non ſolvatur, res ſit inemta. Item RETRACTUS, ſeu pactum de retrovendendo, quod vel ita concipitur, ut ſi pretium intra certum tempus, aut quandocunque offeratur, emtor rem teneatur venditori reſtituere: vel ut ſi res offeratur, venditor pretium teneatur reſtituere; vel ut ſi emtor ultro ſit iterum venditurus, prior venditor ad emendum præ cæteris admittatur: quod etiam dicitur Jus PROTIMISEOS. Sic & frequens eſt, ut ex prædiis venditis aliquam ſibi particulam,

R aut

re pecunia, quam dedit, id eſt actio ad illam repetendam, vel exceptio ad negandam pereat. Non ideo quidem, ut plerique ajunt, quod venditor ſit debitor ſpeciei, qui caſum non præſtat, nec quod emptor plerumque in mora ſit, rem accipiendi: ſed (1) quia emptor jure naturali vel ſolo titulo, ante traditionem, eſt dominus, vel ſaltem jus præſtantius habet, quam venditor; quia lucratur fructus, acceſſiones, & de re, ut ſua, diſponit. Id autem *ſecundum naturam eſt*, incommoda cujusque rei eum ſequi, quem commoda ſequuntur *l.* 10. *de R. J.* (2) Contra, venditor rem animo abdicavit, neque illam ſibi tenuit, ſed invitus detentionem naturalem dimittere tenebatur *l.* 11. §. 2. *D. de act. empt. l.* 6. *C. de reſcind. vend.* Atque ita Romani, in titulo *D. de peric. & comm. rei vend.* recte conſtituerunt; quamvis doctrina eorum non ſatis cohærere videatur, dum ex principio ſuæ legiſlationis emptorem, ad effectum rei vindicationis, dominum eſſe negant, & tamen eundem periculum ferre jubent. Diſſenſiſſe autem a ceteris JCtis ajunt Africanum in *l.* 33. *D. locati*, in cujus *l.* explicatione Cujacius quoque *æquius eſſe* putat, ut, qui rem non nactus eſt, emptor pretium non ſolvat; idemque Mornacio ſedit & Brunnemanno; ſed præſtat adhærere rationibus ſupra allatis. v. Ranchin *lib.* III. *var. lect. c.* 11. *&* 12. (II.) De *pactis* illis, quæ emtioni adjici ſolent,

Digitized by Google

aut certum ejus uſum RECIPIAT venditor. Eſt quoque emtionis genus, quod vocant PER AVERSIONEM, quando multæ res diſparis pretii non ſigillatim æſtimatæ, ſed conjunctim & velut confuſe taxatæ emuntur. In eo modo venditionis, quæ vocatur AUCTIO, res demum illi addicitur, qui ex pluribus licitantibus plurimum obtulerit. Eſt denique & genus emtionis, quo non certa res, ſed probabilis tantum SPES emitur; cui aleæ quid eſt admixtum: ſic ut neque emtor, ſi ſpes fefellerit, neque venditor, ſi ea multum ſupra fuerit, queri debeat.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 5. §. 2-6.

LO-

lent, ut contractum principalem & *actionem forment, agitur in Pandectis *lib.* XVIII. *tit.* 2. & 3. & in *Cod. l.* IV. *t.* 54. (1) eſt *Addictio in diem*, appellata ab addictione Prætoris, vel præconis, qui plus licitanti rem addicebat, eamque in jus alienum tradebat. Horat. *l.* II. *ſat.* 5. *vſ.* 109 *Dies* pro quavis temporis parte ſumitur, ut apud Virgil. *lib.* XI. *Æneid. vſ.* 425. (2) *Lex commiſſoria* eſt pactio, quæ circa ſolutionem pretii ejusmodi legem dicit contractui, ut, qui in eam committit, in univerſam venditionem commiſiſſe videatur, ſi id velit venditor, *l. ult. D. de lege comm.* Exemplum habet Nepos *in vita Attici c.* IX. Sed ea Imp. Antonino diſplicebat, in ſpecie *l.* 38. *D. minor.* & Cicero in temporis ſui difficultatibus, ait, eam *non æquam* videri, *lib.* XII. *ad Att. ep.* 28. (3) Pacti de *retrovendendo* exempla ſunt Levit. XXV. *vſ.* 23. Liv. XXXI. *c.* 13. *l.* 2. & 7. *C. de pact. int. emt.* (4) *Retractus* conventionalis differt a legali & gentilitio, cujus origo eſt ab Hebræis, uſus apud varias gentes, ut prædia avita tribubus, familiis & ſanguini conſervarentur; Polyb. *lib.* VI. *c.* 43. Ariſtoteles *lib.* II. *Polit c.* 5. Veſtigia ejus quoque extant in jure Romano. Sed quia libertati commerciorum officere videbatur, ſublatus eſt in *l.* 14. *C. de contr. emt.* (5) Emtio per *averſionem*, cum auctione & emtione ſpei, ut jactus retis, hoc habet ſingulare, quod nemo facile,

pro-

LOCATIO CONDUCTIO eſt, qua pro mercede alicui uſus rei, aut opera addicitur. In qua licet regulariter in anteceſſum de mercede ſoleat conveniri: tamen ſi quis citra definitam prius mercedem alteri operam aut uſum ſuæ rei addixerit: cenſetur id exſpectare, quantum communis uſus, aut conductoris æquitas tulerit. Circa hunc contractum obſervandum, ſi res locata plane perierit, ex eo tempore conductorem ad mercedem ſeu penſionem non amplius teneri. Quod ſi res locata certum ac de-

X. 3. Locatio conductio, & quæ in ea obſervanda?

 fi-

propter animum ex donatione & emtione mixtum, de læſione queri poteſt. Phraſis illa ſolis Juriſconſultis eſt uſitata, in *l.* 4. §. 1. *D. de peric. & comm. l.* 1. §. 15. *D. de exerc. act. l.* 36. *D. locat.* uti Ant. Auguſtinus *lib.* III. *Emend. c.* 6. monuit. Apud Horatium quidem, *lib.* II. *ſat.* 4. *vſ.* 37. *cara piſces avertere menſa*, Merillius *lib.* VI. *Obſ.* 25. explicat, magnam piſcium copiam quaſi averſione emere, & univerſas auferre; ſed plures Codices *averrere* habent, & Cujacius *lib.* VIII. *Obſ. c.* 15. rationem nominis adfert, quod quaſi averſi à re ita vendant locentve, De re ſatis conſtat, & recte Baſilica in *d. l.* 4. κύττῳ, id eſt alea, & in *d. l.* 1. ἐν ὁμάδι, in univerſo interpretantur.

§. X. Contractus locationis & conductionis ſimilis eſt emtioni. Locator eſt, qui dat fruendum, v. gr. uſum in domo, fructus in fundo, operas in homine: conductor eſt, qui ſolvit mercedem. (2) Recte Auctor, locationem tacito conſenſu fieri poſſe ait, ſi v. gr. merces lege vel conſuetudine eſt definita. Negantes Paulus refellit *in l.* 1. *D. locati. Locatio & conductio non verbis, ſed conſenſu contrahitur.* (3) In remiſſione mercedis ob ſterilitatem, ſtrictam Molinæ ſententiam, cum Grotio ſequitur *l.* II. *c.* 12. §. 18. quam Henniges quoque ibidem *in not.* contra Zieglerum & Kulpiſium defendit; nam ſi dominus fundi colono præſtitit, frui licere, omne incommodum, quod fructibus pendentibus supervenit eſt conductoris; quia emtorem ſimiliter interitus rei emtæ a ſolutione pretii non liberat; & unius anni ſterilitas cum alterius anni uber-

finitum habeat uſum, uti dominus eam præſtare debet, quo ei uſui ſit idonea: ita ſi illa detrimenti quid ceperit, conductor de penſione detrahit, quantum uſui rei deceſſerit. Sed ſi rei locatæ proventus ſit incertus, & aliquid aleæ contineat, uti exuberans proventus conductoris lucro, ita malignus ejuſdem damno eſt: nec ſtricto jure de penſione ob ſterilitatem quidquam detrahendum; præſertim cum unius anni ſterilitas alterius ubertate ſoleat penſari. Niſi caſus, qui proventum interceperint, rariores fuerint, & de quorum alea in ſe ſuſcipienda conductor non cogitaſſe præſumitur. Hos enim ad penſionem minuendam aut remittendam valere utique æquum eſt. Cæterum uti qui rem aliquam alteri locavit, præſtare tene-

ubertate compenſatur; nec dictitat ratio, ut calamitas, colono cælitus immiſſa, domino fundi noceat. Jus Romanum vero humanius eſſe cenſuit, ſi damnum ab utroque feratur, quod in fructibus nondum perceptis, ſine culpa conductoris, vi fluminis, locuſtarum, vel tempeſtatis accidit; (1) ex officio miſericordiæ, cui non congruit, de apicibus juris disputare, *l.* 29. §. 4. *D. mand.* (2) quod omni promiſſioni ineſt reſtrictio, *rebus ſic ſtantibus*: (3) favore rei ruſticæ, ne colonus & ſeminis & operarum jacturam faciens, ad incitas redigatur, *l.* 15. §. 2. *l.* 25. §. 6. *D.* & *l.* 8. *C. de loc.* Adde Cujacium *l.* XXVI. *Obſ. c.* 32. *&* 33. & Diſſ. meam *de praſt. caſ. ſolit. pag.* 334. *& ſeqq.* (4) Similiter famulo ægrotanti, ſtricto jure nec merces, nec alimenta debentur; ſed, ne afflicto calamitas addatur, aliud regulæ honeſti ſuadent; quia per eum non ſtat, quominus operas præſtet, *l.* 38. *D. locat.* & *Servire nobis intelliguntur etiam hi, qui cupientes ſervire, propter adverſam valetudinem impediuntur*, *l.* 4. §. 5. *D. de ſtatulib.* (5) Qui opus faciendum conduxit, non modo, ut in *fine* §. ait Auctor, quod culpa ſua, v. g. in gemma, corruptum eſt, præſtat; ſed & damnum, quod ex vitio operis, intra ſex, decem vel quindecim annos contingit, ferre debet: at ſi vi naturali,

netur, ut ipſa uſui ſit habilis, impenſaſque neceſſarias tolerare: ita conductor ad boni patrisfamilias modum eadem uti, & quæ ipſius culpa perdita fuerunt, reſtituere debet. Et qui opus faciendum conduxit, quod ſua culpa corruptum eſt, itidem præſtat. Qui momentaneam ſuam operam alicui locavit, ubi eam quocunque caſu præſtare impeditus fuerit, mercedem petere non poteſt. Sed qui continuam alicujus operam conduxit, ubi is morbo aut alio caſu per modicum tempus ad operam inutilis fuerit factus, inhumaniter ipſum vel plane ſua functione dejicit, vel de penſione quid eidem detrahit.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 6.

In contractu Mutui datur alicui res fungibilis ea lege, ut is poſt intervallum idem genus reddat in eadem quantitate & qualitate. Vocan- XI. 4. Mutuum, gratuitum, vel sub uſura.



rali, velut terræ motu, hoc acciderit, locatoris eſt periculum. *l.* 36. *l.* 51. §. 1. *l.* 59. *D. locat l.* 8. *C. de op. publ.* Harmenop. *lib.* 3. *tit.* 8. §. 45. (6) Secundum jus naturale qui domum aut fundum alicui fruendum locavit, ſi ex aliqua cauſa fundum vel ædes vendat, plus juris in emptorem transferre non poteſt, quam ipſe habet, adeoque emtor intra tempus conductorem expellere nequit. Sed quia locator jure vendendi rem ſuam ſe non abdicavit; emtor etiam jus in re tradita conſequitur, conductor vero perſonam locatoris tantum habet obligatam; hinc jure Romano titulus dominii potentior vincit debiliorem *l.* 25. §. 1. *D*, *l.* 9. *C. de locat.* Statuta & mores hac in re variant, aliis jus naturæ, aliis jus civile probantibus. v. Hert. *de parœm. jur. Germ. l.* 1. *n.* 46.

§. XI. Mutuum eſt creditum quantitatis, datæ ea lege, ut eadem reddatur in genere. Quantitates illæ alias dicuntur res fungibiles, quia ſolutionem recipiunt per functionem, tam in gene-

cantur autem res, quæ mutuo ſolent dari, FUNGIBILES, ſeu quæ functionem in ſuo genere recipiunt, ideo, quia quodlibet ex iſto genere vicem alterius ita ſubire poteſt, ut qui ex eodem genere, eadem quantitate & qualitate receperit, idem quod dedit recepiſſe dicatur. Eædem quoque res pondere, numero, & menſura determinantur, & ſpecificantur: quo reſpectu etiam QUANTITATES ſolent adpellari, ſpeciebus contradiſtinctæ. Cæterum datur aliquid mutuo vel gratis, ita ut non plus, quam datum fuit,

nere, quam in ſpecie *l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.* Marquardus Freherus *lib.* 1. *veriſim. c.* 16. brevius ait, in mutuum ea cadere, quæ adnumerantur; ſive illa ſint corpora nummorum, ſive menſuræ ulnarum, ſive pondera librarum. (2) Pactum de mutuo dando vel accipiendo jure naturali parit vinculum, aut ſane obligationem ad id quod intereſt; non jure Romano *l.* 30. D. *de reb. cred.* & niſi proficiscatur pecunia, mutuum eſſe nequit *l.* 2. §. 3. *D. eod. l.* 34. *D. mand.* (3) Quicquid vero mutuo datum eſt acquiritur debitori, ſed hac lege, ut rem eodem in genere & æque bonam reddat. Mutuum ergo non eſt modus acquirendi, qui debitorem reddat ditiorem, aut creditorem faciat pauperem; verum ſpecies rei fungibilis neceſſario tranſit in debitorem, quia uſus ejus datur ad abuſum; neque creditor rem eandem vindicare, ſed tantundem condicere poteſt. §. 2. *Inſt. quib. alien. l.* 2. §. 2. *&* 4. *D. de reb. cred. l.* 19. §. 3. *& l.* 33. §. 1. *D. de donat.* Hoc cum non ſatis conſideraret Salmaſius, primum ſub nomine Alexii à Maſſalia, deinde larva depoſita, hanc theſin Juriſconſultorum certam in dubium vocare, atque falce in meſſem alienam miſſa, cornicum oculos configere conatus eſt: verum præter Wiſſenbachium aliosque, præſertim Fabrotus in Epiſtola *tom.* III. *Theſaur. jur. civ. pag.* 1238. ita eum in anguſtias redegit, ut alienationem temporariam, & deinde alienationem corporum, non quantitatis agnoverit: quaſi vero mutui datio conſiſteret in quantitate a corporibus abſtracta! vid. Cujac. *lib.* XI. *Obſ. c.* 37. (4) Auctor mutuum hic re-

fuit, recipiatur; vel cum aliquo emolumento, quod USURÆ vocabulo inſignitur. Quæ nihil habet naturali juri repugnans, ſiquidem fuerit modica, & reſpondens lucro, quod alter ex pe-



refert ad claſſem contractuum oneroſorum, cum ſui natura ſit gratuitum, etiam hodie *l.* 11. §. 1. *D. de reb. cred.* & Cl. Leyſerus *ſpec.* 130. *ad D. n.* 1. 2. 3. Melius cum Plauto & Nonio, diſtinxiſſet, inter *mutuum* & *fœnus*: illud honeſtum amicitiæ, hoc vero avaritiæ inviſum nomen eſt. (5) Uſuræ jure naturali non ſunt præceptæ, ſed debitor tantum ad gratum animum obligatur. Atque hoc ſenſu Seneca *lib.* VII. *de benef. c.* 10. uſuram *nomen extra naturam quæſitum*, & Papinianus in *l.* 67. *D. de rei vind.* eam, tanquam fructum civilem, *non natura provenire*, *ſed jure percipi*, dixerunt. (6) Nec tamen ratio vetat, pacto adjecto uſuras pro uſu mutuæ pecuniæ ſtipulari, & fœnus contrahere; *tum* quia nummó non magis, quam ædibus aut fundo, alteri gratis inſervire debeo: *tum* quia uſuræ jure gentium ſunt inſtar mercedis, pro uſu pecuniæ, & fœnus re ipſa eſt locatio nummorum, uti Plautus & Horatius appellarunt; *tum* denique ob regulam Chriſti Matth. VII. *vſ.* 12. & Apoſtoli 2. Cor. VIII. *vſ.* 13, aliaque argumenta, quæ Salmaſius *de uſuris* & *de modo uſurarum*, & Noodtius *de fœnore & uſuris* plena manu attulerunt. Neque (*a*) cum Grotio *l.* II. *c.* 12. §. 20. *n.* 3. diſtinguendum eſt inter officia Chriſtiani, & hominis; ipſe enim ſententiam hanc revocavit *Epiſt.* 953. & ad Lucæ VI. *vſ.* 35. Neque (*b*) cum Canoniſtis inter uſuras compenſatorias, punitorias & lucratorias; nihil enim refert, an uſuræ, ut reparatio damni, ex mora, an tanquam incrementum lucri pactitium, ut in antichreſi & emphyteuſi, petantur. Non etiam (*c*) intereſt inter pauperem & divitem, quamvis fraternitas Chriſtiana & generoſitas jubeat, ut egeno gratis nummos demus, neutrum, neque ſortem, neque uſuras repetentes, ſecundum Chriſti ſententiam, Matth. V. *vſ.* 42. & Lucæ VI. *vſ.* 35. Quæ vero (*d*) in veteri Teſtamento occurrunt leges de uſuris Levit. XXV. *vſ.* 37. & Deut. XXIII. *vſ.* 10. ſecundum ipſos Talmudicos, ad ſolos Hebræos pertinent; a gentile autem vel proſelyto domicilii uſuram accipere non vetant, v. Selden. de

pecunia, aut alia re credita facit, meoque damno, aut lucro ceſſanti, quod ex abſentia rei meæ capio, & ubi non exigatur ab hominibus tenuibus, apud quos mutuum vicem eleemoſynæ ſubit.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 7.

XII. §. Societas. Ejus jura & conditiones.

In contractu Societatis duo pluresve inter ſe pecuniam, res, aut operas conferunt, eo fine, ut quod inde redit lucri, inter ſingulos pro rata dividatur; & ſi quid damni capiatur, id ſimili modo à ſingulis pro rata feratur. In qua ſo-

de J. N. *l.* VI. *c.* 10. Puſend. *lib.* V. *c.* 7. §. 8. & Clericum ad *Exod.* XXII. *vſ.* 25. (*e*) Sapienter jus civile duris fœneratoribus modum præſcripſit *l.* 26. §. 1. *C. d. uſur.* quædam item vetuit, non quia inhoneſta, ſed tanquam vigilanti creditori non neceſſaria, ut uſuras ſupra duplum *l.* 29. & *ult. C. de uſur.* quas vetus etiam lex Ægyptiorum prohibebat, auctore Diodor. *lib.* 1. *c.* 79, ut & anatociſmum, ſive uſuras uſurarum *l.* 27. *D. de re jud. l.* 20. *C. ex quib. cauſ. inf. l.* 28. *C. d. uſur.* de quibus tamen Cicero in Cilicia jus dicebat ex edicto *l.* V. *ad Attic. ep. ult.* eædem Athenis licitæ erant, nullamque infamiæ maculam inurebant, uti Salmaſ. *de modo uſur. p.* 65. ex Theophraſto, ex aliis Ill. Spanhem. ad Ariſtoph. *Nubes vſ.* 1155. probavit.

§. XII. Societas eſt damni & lucri ex conſenſu facta communicatio honeſta & juſta. Damni inquam & lucri, non vero ſortis: aperta enim foret iniquitas, ſi hæc inter ſocios particulares fieret communis, inprimis ſi alter ſolas operas contulit, illisque nihil acquiſivit: niſi forte opera æquet quantitatem pecuniæ, & alter v. gr. lanam conferat, alter ex ea pannos conficiat; tunc enim utriusque pars ſummæ ex eis redactæ erit æqualis: atque ita Cicero pro *Roſcio Comœdo c.* 10. (2) Communicatio lucri & damni juſta eſt, ſi fiat Geometrice, pro rata pecuniæ vel operæ collatæ *l.* 6. *l.* 80. *D. pro ſoc.* ſed aliud viſum fuit Connano *l.* VII. *c.* 19. *n.* 5. & Hubero *ad tit. Inſt. de ſociet.* quia *partes æquæ* ſint partes viriles & arithmetice æquales in §. 1. *Inſt.*

Digitized by Google

ſocietate, uti officii eſt fidem & induſtriam adhibere; ita ex illa intempeſtive & in fraudem ſocii diſcedi non debet. Cæterum ſocietate ſoluta quilibet poſt detractum lucrum aut damnum, quantum intulit, recipit. Quod ſi autem unus pecuniam aut rem, alter operam contulerit, videndum eſt, quo modo facta ſit collatio. Quando enim alterius opera tantum verſatur circa iſtius pecuniam aut rem tractandam aut diſtrahendam, partes lucri ita definiuntur, prout ſeſe pecuniæ aut rei emolumentum ad pretium operæ habet, & ſors ſalva eſt ac perit ei, qui contulit. Quando autem opera impenditur ad meliorandam rem ab altero collatam, iſte pro ratione meliorationis in ipſa quoque re partem habere intelligitur. Aſt ubi OMNIUM BONORUM ſocietas eſt inita, ſinguli ſocii, uti quæ lucrantur, fideliter conferre debent; ita contra ex communi maſſa pro ratione conditionis ſuæ ſinguli ſuſtentandi. Soluta autem ſocietate diviſio bonorum fit pro ratione eorum, quæ ſinguli in ſocietatem initio intulerunt; non attendendo, per cujus bona ſocietati lucrum aut damnum provenerit; niſi aliter ſit conventum.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 8.



*Inſt. & l.* 29. *D. eod.* Pariter ergo ac in communione bonorum, æquales conjugum ſunt portiones, licet inæqualis fuerit collatio, hic quoque lucrum inter ſocios, ſi aliud conventum non fuerit, æqualiter dividendum eſſe; quia, ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habet *l.* 63. *D. pro ſoc.* ac ſacra res eſt unitas & quædam fraternitas animorum, Quintilian. *decl.* 320. Sed æquior videtur eſſe Ariſtotelis ſententia *lib.* VIII. *Nicom. c.* 16. ut *plus accipiant, qui plus contulerunt*, & prout quisque ſementem fecit, ita ut metat. Bene etiam Grot. *l.* 11.

XIII. Contractus aleam continentes: Sponſio, ludus fortuitus, oila fortunæ aſſecuratio.

Dantur quoque complures CONTRACTUS, QUI ALEAM CONTINENT. Quos inter referre poſſis SPONSIONES, quando eventus alicujus, nondum utrinque notorii, exiſtentiam alter affirmat, alter negat, certo pretio utrinque depoſito, quod illi cedat, cujus aſſertioni eventus congruere deprehenſus fuerit. Huc pertinent omnia LUDORUM genera, in quibus aliquo pretio certatur. Inter quos tamen minus aleæ habent,

*de J. B. & P. c.* 12. §. 24. *n.* 3. æquas partes in *d. l.* 29. intelligi, ait, ſi quæ conferuntur ſunt æqualia, nec feriunt ipſum duæ rationes, quas B. Huberus ex Philoſophia civili opponit *lib.* II. *de J. civ. S.* 6. *c.* 4.

§. XIII. Sponſiones, quæ fiunt virtutis & ingenii exercendi cauſa, excellentibus viris uſitatæ fuerunt, earumque exempla ſatis laudata ſunt apud Herodotum & Scriptorem convivii ſeptem ſapientum, inter opera Plutarchi. Ludicras vero, quæ ex arte divinandi, vel ex mera curioſitate, aut ſpe prosperi eventus proficiscuntur, non valere, multis viſum fuit Theologis & Jurisconſultis; quos inter Molinæus *de uſur. n.* 79. & Stockmann. *deciſ. Brab.* 134. Quid quod ipſo jure Romano eas damnatas putet Wiſſenbach. *ad tit. D. de aleat.* §. 18. non cogitans, quod qui litem faciebat, adverſarium, tot locis apud Tullium, ſponſione provocabat, quodque Plinius *lib.* XXXIII. *c.* 4. annuli, ad ſponſiones exſilientis, meminit. Adde §. 6. *Inſt. l.* 108. *D. de verb. Obl. l.* 37. *D. de reb. cred.* Et revera ſponſio nihil alind eſt, quam ſtipulatio conditionalis, quæ, ſi de re adiaphora initur, nullam continet turpitudinem, ſed conſenſum habet indefinitum in utrumque eventum, qui omnem querelæ anſam excludit. Exempla ſunt apud Ciceron. *lib.* III. *de off. c.* 19. *lib.* VII. *ep.* 21. Asconium *in Verr.* III. Juven. *ſat.* XIV. 200. Martial *l.* XI. *ep.* I. Aliud vero obtinet, ſi (1) res inhoneſta, v. g. hauſtus major, cauſa ſponſionis fuerit *l.* 17. §. 5. *D. praſcr. verb.* aut luxus, ut Antonii & Cleopatræ apud Plin. *l.* IX. *Hiſt. nat. c.* 35. (2) Immodicæ exemplum eſt Jud. XIV. *vſ.* 13. quæ non magis erat ipſo jure nulla, quam prodiga donatio non fit irrita jure naturæ, auctore Grotio *l.* II. *de J. B. & P. c.* 5. §. 10. & *c.* XI. §. 9. Judex tamen ni-

bent, qui certamen ingenii, dexteritatis, ſolertiæ aut roboris continent. In quibusdam ingenium & alea pari vigore ſeſe exſerit. In aliis denique alea prædominatur. Etſi rectorum civitatis ſit diſpicere, quousque ex uſu publico aut ſingulorum ſit, ejusmodi contractus tolerari. Huc ſpectat LOTARIA, quando plures de re, quam collatitia pecunia emunt, poſt ſorte decernunt, cui ſoli ea tota debeat cedere. Item OL-

nimiam moderatur, (3) Sapienter lege civili aliquando omnis vis obligandi ei detrahitur, uti inter mercatores Amſtelodamenſes. (4) Illud Auctori noſtro & *hic* & *l.* v. *c.* 9. §. 4. haud eſt largiendum, certam alterius ſcientiam abeſſe debere: ſibi enim imputet, qui cum altero, de cujus ſcientiæ & correspondentiæ, ut ajunt, certitudine non erat certus in certamen descendit. vid. Cl. Barbeyrac. *du Jeu lib.* II. *c.* 2. §. 16. (II.) Alterum hujus §. membrum eſt de LUDIS, qui ſorte conſtant. Severiores in omnia eorum genera ſunt Souterius, Thierſius, Tramblæus & Buddeus *Theol. mor. p.* 2. *c.* 3. *ſect.* 5. §. 26. quibus favent magiſtri Judæorum, ex quorum ſcitis, quod alea quæſitum eſſet, furti nomine cenſebatur, auctore Seldeno *lib.* VI. *de jur. nat. c.* 11. Veriſimilius Placæus & Barbeyracus, ſingularibus de ludo libris, ut & Beyerus *ad tit. D. de aleat.* & *Themat ſel.* 11. *n.* 3. *ſeqq.* contenderunt, ludum fortunæ, vel artis, vel mixtum, licet actio vana ſit & ad turpem inclinans, tamen, ſi omnia adſint pacti requiſita, jure naturæ injuſtum aut illicitum non eſſe; quia continet alienationem conditionalem, & uterque in par periculum conſentit. Plane Athenienſes, in ipſo Sciradis Minervæ templo, aleam luſerunt, teſte Polluce *l.* IX. *c.* 7. & Romæ viri honeſtiſſimi, Cato, Cicero, Scævola & Auguſtus, animi recreandi gratia, ſimpliciter & γυμναστικῶς aliquando, diebus otio deſtinatis, luſiſſe feruntur, apud Plutarch. *in vita Caton.* Ciceron. *lib.* I. *de orat. c.* 50. Val. Max. *l.* VIII. *c.* 8. *n.* 2. Sueton. *Auguſt. c.* 71. & *Domit. c.* 21. Si vero (1) magna pars patrimonii, in fraudem liberorum, aleæ exponitur, recte Juvenalis *ſat.* I. *vſ.* 92. *furorem*, Cicero *improbum quæſtum* appellavit. (2) Peccarunt Germa-

Olla fortunæ, quando, dejecto in urnam certo teſſerarum ſeu ſchedularum numero inſcriptarum & inanium, pretio redimitur facultas easdem extrahendi, ita ut extrahens id accipiat, quod illarum inſcriptio præ ſe fert. Hiſce contractibus affinis eſt Assecuratio, ſeu contractus periculi avertendi & præſtandi, quo quis certa pecunia accepta in ſe ſuſcipit & præſtat pericula, quæ ſubituræ ſunt merces in alia lo-

mani & Hunni, qui extremo jactu de libertate contendebant. Tacit. *de Mor. Germ. c.* 24. & Ambroſ. *in Tobiam c.* 11. (3) Aleatores, lucri faciendi cauſa in ludo talario confidentes Tryphoninus in *l.* 225. *de V. S.* turpiſſimis juxta ac peſſimis hominibus jungit, ſicut Ariſtoteles, apud Andronicum *lib.* IV. *c.* 2. & Cicero *lib.* I. *ad Attic. ep.* 16. Iidem Romæ, & in aliis bene conſtitutis Rebuspublicis merito infamia ſunt notati, ac Cicero Philipp. II. *c.* 23. Denticulam, de alea condemnatum, quaſi infamem & nequiſſimum perſtringit. (4) Vehementer laudandæ ſunt leges civiles, quæ ad anſas doli mali, rixarum & blaſphemiæ præcidendas, & ad artes bonas promovendas, victori negant actionem in victum, & repetitionem ejus, quod ſolutum eſt, tanquam ex illicito negotio concedunt, *tit. D. & C. de Aleator.* Recte Cicero *lib.* I. *de Offic. c.* 29. *Ita a natura generati non ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur: ſed ad ſeveritatem potius, & ad quadam ſtudia graviora atque majora. Ludo autem & joco uti illo quidem licet: ſed ſicut ſomno & quietibus ceteris, tum cum gravibus ſeriisque rebus ſatisfecerimus.* (III.) Ad contractus, qui aleam continent, refertur etiam *Lotaria*, *Olla fortuna* & *Aſſecuratio.* Duos priores ingenioſus Auctor *artis cogit. p.* IV. *c. ult.* injuſtitiæ accuſavit, ſed vid. Clerici *Reflexions ſur les Loteries.* Aſſecuratio vero eſt conventio, rem exportandam ſalvam fore. Grotius *lib.* II. *c.* 12. §. 23. contractum *avertendi periculi* vocat, & in notis, apud Ciceronem & Suetonium, ejus veſtigia putat reperiri. At forte ante ſeculum XIV. vix ullum ejus verum exemplum occurrit. Requiſita & varias quæſtiones erudite Hertius excuſſit *lib.* I. *paræm.* 43. ubi ſimul reliquarum

ca transportandæ; ita ut ſi has interire contigerit, aſſecurator earundem pretium domino reſtituere teneatur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 9.

XIV. Contractus acceſſorii in ſecuritatem principalium. 1. Fidejuſſio.

Ad majorem firmitatem & ſecuritatem contractibus frequenter ſolent adjici Fidejussiones & Pignora. In fidejussione alius homo, qui creditori idoneus judicatur, principalis debitoris obligationem velut in ſubſidium in ſe ſuſcipit, ita ut niſi iſte ſolvat, hic ipſius vices ſubeat: ut tamen quod erogavit, a prin-

rum conventionum, quæ aleam continent, catalogum dedit §. 2.

§. XIV. Ex ſimplicitate naturali fidejuſſio verbis, literis & nudo conſenſu fieri poteſt: Romani vero ſtipulationem requiſiverunt, interrogato debitore; quia miſerabile eſt fidejuſſoris periculum, & hominis temerarii, uti Salomo Proverb. XVII. *v.* 18. Thales, Chilo, Epicharmus & alii, vulgato illo: *ſponde, noxa præſto eſt* monuere, apud Laert. *lib.* I. *n.* 73. & Auſon. Epigramm. *de dictis* VII. *Sap.* Tria illorum beneficia ipſa humanitas ſuaſit (1) *ordinis*; nam quia fidejuſſio eſt obligatio ſubſidiaria, creditor, ſalvo pudore ad ſponſorem venire non poteſt, quam ſi pateat, excuſſum debitorem principalem non eſſe ſolvendo. v. Ciceron. *lib.* XII. *ad Att. ep.* 15. & *lib.* XVI. *ep.* 14. Verum conſtitutionibus Principum Romæ facultas dari cœpit, conveniendi fidejuſſorem ante debitorem principalem; quia fidejuſſori plus fidei, quam debitori erat habitum, atque ita Hebræi Prov. XX. *vſ.* 26. & Germani apud Schilt. *Ex.* 48. §. 21. At diſplicuit hoc Papiniano, in *l.* 11. *D. de duob. reis.* & Juſtinianus jus antiquum reduxit, tanquam æquius, vel quod lites minuit, neque intereſt creditoris, a quo ſuum conſequatur. *Nov.* 4. (2) Beneficio *diviſionis* non indigent plures fidejuſſores, qui partes tantum viriles debent; ſed qui ſinguli in ſolidum ſpoſponderunt, & *duo rei promittendi* a Papiniano in *d. l. D.* 11. *de duob. reis*, elegantius *ejusdem pecuniæ rei*, in *l.* 82. §. *pen. D. de leg.* I. appellantur, ne totum ſol-

principali debitore ipſi refundi debeat. Etſi autem ad majorem ſummam fidejuſſor, quam debitor principalis teneri non poſſit, non tamen repugnat, iſtum, quam hunc, arctius teneri; quippe cum huic plus quam illi, fidei fuerit **habitum.** Naturaliter tamen principalis debitor prius, quam fidejuſſor eſt appellandus, niſi hic iſtius obligationem plane in ſe receperit; qui EXPROMISSOR vocari ſolet. Quod ſi plures pro uno fidejuſſerint, pro rata duntaxat erunt ſinguli conveniendi, niſi forte quis eorum ſolvendo non ſit, aut ejusdem conveniendi non detur facultas. Tunc enim reliqui hujus portione onerabuntur.

XV. J. N. & G. *l.* 5. *c.* 10. §. 9-11.

2. Pignus 3. hypotheca. Sæpe quoque ſolet creditori in ſecuritatem crediti tradi aut aſſignari à debitore certa quæpiam

ſolvant, gaudent hoc beneficio, ſi reliqui confidejuſſores ſunt præſentes & ſolvendo, ex epiſtola Hadriani in *l.* 26. *D. de fidejuſſ.* (3) Qui totum unus ſolvit, a reliquis partes poteſt repetere; quia illorum negotium geſſit, neque ceſſis actionibus præciſe eget, quum animus eas emendi facile præſumatur. V. *l.* 36. *D.* & *l.* 28. *C. de fidej.* (4) Similier fidejuſſit, Senatusconſultum Vellejanum, deſtituens naturalem obligationem, non tam pacto vim adimit, quam mulierem ejus facit conditionis, ne intercedendo pro alio obligetur. Verum Ampliſſ. van der Muelen *p.* 3. *de jur. pol. qu.* 21. eam in conſcientia non ſemper tutam eſſe putat. vid Huberus *de jure civ. lib.* 3. *ſect.* 1. *c.* 3. (5) Ut creditor, qui malitioſe differt actionem, confiſus bonis fidejuſſoris, compellatur ad agendum, æquum eſt, licet perperam vulgo *l.* 28. *D. de fidej.* eam in rem laudetur. At ut fidejuſſor, qui diu ſletit, debitori liberationem extorqueat, idoneam rationem non habet, nec fundamentum in *l.* 38. *pr. D. mand.*

§. XV. Pignus a pago, pigo, id eſt conjungo & figo, dictum, ſyllabarum ſono tantum ab hypotheca differt, ut Pentecoſte à Quinqua-

Digitized by Google

piam res, PIGNORIS aut HYPOTHECÆ nomine, quousque iſtud fuerit exſolutum. Cujus finis eſt non ſolum, ut debitor ad ſolvendum urgeatur deſiderio rei ſuæ recuperandæ: ſed & ut in promtu ſit, unde ſibi ſolvatur. Inde & regulariter pignora tanti aut majoris eſſe ſolent, quam ipſum debitum. Ceterum res, quæ pignori opponuntur, ſunt vel FRUCTUOSÆ, vel STERILES. Circa priores ſæpe adjici ſolet pactum ἀντιχρήσεως, ſeu ut creditor loco uſuræ fructus iſtius pignoris percipiat. Circa poſteriores autem LEX COMMISSORIA, ut nempe pignus cedat creditori, ubi intra certum tempus ſolutio non ſit facta. Id quod naturaliter iniquum non eſt, ubi pignus pluris non eſt, quam debitum, & uſura intermedii temporis, aut ſi quod excedit domino reſtituatur. Uti autem cre-

quageſima: tamen docendi cauſa, Pignus Jctis eſt contractus, quo res aliqua traditur creditori, propter crediti reſtituendi fidem. Hypotheca vero eſt pactio, qua aliquid a debitore obligatur, in crediti vicem. Utriusque formula longiorem in Jurisprudentia Romana tractatum habet, & peculiaria ſunt in lege forenſi Hebræorum Exodi XXII. *vſ.* 26. Deut. XXIV. *vſ.* 6. 10. Circa utrumque etiam pactum, pignori adjici ſolitum, fluctuat ratio, ut neceſſitas juris civilis vel in iis cognoſcatur.

(r) Pactum *ἀντιχρήσεως* olim erat rarius; quia in nulla lingua, Latina, Germanica, Belgica & Gallica vox reperitur, qua illud exprimamus. Sive autem illud expreſſe adjectum fuerit, ſive res fructuoſa ſimpliciter ſit pignori data, hoc actum videtur, ut creditori cedant fructus, qui ad rationes de illis reddendas ſe non obligavit. Romæ vero in pacto expreſſo, fructus certi redigebantur ad legitimum uſurarum modum; at ex fructibus paſcui vel agri, ſimpliciter pignori dati, creditori tantum licebat uſuras deducere, reliquos vero omnes, tanquam acceſſiones rei, reſtituere debebat. *l.* 1. & *l.* 3. *C. de pign.* nec ſatis ſcio, an recte Cujac. *l.* VIII. *obſ.*

creditor pignus ſolutione facta debet reſtituere: ita interea non minorem, quam propriis rebus, illi cuſtodiam debet: & ubi pactum antichreticum non acceſſerit, ſitque talis res, quæ uſu atteratur, aut ſi debitoris ullo modo interſit, invito hoc eadem uti non poteſt. Differt hypotheca à pignore, quod hoc conſtituatur rei traditione; hæc autem re non tradita conſtat nuda aſſignatione rei imprimis immobilis, ex qua ſolutione non facta creditor ſuo credito potiri queat.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 10. §. 13, 15.

**XVI. Contrahentium officia.** Cæterum quænam contrahentium ſint officia, ex fine & natura horum contractuum liquido adparet,

Cæ-

*obſ.* 17. tacitam antichreſin ex *l.* 8 *D. in quib. cauſ. pign. tac.* exſculpſerit. (2) Alterum pactum nomen accepit, quia debitor, intra certum tempus non ſolvens, committit, id eſt delinquit in legem contractus, ut ſupra §. 9. Ex ſimplicitate naturali debitor; tanquam dominus, rem ſuam ſub quavis conditione alienare poteſt. Is etiam pignus tanti æſtimans, quanti erat debitum, illud creditori vendidiſſe cenſetur; qui ſi alii rurſus eandem majori pretio vendat, ne quidem hyperocham reſtituet. Non inique igitur pactum hoc Romæ olim fuit probatum, uti ex Ciceronis *l.* III. *Epiſt.* 56. aliisque Jac. Gothofr. ad *l. un. C. Th. de lege commiſſ.* oſtendit; neque id hodie Danis, Suecis aliisque populis, qui jure Romano non utuntur, diſplicet. Conſtantinum vero, ut in *l. f. C. de pact. pign.* illud vetaret, movit, tum aſperitas temporis, qua populus Romanus laborabat, tum avaritia creditorum: pignora majoris pretii debitoribus egenis extorquentium, tum quod fini pignoris, modo uſurarum, humanitati & utilitati publicæ repugnare videbatur. Atque ideo jus Canonicum eum ſequitur *cap. 6. X. de pign.* & Feudale 1. *Feud.* 27.

Ca-

# Caput XVI.

## *Quibus modis ſolvantur Obligationes, quæ ex pactis oriuntur.*

### Summaria.

I. *Obligatio ſolvitur* 1. *expletione conventorum*,
II. 2. *compenſatione*,
III. 3. *condonatione*
IV. 4. *& mutuo diſſenſu.*
V. *Abrumpitur alterius perfidia.*
VI. *Exſpirat mutato ſtatu*,
VII. *Lapſo tempore*,
VIII. *Morte*
IX. *& delegatione.*

Grot. d. j. b. & p. *l.* 3. *c.* 19. §. 14-16.

Inter modos ſolvendi obligationes, ex pactis oriundas, quibusque adeo officia inde promanantia plane exſpirant, maxime naturalis eſt Expletio, aut ſolutio ejus, de quo fuit conventum. Ubi licet regulariter is, qui debet, ſolvere teneatur; tamen ſi præſtatio fiat ab alio nomine ejus, qui obligationem contraxit, hæc diſſolvitur; ſiquidem alias nihil interſit, abs quo expletio fiat. Ita tamen ut qui pro- I. Obligatio ex pacto ſolvitur expletione.

S

§. I. Omnes modi, quibus debitor vinctus ſolvitur, ſuæque libertati naturali reſtituitur, unico vocabulo ſolutionis comprehendi, vel ad ſatisfactionem, remiſſionem & exiſtentiam conditionis reduci poſſunt. Omnes vero pariunt exceptionem liberationis, ad excludendam intentionem ejus, qui ſine cauſa petit; unde *tit. D. de ſolutionibus & liberationibus* inſcribitur. Romani vero ſub-

pro altero animo non donandi ſolvit, ab hoc quod erogavit, repetere queat. Solvendum præterea ei cui debetur, aut quem hic delegavit, ut ipſius nomine debitum recipiat. Et denique illud ipſum præſtandum, aut ſolvendum, de quo conventum fuit: non aliud ejus loco, integrum, non mutilum, non pars duntaxat, non diviſum, loco itidem & tempore convento. Etſi ſæpe humanitas creditoris aut impotentia debitoris ſubigat terminum ſolutionis prorogare, aut diffindere, vel etiam aliud pro alio accipere.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 1-4.

II. Obligatio ſolvitur compenſatione. Tolluntur quoque obligationes Compensatione, quæ eſt crediti & debiti inter ſe contributio, ſeu quando debitor ideo liberatur, quia

ſubtilius *ipſo jure* liberationem contingere voluerunt, ſi cauſa debendi facto unius, vel utriusque, quod contrarium eſt illi facto, ex quo obligatio manarat, eſſet ſublata: *ope* autem *exceptionis* propoſitæ, ſi actio eſſet extincta, vel ex æquitate reſcindenda. Titius hæc mala ratione ſancita eſſe putat: ſed fidejuſſores, correi & pignora, ab eo tempore, quo liberatio ipſo jure contigerat, erant ſoluta, ceſſabant uſuræ, nec actor, à Prætore, repulſus, formulam aut judicem impetrabat. vid. Jac. Gothofred. *ad l.* 112. *de R. J.*

§. II. Alterum genus, quod creditum perimit, eſt, ſi penſata pecunia dicatur; quicquid enim promiſimus poteſt non præſtari, ſi res promiſſa tanti eſt, quanti res noſtra, quæ ſine cauſa eſt penes creditorem. Quod ſi enim, in ſtatu naturali, tantundem capere poſſumus à debitore moroſo, quam nobis debetur, multo magis, id quod penes nos eſt, retinere licet, etiam in ſtatu civili: id namque congruit communi hominum affectui, qui malunt non ſolvere, quam ſolutum repetere *l.* 3. *D. de compenſ.* Idem quoque utile eſt reip. quia malitiæ hominum occurrit, minuit ambages, nulli eſt invidioſa,

Digitized by Google

quia eidem ipſe creditor rem ejusdem generis, & quæ tantidem eſt, viciſſim liquido debet. Cum enim inprimis in rebus fungibilibus tantundem ſit idem; & vero ubi mutuum eſt debitum, mihi ſtatim tantundem eſſet reddendum, atque ipſe accepi: igitur declinandis inutilibus ſolutionibus commodiſſimum eſt utrumque ſuum retinendo ſolutione defungi. Patet autem compenſari proprie poſſe res fungibiles ejusdem generis, quarum ſolvendarum tempus præſens eſt, aut præteriit: non alias res aut præſtationes diverſæ naturæ: niſi forte illæ utrinque in ſui æſtimationem, ſeu in pecuniam reſolvantur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 5. 6.

Tollitur quoque obligatio CONDONATIONE ſeu remiſſione ejus, cui quid debebatur, & cujus intereſt obligationem fuiſſe expletam. Ea ſolet fieri vel expreſſe per adhibita ſigna conſen- III. Aut condonatione, ſeu expreſſa ſeu tacita:



ſum, nec ſinit fieri per plura, quod per pauca fieri poteſt. v. Grotius *l. II. de J. B. & P. c.* 7. §. 2. & *lib.* II. *c.* 19. §. 15. Prudenter vero Romani non in debito ſpecierum, aut diverſorum generum, vel præſtationum perſonalium, ſed tantum in quantitatibus ejusdem generis, ab utraque parte liquido debitis, compenſationem admiſerunt; quia illarum pretia, ſine prævia taxatione, ſunt certa. vide *l. f. C. de compens.* In ceteris vero ſeparabant actiones, ne formula confunderetur; vid. Seneca *lib.* VI. *d. benef. c.* 6 & 7.

§. III. Remittitur ſolutio (1) *expreſſe*, verbis aut litteris, quocunque modo conceptis: verum Romæ ſolennis ſtipulatio non niſi ſolennibus verbis contrariis acceptilationis tolli poterat; quæ tamen deinde, poſt formulam Aquilianam, *juris gentium* eſt facta *l.* 8. §. *f. de acceptil.* (2) *Tacite*, reddito vel cancellato chirographo, *l.* 2. §. 1. *D. de pact. l.* 82. §. 3. *D. de furt.* quamvis Romæ debitor ipſo jure tunc non liberaretur, ut creditori eſſet facultas, contrariam in-

ſenſum teſtantia; puta, data acceptilatione, redditis aut abolitis chirographis: vel tacite, ſi quis ipſe impediat, aut in cauſa ſit, quo minus, quod ſibi debetur, poſſit præſtari.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 7.

IV. Aut, re adhuc integra, mutuo diſſenſu.

Solent quoque ſolvi obligationes, quæ utriusque partis præſtatione conſtant, re adhuc integra; Mutuo dissensu; niſi leges poſitivæ id prohibuerint. Ubi autem ab altera parte jam quid ſit præſtitum, accedat oportet vel hujus condonatio, vel ut alia ratione id ſarciatur.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 8.

Paæ-

intentionem probandi *l.* 24. *D. de probat. l.* 14. *C. de ſolut.* Idem in combuſtis chirographis obtinet, quia actiones hominum ſanæ mentis ita ſunt explicandæ, ut effectum ſortiantur. Exemplum eſt apud Spartian. in *Hadrian. c.* 6. aliud habet Bayle in *Hadrien lit. H.*

§. IV. Caræ nobis eſſe debent regulæ juris, ab antiquo fonte naturæ petitæ, quam Juriſconſulti Romani inprimis rimati ſunt. Ait autem Ulpianus: Nihil *tam naturale* eſſe, quam eo genere unumquodque diſſolvi, quo colligatum eſt, in *l.* 35. *de R. J.* Hinc nudi conſenſus obligatio ſolo diſſenſu contrario diſſolvitur: modo (1) res adhuc ſit integra: nam ſi ab utraque parte reſtitutio ſit, novus magis contractus initur *l.* 2. & *l.* 5. *D. de reſc. vend.* (2) Non ſiat in fraudem tertii, cui jus ex illo contractu eſt quæſitum, v. gr. in pactis dotalibus. (3) Niſi lex diſſolutionem prohibeat; ſic matrimonium apud Hebræos & Romanos bona quidem gratia diſſolvi potuit, atque ideo divortium aliquando quaſi pro contractu, qui matrimonium diſtrahit, habetur. *l.* 5. §. 5. *D. de pact.* merito autem id diſplicuit rebusp. Chriſtianis, propter præceptum Servatoris, & ſcandala, quæ inde proficiſcuntur, v. *Nov.* 117. *c.* 10. A ſponſalibus autem, etiam de præſenti, mutuo diſſenſu recedere licet; quamvis plerique diſſentiant, quos Brouwerus *de jur. conn. l.* 1. *c.* 25. & Stryckius *de diſſenſu ſponſ. ſect.* 3. bene confutarunt.

§. 5.

Digitized by Google

V. Abrumpitur obligatio alterius perfidia.

Præterea non tam ſolvitur, quam ABRUMPITUR obligatio alterius partis PERFIDIA. Quando enim unus non præſtat, de quo eſt conventum, neque alter tenetur præſtare, quod intuitu iſtius præſtationis in ſe recepit. Nam capita præſtandorum in pactis priora poſterioribus inſunt per modum conditionis, quaſi ita dictum foret, præſtabo, ſi tu præſtiteris prius.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 9.

VI. Exſpirat mutato ſtatu in quo fundatur.

Exſpirant quoque obligationes, quando STATUM, in quo eæ tum unice fundabantur, MUTAVERIT vel ille, qui præſtare, vel is, cui præſtari debebat.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 10.



§. V. Licebit omnino id quod promiſimus non præſtare, ſine perfidiæ nota, ſi alter nobis non præſtat, quod debebat; nam eventus oſtendit, nullam eſſe obligationem, quæ ſub conditione mutui implementi erat contracta. Exemplum eſt in *l.* 13. §. 8. *D. de act. empt.* ubi venditori rem licet, velut pignus, retinere; donec ſibi pretium ſolvatur. Ratio, hic allata, a Grotio deſumta eſt, *l.* III. *de J. B. & P. c.* 19. §. 14. [2] Abrumpitur autem obligatio tantum in eo pacto, in quo perfidia eſt commiſſa, non in aliis, cum eodem perfido celebratis. (3) Perfidus non præciſe eſt dimittendus, ſed in arbitrio eſt alterius, an perfidiam acceptare, & quod dedit condicere, an vero perfidum mediis competentibus conſtringere velit. Securitas enim & jus exigendi, ex obligatione translatum, tollit facultatem pœnitendi & conſilium ſuum in alterius injuriam mutandi. *Sicut enim initio libera poteſtas unicuique eſt habendi, vel non habendi contractus, ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, adverſario non conſentiente, nemo poteſt*, ajunt Impp. in *l.* 5. *C. de obl. & act.*

§. VI. Omnis obligatio tacitam habet conditionem, ſi contrahentes maneant in eodem ſtatu & cauſa *l.* 38. *D. de ſolut.* Exempla ſunt in manumiſſis, bannitis, emancipatis, tutoribus, &c. qui depoſita conditione, vel mu-

VII. *Aut lapſo tempore, à quo ſuſpenſa fuit:*

Ipſo TEMPORE exſpirant obligationes, quarum duratio à puncto aliquo temporis ſuſpenſa fuit; niſi expreſſa aut tacita partium conventione illa prorogata fuerit. Neceſſum eſt tamen, ut intra illud tempus facultas exigendi obligationem extiterit.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 11.

VIII. *Morte ejus, in cujus perſona radicata:*

apud Barbeyracium est IX

MORTE denique ſolvuntur obligationes in perſona alicujus radicatæ. Subjecto quippe ſublato accidentia quoque extingui neceſſum eſt. Sæpe tamen in ſuperſtitibus defunctorum obligatio continuatur. Idque vel quia ſuperſtes ex officio pietatis, aut alias ob rationes defuncti obligationes explendas in ſe ſuſcepit; vel quia ex

munere priſtino, ad ſpecialia non amplius obligantur, licet generalis obligatio ſæpe duret.

§. VII. Tempus per ſe tantum eſt quantitas durationis (1), extra res & hominum actiones poſita, quæ ſui natura vim tollendæ obligationis nullam habet; ſi vero induciæ vel reſcripta moratoria ad certum diem alligantur, voluntas contrahentium facit, ut poſt eum terminum ſtatus ille quietus ceſſet: neque tunc promiſſio extinguitur, quæ nunquam ultra illud tempus erat facta. (2) Romani in judiciis bonæ fidei, v. c. in locatione ad tempus contracta, ipſi hoc agnoverunt: verum in judiciis ſtricti juris doli exceptione repellendus erat, qui ultra tempus contra placita ſibi aliquid arrogaret §. 3. *Inſt. de Verb. oblig. l.* 4. *pr. D. de ſervit. l.* 44. §. 1. *D. de oblig.* Non ergo opus eſt, ut cum Titio dicamus, hoc jus *malis rationibus inniti*: vel cum Cl. Gundlingio *p. v. obſ.* 4. ex Stoica Juriſconſultorum Philoſophia hujus rei rationem repetamus.

§. VIII. Morte tolluntur obligationes, quæ in perſona creditoris, propter verba pacti, vel ob negotii indolem ſunt radicatæ. Hinc matrimonium non tranſit ad heredes, neque promiſſio gratuita, *donec vivam*, neque obligatio ad factum perſonale, ex cauſa benefica, ut mandatum, multo minus pœna

ex defuncti bonis obligationi erat ſatisfaciendum, quæ cum iſto onere in hæredem tranſierunt.

J. N. & G. *l. 5. c.* 11. §. 12.

IX. Delegatione per ſubſtitutum debitorem.

Per Delegationem ſubſtituit quis creditori ſuo conſentienti debitorem ſuum, ut hic loco ipſius debitum ſuum exſolvat. Ubi creditoris quidem conſenſus requiritur, non autem tertii iſtius debitoris, quem etiam ignarum & invitum alteri volenti delegare poſ-



na corporis afflictiva, quia malum illud paſſionis eſt ex merito perſonali, & ſenſum ipſius delinquentis afficere debet, ut emendetur *l.* 38. *D. de R. J.* Ex *commentitio jure* Paulus repetit in *l.* 20. *D. de pœnis* (2) Obligationes vero, quæ rei præſtationem continent, & ex bonis poſſunt adimpleri, ad heredem & in heredem tranſeunt, *v. gr.* obligationes dandi, ex contractu oneroſo vel benefico, ad certum tempus inito *l.* 13. *C. de contr. ſtip.* item obligationes ex delicto, quatenus damni perſecutionem continent, ut turpia lucra heredibus extorqueantur *l.* 16. *D. quod met. cauſ. l.* 44. *d. R. J.* denique obligatio ad pœnam pecuniariam, poſt litem conteſtatam: quia heres novo conſenſu, expreſſo vel tacito, defuncti obligationes activas & paſſivas in ſe recepit *l.* 157. §. *f. de R. J.*

§. IX. Bene Hertius ad Opus Majus *lib.* v. *c.* 11. §. 13. obſervat, delegationem confundi cum ceſſione nominis, quæ interſe differunt multis modis, quamvis a jure Romano abſtrahamus, cui diſcrimina omnia tribuit Cl. Gundling. in *via ad ius Nat. c.* 22. §. 104. At vero (1) cedere eſt jus noſtrum relinquere, & ab eo abſcedere in gratiam alterius. Delegare vero eſt cum novatione aſſignare *l.* 8. *C. de novat.* & quam pecuniam ipſi ſolvere debebamus, per alium ſolvi jubere Cic. *lib.* XII. *ad Att. ep.* 3. & Joh. Frid. Gronov. *l.* 1. *Obſ.* 16. (2) Delegans ſolvit per expromiſſorem, a creditore acceptatum, & liberatur; neque bis idem a duobus exigi poteſt: ceſſio autem non tollit obligationem debitoris, ſed jus crediti transfert in ceſſionarium. (4) Cedens non ſemperliberatur, ſi nomen

ſum. Nam nihil intereſt, utri quis ſolvat: multum autem, à quo quis debitum exigat.

I. N. & G. *l.* 5. *c.* 11. §. 13.

men minus idoneum ceſſit *l.* 4. *D. de hered. vel act.* Verum ut ille apud Martialem ajebat, vinum tu bonum facies bibendo, ita creditor verum & bonum nomen facit; approbando debitorem delegatum *l.* 26. §. 2. *D mand.*
(5) Ceſſio debitori ceſſo non nocet, dum ſalvas retinet ſuas exceptiones; delegatio vero ſimpliciter obſtringit debitorem delegatum.

## CAPUT XVII.

## *De Interpretatione.*

SUMMARIA.

I. *Regulæ bonæ interpretationis.*
II. *Verba popularia accipienda uſu populari,*
III. *vocabula artium ſecundum definitiones.*
IV. *In ambiguis aut pugnantibus locus eſt conjecturis,*
V. *quæ petuntur a ſubſtrata materia,*
VI. *effectu*
VII. *& conjunctis.*
VIII. *Lex explicanda ex ratione legis.*
IX. *Favorabilia extendenda, odioſa reſtringenda.*
X. *Aliæ regulæ interpretationis extenſivæ,*
XI. *& reſtrictivæ, ex originario defectu voluntatis*
XII. *& caſu emergente, voluntati adverſo.*
XIII. *In colliſione plurium legum, quænam præferenda?*

GROT. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 16.

I. Officio ſervit recta verbo- ITA quidem eſt, ut neque in illis, quæ imperio injunguntur, quis ulterius obligetur, quam hic voluit; neque ad quæ quis ultro ſeſe

rum interpretatio.

ſeſe adſtringit, ulterius teneatur, quam ipſe voluit. Quia tamen de voluntate hominis alter homo judicare non poteſt, niſi ex actibus & ſignis in ſenſus incurrentibus; inde demum IN ID QUILIBET OBLIGARI IN FORO HUMANO CENSETUR, QUOD RECTA SIGNORUM INTERPRETATIO SUGGERIT. Unde tam ad leges, quam ad pacta rite intelligenda, & exinde officio explendo plurimum prodeſt REGULAS BONÆ INTERPRETATIONIS, CIRCA VERBA potiſſimum, tanquam communiſſimum ſignum, conſtitui.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 1, 4.

§. Nullæ ſunt tabulæ juris naturæ, quæ recipiant interpretationem, aut ea indigeant; lex enim illa communis eſt, in publicis mundi & naturalibus tabulis ſcripta: quicquid vero obſcuritatis occurrit, a noſtra imbecillitate, vel negligentia oritur. In applicatione vero hujus juris ad facta, ut & in legibus civilibus, teſtamentis & contractibus explicandis, opus eſt conjecturis, per quas voluntatem, re vel verbis obſcurius declaratam, probabilem in modum, declaremus, extendamus vel reſtringamus. Regulæ, quas nonnulli hunc in finem cumularunt, nimiæ ſunt, magnam quoque partem obſcuræ, & vim perdunt, ſi ad ſpeciem dubiam applicentur. Neque veteres Juriſconſulti aut Philoſophi eas in ordinem redegerunt, unde miſera Jurisprudentiæ fuit conditio, tempore Panziroli, uti ex *lib. ejus* 11. *de Clar. legum interpret. c.* 6. patet. Primus operæ pretium fecit Grotius *l.* 11. *de J. B. & P. c.* 16. qui & regulas ibi propoſitas ad ſpecies pulchras applicavit, *lib.* 111. *c.* 20. §. 11. & *c.* 21. §. 14. Ejus veſtigia preſſit Pufendorfius in *Op. Major. l.* v. *c.* 12. Latius autem progreſſus eſt celeb. Thomaſius *l.* 11. *Jurispr. div. c.* 12. Neceſſitas hujus doctrinæ patebit, vel ex Phædro *lib.* 1v. *fab.* 4. & Marq. Frehero *in Sylva deciſ. areopagit* Utilitas ejus ex eo liquet, quod ſcire leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, *l.* 17. *D. de LL.*

De

Digitized by Google

**II.** *Verba popularia accipienda populari uſu:*

De VERBIS POPULARIBUS hæc eſt regula : Verba regulariter intelligenda ſunt in proprio ſuo & famoſo ſignificatu, quem ipſis impoſuit non tam proprietas aut derivationis conformitas, quam popularis uſus; quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 3.

**III.** *Vocabula artium juxta definitiones.*

VOCABULA ARTIUM explicanda ſunt ſecundum definitiones prudentum cujusque artis. Quod ſi vocabula artium à diverſis diverſimo-

mo-

§. II. Controverſiæ oriuntur vel ex commiſſione juris ſtricti cum æquitate, vel ex ſcripto dictove ambiguo vel obſcuro. *In obſcuro ſermone quæritur, quid dictum ſit, in ambiguo, utrum hoc an illud*, ait Quintil. *lib.* VII. *Inſt. orat. c.* 10. Si in verbis eſt obſcuritas, aut mens diſſentit a verbis, vel ſcripta ſibi ſunt contraria, Auctor primo proponit regulam generalem in §. 2. dein ſpeciales §. 3. ad 7. tandem ſpecialiſſimas, inde a §. 8. usque ad finem. Regula *generalis* eſt, quod homo ſanæ mentis vulgarem vocis uſum, qui in regione ab omnibus frequentatur, uſurpaſſe cenſendus ſit, propter rationes, ſupra *c.* x. §. 2. allatas : uſus namque ſermonis inter homines periret, ſi quilibet ſenſus inuſitatos ſibi pro lubitu fingere, & reſervationes mentales adhibete poſſet. Non igitur ad vocis etymologiam, neque ad antiquam ejus ſignificationem, nec ad analogiam confugere poterit, qui aliquem tyrannum vel latronem appellaſſet; quia uſus verborum eſt dominus, & ſermo, pariter ac nummus, publicam formam habet, quam ne princeps quidem, aliter loquendo, mutare poteſt. Idem quoque confirmant Juriſconſulti, in *l.* 50. §. *f. D. de leg.* 1. *l.* 69. *de leg.* 3. & *l.* 34. *de R. J.* Quod de verbis diximus, idem de factis eſt habendum.

§. III. Quod dixit in §. *præced.* ita eſt accipiendum, niſi fortiores conjecturæ ducant alio. Hinc regula *ſpecialis* ſequitur, quod ſermo loquentis in illo ſignificatu accipiendus ſit, quem artis ejusdem periti adhibere ſolent. Aliter enim Chymici, Philoſophi, venatores & fabri terminis technicis utuntur, quam alii : aliter vo-

lu-

Digitized by Google

mode definiantur, ad lites præſcindendas facit, popularibus verbis exprimere, quid per eam vocem intelligamus.

J. N. & G. *l.* 4. *c.* 12. §. 4.

Conjecturis autem ad eruendum genuinum ſenſum opus eſt, ſi vel verba ſimplicia, aut verborum complexio, ſint ambigua; aut ſi partes quædam orationis ſibi invicem videantur repugnare, ut tamen dextra explicatione

IV. Conjecturæ locus in ambiguis aut pugnantibus.

luptuoſus vocem amoris explicat, quam Ethicus. Jurisconſulti majeſtatem, parricidium, ſuum heredem aliter, quam Grammatici interpretantur, uti Politianus expertus eſt. Militum denique eſt definire, quis ſit juſtus exercitus, aut quot naves ad claſſem requirantur. vid. Grotius *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 16. §. 3. & *lib.* III. *c.* 20. §. 23. (2) Quod de artis peritis hic traditur, idem quoque ad cujusvis conſuetudinem loquendi ſingularem pertinet, nam illa *ante omnia* eſt inſpicienda, monente Ulpiano in *l.* 50. §. 3. *D. de leg.* I. & Marciano in *l.* 96. *de R. J.* Hinc ſub veſte ſua muliebri legata, ea muliebris non comprehenditur, qua teſtator tanquam virili uſus erat *l.* 33. *D. de auro & arg.* & contra proprietatem vocis ſequimur, ſi quis veſtem, quæcunque muliebris eſſet, ſibi ſtipulatus ſit, ut illa muliebris etiam contineatur, qua promiſſor, tanquam virili uſus fuerat *l.* 110. §. 1. *D. d. V. O.* vid. Præfat. ad *tom.* II. *Theſ. jur. civ. pag.* 2.

§. IV. Omnis quidem interpretatio innititur conjecturis, ſed ſi de verbis conſtat, non autem de mente, ex circumſtantiis, extra verba poſitis, conjecturæ aſſumuntur. Enimvero quia tot ſunt vocabula, quæ plures interpretationes recipiunt, ambiguitas oriri poteſt, vel ex vocibus ſingulis, uti *jus*, *gallus*, *juriſdictio*; vel ex conſtructione, aut locatione verborum vitioſa; vel ſi commata & cola ſunt omiſſa; vel ex verbis indefinitis contrahentium aut teſtatoris. Exempla ſunt in *l.* 52. §. 7. *D. de leg.* 3. *l.* 9. *D. de alim. & cit.* apud Fabium *lib.* IV. *c.* 17. & Gellium *lib.* IX. *c.* 12. Variæ de hac ambigui ſermonis, quæ Græcis ἀμφιβολία dicitur, reſolutione, ſunt regu-

gu-

ne adhibita conciliari invicem poſſint. Nam ubi certa & manifeſta eſt repugnantia, poſterius derogabit prioribus.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 5, 6.

V. Conjectura ſormanda ex ſubſtrata materia: Conjecturæ voluntatis, rectique ſenſus in ſermone ambiguo aut intricato petuntur potiſſimum EX SUBSTRATA MATERIA, EX EFFECTU, & CONJUNCTIS. Circa MATERIAM hæc eſt regula: Verba regulariter ſunt intelligenda ſecundum ſubſtratam materiam. Nam ſemper illi, qui locutus eſt, materia, de qua ſermo inſti-

gulæ in *l.* 67. *l.* 85. 96. & 172. *de R. J.* Salvius etiam Julianus *de ambiguitatibus* ſingularem olim librum ſcripſit, ex quo legum quædam capita ſuperſunt. Rhetores quoque Græci & Quintilianus *lib.* VII. *Inſt. orat. c.* 9. reſolvendæ amphiboliæ rationes reddunt. (2) Si diverſitas ex ſcriptis contrariis oritur, ut ſi plura adſint teſtamenta, vel alia lex vetat, alia permittit, poſterior voluntas derogat priori: quia nemo uno tempore duo contraria potuit voluiſſe: & hæc eſt natura actuum, qui pendent a voluntate unius vel duorum, ut a priori ſententia diſcedi poſſit. *l. f. D. de conſt. Princ.* Livius *lib.* VII. *c.* 17. ex XII. Tabb. legem refert: *ut quod poſtremum populus juſſiſſet, id jus ratumque eſſet.* Sed hoc ita, ſi lex poſterior priorem *abrogat* omnino: ſi vero ei *derogat*, partem tollendo; vel *ſubrogat*, aliquid adjiciendo; vel *abrogat*, aliquid mutando, non novum eſt, ut priores leges ad poſteriores trahantur: *l.* 26. 27. 28. *D. de LL.*

§. V. Sequuntur nunc tres fontes, qui totidem regulas ſpeciales conſtituunt, ex quibus animi conjecturæ, extra verba aſſumtæ, petuntur. (1) Ex *ſubſtrata materia*, id eſt ex connexione rei, de qua loquimur, naturali cum verbis: nam quilibet talia prædicata cenſetur adſcribuiſſe, qualia a rei natura permittuntur. Exempla ſunt *in l.* 15. §. 4. *D. l.* 8. *C. locat. l.* 125. *D. de V. S.* Sic induciæ triginta dierum explicandæ ſunt de diebus viginti & quatuor horarum. *l.* 8. *D. de feriis.* In literis feudalibus vox *heredis* maſculum notat, & cum rem eandem alter, tanquam auctor, al-

Digitized by Google

ſtitutus eſt, ob oculos verſari præſumitur; ideoque ſemper ad eandem, ſententia verborum adtemperanda.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 7.

VI. Ex effectu & conſequentibus.

De EFFECTU & CONSEQUENTIBUS hæc eſt regula: Ubi verba crude & ſimpliciter accepta vel nullum, vel abſurdum aliquem effectum poſt ſe eſſent tractura, à receptiore ſenſu pauliſper deflectendum, quatenus nullitatis aut abſurditatis vitandæ neceſſitas requirit.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 8.

VII. Ex conjunctis, vel loco, vel origine.

Ex CONJUNCTIS validiſſimæ ſumuntur conjecturæ, quia regulariter quilibet ſibi conſtare præſumitur. CONJUNCTA ſunt vel LOCO vel TANTUM ORIGINE. De prioribus hæc eſt regu-

alter, tanquam emtor, ſibi aſſerere poſſit; vox *mei* & *tui* aliquando ſumitur pro eo, quod a nobis eſt productum: unde cavillatio Martialis *lib.* 1. *ep.* 30. & *l.* 11. *ep.* 20.

*Carmina Paullus emit, recitat ſua carmina Paullus:*
*Nam quod emas, poſſis dicere jure tuum.*

§. VI. Alter fons eſt ab *effectu* & *conſequentibus*: nam quia homines ratione præditi, finem reſpiciunt, & nihil fruſtra, illegitime vel abſurde agere vel imperare voluiſſe cenſentur, hinc eorum verba ambigua ita ſunt explicanda, ut vitio careant & abſurditas vitetur *l.* 19. *D. de LL.* Eleganter hoc tractavit Cicero pro Cæcina, & Ulpian in *l.* 1. §. 17. *D. de vi & vi arm.* ſic qui venam ſecuit in platea, legis, quæ ſanguinem ibi effundi vetat, non eſt reus. (2) ut negotium in tuto ſit & ſubſiſtat, *l.* 12. *D. de reb. dub. l.* 80. *D. de V. O. l.* 16. *pr. D. ad Sct. Treb. l.* 67. & 172. *de R. J.* (3) ut conveniat legibus *l.* 15. *D. de condit. inſt.* (4) benigniora prælata eſſe cenſentur, durioribus *l.* 9. *de R. J.* ibique Jacob. Gothofredus. (5) Videndum, quo jure civitas retro in hujusmodi caſibus uſa ſir: optima enim eſt legum interpres conſuetudo *l.* 37. & 38. *D de LL.*

§. VII. Tertius fons conjecturarum ſumitur a *conjunctis* (1) *loco*, unde antece-

gula: Si ſenſus in ejusdem ſermonis loco aliquando plane & perſpicue ſit expreſſus, obſcuriores locutiones ex illis planis ſunt interpretandæ. Cui vicina eſt altera. In omni ſermone interpretando accurate ad antecedentia & conſequentia eſt attendendum, quibus interjecta attemperari & reſpondere præſumuntur. De poſterioribus autem iſta habetur regula: Unius & ejusdem hominis obſcurum dictum interpretandum eſt ex ipſius dictis clarioribus, licet alio tempore & loco prolatis; niſi manifeſte adpareat, ipſum ſententiam mutaſſe.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 9.

VIII. Senſus legis eruitur ex ratione legis.

Plurimum quoque prodeſt ad verum ſenſum inveſtigandum, in legibus cumprimis, inſpice-

cedentia & conſequentia ſunt conferenda: nam ſicut ex avulſo ſtatuæ capite aut membro non poſſumus congruentiam & æqvalitatem deprehendere, ita *incivile eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare*, ait Celſus in *l.* 24, *D. de LL.* Duo exempla ejusmodi legum dedit Rad. Forner. *l.* III. *rer. quot. c.* 13. *in l.* 3. *D. de reg. Caton.* & *l.* 17. *D. de jure patron.* alia duo ſunt in *l.* 1. *D. quod quisque jur.* & *l.* 1. *D. de poſtul.* alia ex materia de legatis, ad *l.* 1. *D. de reb. dub. l. ult.* §. *ult. D. de trit. vino* (Cujac. *l.* VIII. *obſ.* 25. illuſtravit. (2) a conjunctis *origine*, hinc loca parallela ejusdem ſcriptoris ſunt conferenda, ut Caji *l.* 6. *D. de transact.* cum ejusdem *l.* 1. §. 1. *D. teſtam. quemadm. ap.* & Ulpiani *l. f. D. de teſt. mil.* cum pleniore *l. un. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* (3) interpretatio eſt facienda, quæ convenit intentioni ſcribentis; uti *l.* 19. *de V. S.* ex edicto de minoribus explicatur. (4) Non inutile, in legum ſingularum explicatione, eſt diſtichon Matthæi Gribaldi Mophæ, viri, è Socini quidem ſchola, ſed elegantis ingenii, *de methodo & ratione ſtudendi l.* 1. *c.* 13. quod Forſterus *de Jur. interpret.* ſigillatim illuſtrat:

*Præmitto, ſcindo, ſummo, caſumque figuro,*
*Perlego, do cauſas, connoto & objicio.*

§. VIII. Quia lex nulla ſertur

cere rationem legis, ſeu cauſam & reſpectum illum, qui ad legem ferendam latorem moverit; inprimis ubi conſtat, unicam eam legis rationem fuiſſe. De qua hæc regula eſt: Illa interpretatio legis eſt ſequenda, quæ rationi legis congruit; & contra rejicienda, quæ ab eadem diſcrepat. Item, ceſſante ratione legis unica & adæquata, ceſſat ipſa lex. Verum ubi plures ejusdem legis fuerint rationes, non ſtatim una ceſſante tota lex ceſſat; cum reliquæ rationes ad ejus vim ſuſtinendam ſufficere poſſint. Sæpe quoque ſola voluntas legiſlatoris ſufficit, utut ratio legis ſubjectos lateat.

J. N. & G *l.* 5. *c.* 12. §. 10.

Ob-

tur ſine ratione, igitur inter regulas interpretandi, quæ nunc ſequuntur, *ſpecialiſſimas*, primum locum illa tenet, quod lex quælibet ita eſt explicanda, ut rationi & intentioni legiſlatoris ſatisfiat; hæc enim illius anima, radix & mater eſt. Diſtinguendi autem ſunt (1 prætextus à ratione vera; v. g. in data omnibus, in orbe Romano habitantibus, a Caracalla civitate. (2. Non ſtatim ceſſante ratione particulari ceſſat lex; ſed ſi omnes rationes in univerſum ceſſant: ſic impubes ingenii præcocis teſtari non poteſt; minori, etſi rem ſuam bene gerenti, adminiſtratio bonorum non committitur *l.* 1. §. 3. *D. de minor.* (3. JCtis in explicatione legum attendenda eſt earum ratio; at obligatio à ſubditis ideo non poteſt ſuſpendi, quod rationem legiſlatoris ignorant. (4 Huc pertinent famoſæ illæ *l.* 20. & 21. *D. de legib.* ad quas multi, velut ad ignorantiæ aſylum, confugiunt; cum minime nos deterreant ab inveſtigandis legum rationibus, ſed vetent nos uſque eo curioſos eſſe, ut ea ſpernamus, quorum ratio nos fugit. v. c. *l.* 18. *C. de tranſact.* v. Forner. *lib.* 111. *Rer. quot. c.* 23. Plane in arte juris practica plerumque topicæ rationes veteribus Juriſconſultis, ſufficiunt, maxime ubi de jure recepto agunt: aliquando etiam veras regularum rationes, quas per manus acceperant, ignorarunt. Exempla collegit Cujacius *l.*

VIII.

Digitized by Google

IX. Obſervandum præterea eſt, multa vocabula habere plures una SIGNIFICATIONES, alteram LAXIOREM, alteram STRICTIOREM. Sed & aliam MATERIAM eſſe FAVORABILEM, aliam ODIOSAM, aliam MIXTAM. FAVORABILE eſt, quod utriuſque partis æqualem facit conditionem, quod communem utilitatem ſpectat, quod pacem promovet, &c. ODIOSUM eſt, quod unam duntaxat partem, aut unam magis quam alteram gravat, quod pœnam in ſe continet, quod actum reddit irritum, aut priora immutat, quod bellum promovet. MIXTUM eſt, v. g. ſi quod priora quidem immutet, ſed pacis tamen cauſa. De iſtis hæc regula: Favorabilia latius, Odioſa ſtrictius interpretanda.

Favorabilia latius, odioſa ſtrictius interpretanda.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 11-13.

VIII. *obſer.* 12. *lib.* XVII. *obſer.* 15. & Noodt. *lib.* I. *obſ.* 2.

§. IX. Hæc diſtinctio, a Grotio quoque propoſita *lib.* II. c. 16. §. 10. parum utilis eſt, & certo fundamento deſtituitur. Vix enim poteſt definiri, quid ſit favorabile, vel odioſum: unde Auctor exemplis contentus eſt. In jure quidem civili libertas, dos & teſtamenta habent favorem; contra ſervitus, ſecundæ nuptiæ & pœnæ odioſæ dicuntur *l.* 20. 56. 85. & 179. *de R. J. l.* 11. 16. *&* 41. *D. de Pœn.* Fateor etiam natura res alias aliis eſſe optabiles magis, vel averſabiles, & in dubio pro libertate pronunciandum eſſe, quia naturalis obligatio jubet inter omnes ſervari æqualitatem. Rectius tamen (1 ad affectum illorum, a quibus ejusmodi negotia pendent, ut legiſlatorum, paciſcentium & teſtantium interpretatio illa laxior refertur; ſic durior v. gr. eſt cauſa petitoris, qui lucrum facturus eſt; quoniam iniquum poſtulare videtur ab eo, cui poſſeſſio pro cauſa eſt, *l.* 33. *de. R. J.* (2) Omnia negotia licita ſui natura ſunt indifferentia, & quod uni prodeſt, alteri nocet: foret autem abſurdum, eandem rem ſimul late & ſtricte explicare. v. Ill. Thomas. *l.* II. *Juriſpr. divin. c.* 12. §. 159. *& ſeqq.* (3) Nimis difficile eſt diſcernere non odioſa, ſeu

Dan- odio

Dantur quoque conjecturæ aliunde, quam ex verbis ortæ, quæ efficiunt, ut INTERPRETATIO quandoque ſit EXTENDENDA, quandoque COARCTANDA. Etſi facilius dentur rationes, quæ ſuadent interpretationem coarctari, quam extendi. Poteſt igitur lex ad caſum, qui in lege non exprimitur, extendi, ſi conſtet, rationem, quæ in illum caſum quadrat, unicam fuiſſe, quæ legiſlatorem moverit, eamque ab ipſo conſideratam fuiſſe in ſua generalitate, & ut æquipollentes quoque caſus complecteretur. Sed & extendi lex debet ad illos caſus, qui in fraudem legis ab hominibus prave ſolertibus inveniuntur.

X. Interpretatio quando-que extendenda venit;

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 17. 18.

T Ut

dio & favore mixta à mere odioſis: hinc communiter benignius leges interpretandæ ſunt, & rapienda occaſio, quæ præbet benignius reſponſum *l.* 18. *D. de L.L.* (4 Non placet Grotii doctrina, pacta favorabilia in dubio realia eſſe, odioſa vero perſonalia: id quod vel ſola ratio Pedii in *l.* 7. §. 8. *D. de pact.* refutet.

§. X. Haud aliud argumentum cum tanto periculo eſt conjunctum, quam iſtud de extenſione legum & pactorum: nam Paulus olim Ariſtonem & Pedium, in *l.* 83. §. 1. & 5. *D. de verb. obl.* ob temerariam extenſionem reprehendit. Plauſtra regularum congeſſit Barthol. Cæpolla *de juris interpret. extenſiva*: ſed ſimplicius dicendum eſt, ea quorum ſimilis eſt ratio, vel æqua conſtitutio, quæve ad utilitatem reipublicæ tendunt, ad ſimilia facile proferri, licet ſint correctoria vel pœnalia *l.* 10. *&* *ſeqq. D. de legib.* v. gr. ſi femina in feudum non ſuccedit, non etiam mas, ex ea natus. Cuſanam evehere non licet, non etiam oves. Alia vide in *l.* 32. *D. ad. Leg. Aquil.* *l.* 16. *D. de Sponſal.* *l.* 60. §. 5. *D. de ritu nupt.* *l. f. C. de conſtit. pecun.* *&* *l.* 5. *C. de bon. quæ lib.* (2 Locus etiam eſt extenſioni, ſi legi, in illis, quæ fieri noluit, ſed fieri non vetuit, fraus fiat, commutatione rerum, perſonarum, contractuum, vel modi contrahendi, uti Accurſius notat & Muretus

exem-

XI. Sæpe reſtringenda, ex originario defectu voluntatis;

Ut autem verba generaliter poſita RESTRINGANTUR, contingit aut ex DEFECTU VOLUNTATIS ORIGINARIO, aut ex CASUS EMERGENTIS CUM VOLUNTATE REPUGNANTIA. Quod aliquis ab initio quid noluiſſe præſumatur, intelligitur: I. Ex ABSURDO, quod alias inde ſequeretur; id quod nemo ſanus voluiſſe judicatur. Inde verba generalia ſunt reſtringenda, in quantum alias abſurditas inde erat emerſura. II. Ex DEFECTU RATIONIS, quæ unice ipſius voluntatem movit. Inde ſub generali locutione non comprehenduntur caſus, in quos ratio legis unica & adæquata non quadrat. III. Ex DEFECTU MATERIÆ, de qua ſemper is, qui loquitur, cogitaſſe cenſetur. Inde & ad eandem verba generalia ſemper ſunt adtemperanda.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 19. 20.

XII. Aut ex caſu emergente, adverſo voluntati.

Quod autem caſus, qui poſtea emergit, cum voluntate ejus, qui aliquid conſtituit, pugnet; id

exemplis illuſtrat, ad l. 30. *D. de LL.*

§. XI. Nihil cauſæ eſt, cur duos, cum Grotio *d. l.* §. 22. interpretationis reſtrictivæ faciamus fontes; nam licet Titius aliique fruſtra criminentur, quod juſta hic non occurrat oppoſitio, brevius tamen dici poteſt, reſtrictioni dari locum, ubi deficit voluntas in legiſlatore aut paciſcente; defectus vero inter alia ex tribus circumſtantiis hic allatis colligitur. Quemodum jus *in cauſa*, ideſt facto, poſitum eſſe, dixit Alphenus in *l.* 52. §. 2. *D. ad l. Aquil.* & jus *ex re* conſtituendum, ait Martianus in *l.* 1. §. 3. *D. ad leg. Corn. de ſic.* Exempla colligere quam multa nihil negotii eſt. v. c. in generali hypotheca *l.* 6. *D. de pignor.* in cauſis exheredationis, revocandæ donationis, & quicquid contra rationem juris, propter neceſſitatem vel utilitatem v. gr. in teſtamento militis, vel condictione furtiva receptum eſt, ad conſequentias produci non debet. *l.* 14. & 15. *D. de LL. l.* 141. & 162. *de R. J.*

§. XII. De æquitate jam ſupra

id deprehenditur vel ex naturali ratione, vel ex aliquo signo voluntatis. Prius contingit, ſi ab æquitate foret diſcedendum, niſi certi caſus ab generali lege eximerentur, Eſt quippe Æquitas correctio ejus, in quo lex deficit

T 2

ſupra egimus, cum Auctore *cap.* 11. §. 10. hic autem non ingratum erit, alia quædam attuliſſe: nam plus nimio verum eſt illud Celſi adoleſcentis in *l.* 91. §. 3. *D. de V. O. Plerumque in quæſtione de bono & æquo, ſub auctoritate juris ſcientiæ pernicioſe errari.* Ut ergo rem teneamus (1) cautio eſt, ne æquitatem cum interpretatione reſtrictiva confundamus; quæ plane differunt: nam illa eſt dictamen juris naturalis, hæc autem eſt habitus voluntatis, quo rigor juris perfecti, ex regulis honeſti mitigatur vel exaſperatur. (2) In omnibus quidem, maxime tamen in jure interpretando æquitatem ſpectari debere, ait Paulus in *l.* 90. *de R. J.* Cum enim actiones hominum ſint infinitæ, & ſingulæ fere regula indigeant, lex vero finita eſſe debeat, & tanquam norma univerſalis, de illis, quæ ut plurimum fiunt, diſponere, *l.* 3. *l.* 4. *l.* 8. *l.* 10. *l.* 12. *D. de LL.* hinc ea neceſſario manca fieret & imperfecta, niſi exciperentur rariora, quæ mens legiſlatoris non comprehendit, & ni ſupplerentur, quæ verba legis anguſta non continent. Exempli cauſa: lex eſt, ut qui muros tranſcenderit capite puniatur *l. ult. D. de rer. div.* at ſi viri fortes ſe demittendo per muros urbem liberarunt, æquitas facit, ut honore & præmiis afficiantur. (3) Fallitur Auctor, quod officium æquitatis in ſolo temperamento juſtitiæ ponit: nam ex Grotii *diſſert. de æquit.* jam ſupra *d.* §. 10. oſtendimus, juſtitiam, ex ampliore æquitate exaſperari, & pœnam ad ſimilia extendi poſſe; quia æquitas paribus in cauſis paria jura deſiderat. v. *l.* 4. §. *f. D. ad L. Jul. pecul.* (4) Multum intereſt, ad merum jus gentium, an ad jus civile & utilitatem civitatis æquitas referatur, ut monuit Tryphoninus in *l.* 31. *D. depoſ.* v. c. in Senatusconſulto Macedoniano, ſi pecunia, mutuo data, adhuc ſalva eſt in peculio filiifamilias. (5) In legibus non duris, intrinſecæ æquitatis rationem judex habere debet *l.* 11. & 13. *D. de LL. l.* 8. *C. de judic.* Extrinſecam vero ſolus ſibi princeps reſervat *l.* 1. *C. d. LL.* & v. gr. duritiem legis Juliæ in *l.* 12.

*D.*

ficit ob univerſalitatem. Quia enim non omnes caſus prævideri, nec ob infinitam varietatem exprimi poſſunt; ideo quando generalia verba ad ſpeciales caſus ſunt adplicanda, eximendi ſunt illi caſus, quos exemturus fuerat ipſe legiſlator, ſi ſuper tali caſu conſultus fuiſſet. Ad iſthanc tamen æquitatem decurrere non licet, niſi ſufficientia indicia ſubigant. Inter quæ certiſſimum eſt, ſi adpareat, violatum iri legem naturalem, ubi preſſe quis literam legis humanæ ſequi velit. Proximum ab hoc, ſi non quidem illicitum ſit verba legis ſequi: ſed tamen rem humaniter æſtimanti id nimis videatur grave & intolerabile, ſive in univerſum omnibus hominibus, ſive certis perſonis; aut ſi finis tanti non videatur, qui tam care ſit redimendus.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 21, 22.

XIII. Quæ lex, ſi utrique nequit ſatisfieri, præferenda?

Denique & ab univerſali locutione facienda eſt

*D. qui & a quib.* moderatur in *l.* 32. *C. de adult.* Tacit *l.* XIV. *Annal. c.* 42. (1) Jus continet regulam, a legiſlatore præſcriptam; æquitas ſuggerit exceptionem, quæ, tanquam naturalis juſtitia, nobiſcum naſcitur & actiones infringit *l.* 12. *D. de doli exc. l.* 66. *de R. J.* (7) illud continet jus merum, vafrum & callidum; hæc vero humana & facilis rem temperat, ne leges calumniam patiantur *l. pen. D. ad exhib. l.* 85. §. *f. de R. J.* Cicero *Philipp.* IX. c. 5. admirabilem Servii Sulpicii, in legibus æquitate interpretandis, ſcientiam fuiſſe, aìt, *cum non magis juris, quam juſtitiæ conſultus eſſet, & jus civile ad æquitatem referret.*

§. XIII. Connexio hujus §. ex præcedente eſt petenda, voce *ſigno voluntatis*, qua de re ſupra *ad* §. XI. Regulæ vero, ex Grotio *lib.* II. *de J. B. et. P. c.* 16. §. 29. hic propoſitæ, recte ſe habent, quamvis priores ſub una quarta potuiſſent comprehendi. Videamus ſingulas. (1) Lex fortior eſt, quæ imperat

eſt exceptio, ſi verba alio loco poſita cum præſenti lege aut pacto non quidem directe pugnant; ſed propter certam temporis circumſtantiam heic & nunc ſimul obſervari nequeunt. Heic igitur certæ ſunt obſervandæ regulæ, ut intelligi poſſit, QUÆNAM LEX IN CASU, UBI UTRIQUE SIMUL SATISFIERI NEQUIT, PRÆFERRI DEBEAT. I. Id quod permittitur tantum, cedit ei, quod jubetur. II. Quod faciendum eſt certo tempore, præfertur ei, quod quovis tempore fieri poteſt. III. Affirmativum præceptum cedit negativo; ſeu quando præcepto affirmativo ſatisfieri nequit, niſi violato præcepto negativo, iſtius impletio erit in præſens omittenda. IV. Inter conventiones, legesque cætera æquales, peculiaris præfertur generali. v. g. Inter duas præſtationes, certo temporis articulo invicem colliſas, quarum una cauſas magis honeſtas aut utiles, quam altera

 habet,

perat aut vetat, quam quæ permittit; quià juſſui ineſt neceſſitas, tollens libertatem; permiſſio vero liberum relinquit arbitrium, aliquid faciendi vel non faciendi. Ita permiſſa eſt manumiſſio, ſed non in fraudem creditorum. aliud in *l.* 3. *D. de ſep. viol.* (2) Quod certo tempore faciendum eſt, præfertur ei, quod quovis tempore fieri poteſt: uti bos die Sabbathi ex fovea trahendus eſt, & omnia fieri poſſunt, quæ prætermiſſa nocerent, *ne occaſione momenti pereat commoditas, cœleſti proviſione conceſſa*, *l.* 3. *C. de feriis.* v. Lucæ XIII. vſ. 15. Virgil *l.* 1. *Georg. vſ.* 268. & Macrob. *lib.* 1. *ſat.* 16. (3) Affirmativum præceptum cedit negativo; quia prius fit impoſſibile. v. g. vox juris gentium eſt, ſolve quod debes, ante igitur debitum eſt ſolvendum, quam beneficia conferantur. (4) Lex ſpecialis poſterior præfertur antecedenti legi generali; ut ſi altera jubet, ut cives tempore tumultus ſint armati in foro; altera prior vetet, die feriato armatos in foro conſpici. In toto enim jure generi per ſpeciem derogatur *l.* 41. *D. de Pœn.* Si ve-

to

habet, hanc iſti cedere par fuerit. VI. Injuratum pactum cedit jurato, quando utrique ſimul ſatisfieri nequit. VII. Obligationi perfectæ cedit imperfecta. VIII. Lex beneficentiæ, cæteris paribus, cedit legi gratitudinis.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 12. §. 23.

ro lex ſpecialis præcedit, frequentius eſt, ut per generalem ſequentem tollatur. (5) In colliſione legum ſequimur magis honeſtam, utilem & neceſſariam v. c. quæ Dei honorem, noſtri tutelam, proximi amorem, vel patriæ ſalutem magis conſervat, ſecundum gradus officiorum, v. *l.* 35. *D. de religios.* (1) Si alteri aliquid jurato, alteri aliud ſimpliciter promiſi, nec utrique, propter caſum improviſum, ſatisfacere poſſum, jurata promiſſio eſt adimplenda. Non ſane, quod Titius & Barbeyraccius ſugillant, Auctor accipiendus eſt, ſi duobus res eadem, aut ſi uni duæ res diverſo tempore promiſſæ ſunt: nam illo caſu prior ſponſa præfertur poſteriori, licet huic fides ſit jurato data; hoc autem caſu, poſterius pactum vincit prius, licet juratum. (7 Aliæ quoque regulæ addi poſſent, ex materia de colliſione legum fluentes, ſed omnes fere huc redeunt: Maximam eſſe regulam, quæ ad res maximas pertinet, & Deo magis auſcultandum, quam hominibus, *Act.* IV. *vſ.* 19. Vid Hertius *de colliſione legum* & Robert. Scharrok. in *hypotypoſi Ethica pag.* 396. *ſeqq.* ubi indicem ejus rei criticum omnibus utilem dedit.

S A-

# SAMUELIS PUFENDORFII DE OFFICIO HOMINIS ET CIVIS

## LIBER SECUNDUS,

### Caput I.

### *De Statu Hominum Naturali.*

Summaria.

I. *Officia ex diverſo ſtatu reſultantia.*
II. *Status naturalis.*
III. *conſideratur in relatione ad Deum,*
IV. *nos ipſos*
V. *& alios.*
VI. *Spectatur vel per fictionem, vel ut revera eſt.*
VII. *Verus paulatim obtinere cœpit.*
VIII. *Eſt ſtatus libertatis & æqualitatis,*
IX. *ſed graviſſimis incommodis expoſitus.*
X. *Controverſiæ in eo quomodo dirimendæ?*
XI. *Amicitia in hoc ſtatu parum firma.*



Digitized by Google

Conf. GROT d. J. B. & P. *l.* 2, *c.* 23. §. 6-8.

I. Officia ex diverſo ſtatu oriunda.

PROXIMUM eſt, ut inquiramus de illis OFFICIIS, quæ homini obeunda incumbunt EX DIVERSO STATU, in quo in vita communi degere deprehenditur. Vocamus autem STATUM in genere illam conditionem, in qua homines conſtituti intelliguntur, ad certum genus actionum obeundum. Quem etiam peculiaria fere jura comitantur.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 1.

STATUS hominum eſt vel NATURALIS, vel ADVENTITIUS. NATURALIS TRIPLICI MODO conſiderari, ſolo prælucente rationis lumine, poteſt, vel in ordine AD DEUM CREATOREM, vel in ordine SINGULORUM HOMINUM AD SEIPSOS, vel in ordine AD ALIOS HOMINES.

Conf. *dict.* §. 1.

PRIOR

§. I. Hactenus de officio hominis, nunc officia civis, pro diverſo ſtatu, ſequuntur. Vox *ſtatus* a Phyſicis eſt petita: quemadmodum enim illi ſubſtantias in ſuo ſtatu operari dicunt; ſic homines etiam, in ſpatio morali conſiderati, diverſis juribus gaudent, quæ illos, ut umbra corpus, comitantur: ex eo variis quoque obligationibus, mariti, parentes, domini & cives ſunt obnoxii. Latini adventitiam illam hominum conditionem *perſonam*, ſive larvam appellant, unde titulus *de jure perſonarum.*

§. II. Statum, in quo homo per ipſam nativitatem conſtitutus concipitur, quemque non a lege, nec ſponte ſua ſuſcepit, poſt Grotium *lib.* 11. *c.* 7. §. 27. Hobbeſius & Auctor, in diſſert. *de ſtatu hominis naturali*, naturalem appellavit: nam veteres quoque naturalia vocant, quæ ſine facto hominis exiſtunt, ut *φύσει δοῦλοι*, *natura ſervi* Ariſtotelis *lib.* 1. *Pol.* 3. & agri *naturam* eſſe, ait Ulpianus, inferiori ſervire *l.* 1. §. *ult.* *D. de aqua & aqu. pluv.* deni-

III. Vel in ordine ad Deum Creatorem;

PRIORI MODO conſideratus naturalis ſtatus hominis eſt illa conditio, in qua à Creatore eſt conſtitutus, dum eximium præ cæteris animal eundem eſſe voluit. Ex quo ſtatu fluit, quod homo debeat auctorem ſui agnoſcere, colere, & ipſius opera admirari; ac diverſa plane ratione à brutis vitam ſuam exigere. Inde & ei ſtatui OPPONITUR VITA ET CONDITIO BRUTORUM.

Conf. J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 9.

IV. Vel in ordine ſingulorum ad ſeipſos;

ALTERO MODO ſtatum hominis naturalem conſiderare poſſumus, *quatenus homo per nativitatem in eum pervenit*, *vere miſerum ſcilicet*, ſi animo fingamus, qualis ejuſdem conditio futura eſſet, ſi quilibet ſibi ſoli relictus foret, ſine ullo adminiculo ab aliis hominibus accedente, & quidem poſita illa naturæ humanæ conditione, qualis jam deprehenditur. Quæ ſane miſerior, quam cujusvis belluæ, videtur futura fuiſſe, ſi expendatur, quanta cum debilitate in hunc mundum jam egrediatur homo, peritu-



nique Stoici σχίσιν, id eſt affectionem dividunt in naturalem & accerſitam, apud Arrianum *lib.* II. *c.* 14. Alias ſtatus naturalis varie in ſcholis Philoſophorum & Theologorum ſumitur; ſed noſter triplici modo eum conſiderat, ſolus autem tertius in §. 5. hujus eſt loci.

§. III. Omnes homines, ratione præditi, in ordine ad Deum, improprie quidem dici poſſunt vivere in ſtatu naturali, ſi ordinem naturæ in actionibus ſequuntur, neque inſtar brutorum affectibus indulgent, nec Sodomiam aliaque peccata contra naturam committunt. Ejusmodi autem conſideratio humanitatis, huc non pertinet, ubi de origine civitatis quæritur, & rectius officia erga Deum ex ſtatu religioſitatis petita ſunt *lib.* I. *c.* 4.

§. IV. Status ſolitudinis, ſociali oppoſitus, non male naturalis dici poteſt: verum is

rus ſtatim ſine aliorum auxilio: & quam rudem ſit vitam idem exacturus, ſi nihil aliud cuique adeſſet, quam quod propriis viribus, ingenioque debeat. Quin potius quod ex tanta imbecillitate adoleſcere potuimus, quod infinitis jam commoditatibus fruimur, quod animum corpuſque in noſtrum & aliorum uſum excoluimus, id omne ab auxilio aliorum hominum provenit. Et in hoc ſenſu ſtatus naturalis OPPONITUR VITÆ PER INDUSTRIAM HOMINUM EXCULTÆ.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 2.

V. Vel denique in ordine ad alios homines.

TERTIO MODO ſtatum hominis naturalem conſideramus, prout intelliguntur homines ſeſe invicem habere ex nuda illa & communi cognatione, quæ ex ſimilitudine naturæ, ante pactum aliquod aut factum humanum, quo peculiariter unus alteri redditus fuit obſtrictus. Quo ſenſu in ſtatu naturali invicem vivere dicuntur, qui neque communem habent dominum, & quorum unus alteri non eſt ſubjectus, quique inter ſe neque beneficio neque injuria ſunt

is rurſus hujus non eſt loci, nec hodie, præterquam in illis occurrit, qui naufragio in inſulam vacuam deferuntur; ceterorum vero, quia ſupra *lib.* 1. *c.* 3. §. 3. jam propſita ſunt, inutilis hic eſt repetitio.

§. V. Hæc conſideratio ſola ſufficit, qua ſtatus naturalis omni adventitio, maxime autem civili, opponitur. Deſcribi poteſt conditio hominum, inter ſe æqualium, in qua per ipſam nativitatem, abſtrahendo ab inventis hominum & corpore civitatis ſunt conſtituti. Atque in hoc ſtatu hodie vivunt (1) Reſpublicæ, ut perſonæ morales conſideratæ, & capita civitatum. (2) Subditi, ſi civitas in anarchiam delapſa, & nullus nulli in nullo paret. [3] Si quis per tempeſtatem in vacuam inſu-

Digitized by Google

ſunt cogniti. Quo ſenſu ſtatus naturalis OPPONITUR STATUI CIVILI.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 5. 11.

VI. Hic ſpectari poteſt vel fictus vel verus.

Hujus porro naturalis ſtatus indoles conſiderari poteſt, vel prout PER FICTIONEM repræſentatur, vel prout REVERA exiſtit. Prius fit, ſi vel concipiamus ab initio aliquam multitudinem hominum ſimul exſtitiſſe, ſine ulla unius ab altero dependentia; uti de Cadmeis fratribus in fabulis eſt: vel ſi fingamus totum genus humanum jam ita diſſolutum eſſe, ut quilibet ſeipſum ſeorſim gubernaret, & nemo ulli alio eſſet vinculo conjunctus, quam ſimilitudine naturæ. Sed ſtatus naturalis, qui revera exiſtit, id habet, ut quis cum aliquibus hominibus peculiari ſocietate jungatur; cum reliquis autem

ſulam fuerit ejectus. (4) Nautæ diverſarum civitatum, in oceano contrahentes, vel injuria ſeſe lædentes.

§. VI. Ab Hobbeſio *de cive c.* 8. §. 1. fictio illa eſt deſumta, qui, ut miſerias ſtatus naturalis repræſentaret, ait: *conſideremus homines, tanquam ſi eſſent ſubito e terra, fungorum more, exorti & adulti, ſine omni unius ad alterum obligatione.* nec impietatis idcirco eum accuſamus; quia Philoſophi eſt *ὑποτίθεσθαι*, & intra rationis ſibi ſoli relictæ, gyros continere. Sed ut controverſias, propter hanc fictionem motas, evitemus, præſtat illam auctori ſuo relinquere; quia non multum facit ad officiorum fundamenta & *φιλανθρωπίαν* explicandam, aut ſtructuram corporum civilium liquidius cognoſcendam; eadem quoque ab ethnicis eſt deſumta, qui primos homines, velut e terra enatos, & beſtias meras deſcripſere. Cicero *lib.* 1. *de invent. pr. Fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum modo vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant &c.* At nos Chriſtiani, certiora de origine hominum edocti, ab illa hypotheſi, ſacræ Scripturæ contraria, merito abſtinemus; præſertim quia ipſe Auctor ſtatum naturalem, proprie ita dictum,

tem omnibus nihil præter ſpeciem humanam obtineat commune, nec alio nomine quidquam ipſis debeat. Qualis ſtatus jam inter diverſas civitates ac cives diverſarum rerumpublicarum exiſtit, & quondam inter patresfamilias ſegreges obtinebat.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 4.

VII. Verus paulatim obtinere cœpit: Manifeſtum quippe eſt, univerſum genus humanum nunquam ſimul & ſemel in ſtatu naturali exſtitiſſe. Qui enim ex protoplaſtis geniti erant, ex quibus quidquid eſt mortalium originem ducit, prout divinæ tradunt Scripturæ, eidem poteſtati patriæ ſubjecti erant. Neque tamen eo minus poſtea ſtatus hicce naturalis inter quosdam homines emerſit. Nam primi mortalium, ut orbem adhuc vaſtum implerent, & laxiorem ſibi ſuisque pecoribus habitationem quærerent, relictis laribus paternis in diverſa diſceſſerunt, ſuamque ſibi fere ſinguli mares familiam conſtituerunt. Inter quorum poſteros itidem ſeſe diſpergentes, peculiare cognationis vinculum, & ortus inde affectus, paulatim exolevit, & commune tantum illud, ex ſimilitudine naturæ reſultans, remanſit. Donec poſtea,

ctum, ex intentione Dei, non eſſe ſtatum ſolitudinis, ſed ſocialem fatetur, *lib.* 11. *c.* 2. §. 5. *fin.* de Cadmeis fratribus videatur Statius Thebaid. VIII. *vſ.* 601.

§. VII. Dividitur vulgo ſtatus naturalis in univerſalem & particularem: at prior ille nunquam extitit, ſed ex conceptu gentilium fluxit, qui ſuo tantum ratiocinio ducebantur, ut Lucretius *lib.* V. *vſ.* 923. Diodor. Sicul. *lib.* I. *c.* 8. aliique, unde & merito hic rejicitur. Particularis vero olim inter ſegreges familias fuit, genere humano nondum multiplicato; ut tamen liberi immaturæ ætatis, in poteſtate patrum, & ſervi in poteſtate dominorum fuerint; ſed patribus mortuis nexus ille ſol-

ſtea, cum genus humanum inſigniter fuiſſet multiplicatum, deprehenſis vitæ ſegregis incommodis, paulatim proximi quique cohabitantes in civitates coivere, minores primo, dein majores, ex pluribus minoribus ultro aut per vim coalitis. Quas inter civitates, utpote nullo alio, quam communis humanitatis vinculo junctas, ſtatus naturalis utique adhuc exiſtit.

*dict.* §. 4.

Eorum autem, qui in ſtatu naturali vivunt, hoc eſt præcipuum jus, quod nemini præterquam Deo ſint ſubjecti atque obnoxii. Quo reſpectu etiam ille ſtatus nomine LIBERTATIS NATURALIS venit; per quam quilibet citra antegreſſum factum humanum ſui juris poteſtatisque, ac nullius hominis imperio ſubjectus eſſe intelligitur. Quo ipſo etiam quivis cuivis alteri, cui neque ipſe ſubjectus eſt, neque eundem ſibi ſubjectum habet, ÆQUALIS cenſetur. Cum por-

VIII. Status naturalis eſt ſtatus libertatis & æqualitatis;

ſolvebatur; etiam filii, illis vivis, novas ſedes quærentes, mox iterum in ſtatu naturali, cum ceteris patribusfamilias vivebant: ſed hodie domus illæ, ſeorſim agentes, tantum non ubique redactæ ſunt ſub ditionem rerumpublicarum.

§. VIII. Duo præcipue jura ex ſtatu naturali, civili oppoſito, reſultant (1) *libertas* agendi quicquid legibus naturalibus & divinis non eſt vetitum: ſeu privatio ſervitutis publicæ & privatæ, propter quam pœnis humanis non obnoxii, nemini, niſi Deo, actionum ſuarum rationes reddere debent. (2) *Æqualitas*, ex illa libertate deſcendens, quæ facit, ut æqualia omnibus jura competant, niſi conventio aut vetus poſſeſſio obſtet. *Quod jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt*, ait Ulpianus *l.* 32. *D. de R. J.* Huc etiam pertinet quod Arioviſtus Cæſaris legatis *lib.* 1. *de B. Gall. c.* 24. maſcule reſpondebat: *ſi quid ipſi a* Ca-

porro homini lumen rationis ſit inſitum, quo prælucente actiones ſuas temperare poſſit; conſequitur, quemlibet, qui in naturali libertate vivit, in regundis ſuis actionibus à nullo mortalium dependere; ſed ex proprio judicio atque arbitrio omnia, quæ ſanæ rationi congruunt, agendi habere poteſtatem. Et cum homo ob communem inclinationem, omnibus animantibus inſitam, non poſſit non ad conſeruationem ſui corporis vitæque, nec non ad diſpellenda ea, quæ eandem deſtruere videntur, omnibus modis incumbere, mediaque ad eum finem adhibere; & vero in ſtatu naturali nemo habeat alterum hominem ſuperiorem, cui voluntatem, judiciumque ſuum ſubmiſerit, inde in eo ſtatu quilibet ex proprio judicio definit de aptitudine mediorum, an ad conſervationem ſui conducant, nec ne. Nam ſi vel maxime alterius conſilium audiat, penes ipſum tamen eſt, an velit alienum conſilium probare vel non. Ut

*Cæſare opus eſſet, ſeſe ad eum venturum: ſi quid ille ſe velit, illum ad ſe venire oportere.* Quod ſi ergo pares ut pares non tractentur, omnia dat, qui juſta negat, & gladio ſuum vindicare licet. (3) Utrumque ſecus eſt in ſtatu adventitio familiæ & civitatis, ubi juſſa domeſtica & leges regum poſitivæ ſervitutem quandam & relationem inæqualem inter liberos & parentes, dominos & ſervos, imperantes & ſubditos inducunt. (4) Ceterum recte Auctor in verbis *quæ ſanæ rationi congruunt*, & in fine in vocibus: *dictamen rectæ rationis*, temperat licentiam ſtatus naturalis Hobbeſianam, quæ juſtitiam & injuſtitiam natura non agnoſcit, ſed injuriam in pacti violatione ponit. Tolerari poſſet hæc doctrina, ſi de eo, quod in ſtatu naturali impune fit, accipiatur, nec aliam Malmesburienſis mentem fuiſſe, contendit Cl. Gundlingius, in *ſtatu naturali Hobbeſii ex l. 5. de J. & J. defenſo*: verum occurrunt loca, maxime in ejus Leviathan *c.* 13. ex quibus concludas, ſtatum hoſtilem a

Ut tamen iſthæc propria ſui gubernatio recte ſeſe habeat, requiritur, ut ea juxta dictamen rectæ rationis, legemque naturalem ſuſcipiatur.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 1. §. 3.

IX. Status naturalis gravissimis incommodis expoſitus.

Status naturalis, utut libertatis nomine, & immunitatis ab omni ſubjectione inſigniter blandiatur; idem tamen, antequam ab hominibus in civitates fuerit conceſſum, plurima habet adjuncta INCOMMODA; ſive fingamus omnes & ſingulos in eo exiſtere, ſive conſideremus conditionem patrumfamilias ſegregum. Nam ſi animo concipias hominem, etiam adulta ætate, in hoc mundo deſtitutum ſolum, & ſine omnibus commodis & adminiculis, quibus vitam cultiorem & molliorem reddidit ſolertia hominum; videbis animal nudum, mutum, inops, famem radicibus & herbis, ſitim obvia aqua, injurias aëris antris utcunque diſpellens, feris beſtiis expoſitum, & ad cujusvis occurſum pavi-

a natura ei conſtitutum videri; cum tamen contradictionem implicet, poſitis pluribus jure ſibi æqualibus, jus omnibus in omnes & in omnia competere, nam alter eodem jure uti poſſet. v. Pufend. Op. maj. *lib.* 1. *c.* 7. §. 13. & diſſert. *de ſtatu hom. nat*, §. 10.

§. IX. Ut Hobbeſius ſtatum naturalem adeo hoſtilem depingeret, patriæ calamitas, ſub Carolo I. effecit; ſperabat enim, infelici illa temporum conditione depicta, fore ut natio ſapiens ſub unius imperio damna repararet. Nil autem cauſæ erat, cur Auctor, deſertis principiis illis horridis, floſculos oratorios, in odium ſtatus naturalis, & laudes ſtatus civilis, ex ejus *cive c.* 10. §. 1. hic pariter ac ſupra *lib.* 1. *c.* 3. §. 3. depromeret. Quamvis enim ſtatus civilis, per media humana, felicior fieri poſſit naturali; multa etiam utriusque ſtatus ſint diſcrimina, quæ Hertius in diſſert *de diff. jur. in ſtatu nat. & advent.* diligenter excuſſit; fruſtra tamen (1) de ſtatu ficto abſolutæ æqualitatis omnium ho-

Digitized by Google

vidum. Paulo cultior vita potuit eſſe inter eos, qui in familii ſegregibus degebant. Sed quæ tamen cum vita civili nullo modo comparari poterat, non tam ob indigentiam, quam inter coercitas cupiditates familia ſic ſatis videtur poſſe diſpellere, quam quod ſecuritati parum ibi ſit conſultum. Et ut in pauca rem conferamus, in ſtatu naturali quisque propriis tantum viribus protegitur; in civitate omnium: ibi fructus ab induſtria ſua nemini certus; heic omnibus: ibi imperium affectuum, bellum, metus, paupertas, fœditas, ſolitudo, barbaries, ignorantia, feritas; heic imperiam rationis, pax, ſecuritas, divitiæ, ornatus, ſocietas, elegantia, ſcilentiæ, benevolentia.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 2.

X. Controverſiæ in eo ortæ quomodo dirimendæ.

In ſtatu porro naturali, ſi vel quis alteri ultro non præſtet, quæ ex pacto debet, aut ſi injuriam intulit, aut ſi alias controverſiæ quid oriatur; nemo eſt, qui pro imperio alterum ad præſtandum debitum, reparandamve injuriam adi-

hominum ſumus ſolliciti, cum talis poſt lapſum non fuerit, niſi ad breve tempus, cum ſolus eſſet Adamus. (2) Status particularis ſegregum familiarum rudior & moleſtiis obnoxius, hodie ceſſat, magis vero fuit beatus, quam multarum nunc eſt conditio civitatum. [3] Incommoda ſtatus naturalis a vitiis hominum, non ab ipſo ſtatu ſunt repetenda, & eadem in ſtatu quoque civili nimis conſpiciuntur. (4) Denique licet civitates ſiut medicina quædam humanæ imperfectionis, ſtatus tamen naturalis libertatis & pacis a natura intendi videtur, quia ſocialis eſſe poterat, & civili ſtatui multorum civium longe eſt præferendus, uti Titius *h.* §. & Lockius tract. poſth. *de imp. civ.* pluribus monuerunt.

§. X. Illud etiam incommodum ſtatus naturalis addit Auctor, quod controverſiæ,

Digitized by Google

adigere, litemque decidere poſſit; uti in civitatibus, ubi judicis communis auxilium implorare datur. Quia tamen non ob quamvis cauſam natura in bellum ruere permittit, etiam ubi quis de juſtitia ſuæ causæ ampliter ſit perſuaſus: igitur prius tentandum, num molliori via res poſſit componi, disceptatione ſcilicet partium amica, & puro (non conditionato) compromiſſo, ſeu PROVOCATIONE AD ARBITROS. Qui arbitri æquos ſeſe utrique parti gerere debent, & in ferenda ſententia nihil odio aut gratiæ dare, ſed unice merita cauſæ reſpicere. Quam ob rationem etiam non ſolet quis capi arbiter in ea cauſa, in qua ipſi commodi, vel gloriæ peculiaris ſpes major adparet ex victoria unius partis, quam alterius; adeoque ubi ipſius intereſt alterum quocunque modo cauſam obtinere. Hinc & nullum pactum aut promiſſum intercedere debet inter arbitrum & partes, cujus vi pronunciare in gratiam alterius teneatur. Quod ſi arbiter neque ex communi partium confeſſione, neque ex certis inſtrumentis, aut indubiis rationibus & ſignis, quid in facto ſit, cognoſcere valeat, ex effatis TESTIUM id erit cogno-

V ſcen-

verſiæ, quas Principes prætentiones vocant, non judice, ſed Marte arbitro decidi debent; ut tamen non deficiant media amica lites illas componendi. *Omnia vero prius experiri, quam armis ſapientem decet*, ait Terentius. Huc pertinent (1) colloquia, ſi hoſtis nondum inſtet, & ſpatium deliberandi ſuperſit. (2) Si animi nimis ſint exulcerati, arbitros intervenire neceſſe eſt, qui non ſub conditione, ſi juſtam tulerint ſententiam, ſed puro compromiſſo conſtituantur. (3) Grotius *l.* II. *c.* 23. §. 9. addidit ſortem. Verum ſicut is, qui manifeſto læſus eſt, colloquium expetere aut exſpectare

ſcendum. Quos licet ad verum dicendum lex naturalis, & plerumque juramenti religio adſtringat: tutiſſimum tamen fuerit tales non admittere, qui erga alterutram partem ira ſunt affecti, ut conſcientiæ ipſorum cum gratia, odio vindictæ libidine, alioque violento animi motu, aut etiam arctiore quadam neceſſitudine ſit velut luctandum: quibus ſuperandis non omnibus ſat conſtantiæ eſt. Aliquando etiam per communium amicorum interpoſitionem lites tolluntur; quod merito inter ſanctiſſima officia habetur. Cæterum in hoc ſtatu exſecutionem, ubi ultro ab altero non præſtatur, quod debetur, ſibi quisque facit.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 13. tot

XI. Hominum amicitia in ſtatu naturali parum firma.

Quanquam autem natura ipſa inter homines aliquam cognationem eſſe voluerit, cujus vi nefas ſit alteri homini nocere, & potius fas ſit cuivis aliorum commodis ſeſe dispenſare: tamen inter eos, qui in naturali libertate invicem vivunt, hæc cognatio ſat debiles fere exſerit vires, ita ut quivis homo, qui non eſt noſter

civi

ctare non tenetur, quod ad vires colligendas ſæpe rogatur, ita mollior compromiſſi via potentioribus plerumque ſpernitur, quæ & in privatis culpatur in *l.* 56. §. 1. *D. de evict.* Denique ſors juſtum ab injuſto non diſtinguit, neque Deus revelavit, ſe forti illi aſſiſtere velle; hinc non niſi viribus utriusque bello exhauſtis, plerumque ad pacem & transactionem pervenitur.

§. XI. Recte, contra Hobbeſium, cognationem humani generis, in ſtatu naturali agnoſcit, quæ hominem homini inſidiari vetat; quamvis plerumque hic aut bellum ſit, aut belli præparatio, aut pax inſida, auctore Vellejo Pater. *l.* 1. *Hiſtor. c.* 12. Neque enim cognatio illa ſatis attenditur, propter facultatem & voluntatem nocendi, ex avaritia & ambitione progna-

Digitized by Google

civis, ſeu quicum in ſtatu naturali vivimus, non quidem pro hoſte, ſed tamen pro AMICO PARUM FIRMO ſit habendus. Cujus rei ratio eſt, quod homines non ſolum ſibi invicem maxime poſſint, ſed & variis de cauſis ſæpiſſime velint nocere Alios quippe pravitas ingenii, aut dominandi & ſuperflua habendi libido ad lædendos alios incitat; alii, modeſto licet ingenio, ſtudio ſe conſervandi, & ne ab aliis præveniantur, in arma ruunt. Multos ejusdem rei deſiderium, alios ingeniorum contentio committit. Inde in iſto ſtatu tantum non perpetuæ vigent ſuſpiciones, diffidentia, ſtudium aliorum vires ſubruendi, libido alios præveniendi, aut ex aliorum ruina vires ſuas augendi. Ergo uti probi eſt hominis, rebus ſuis contenti, alios non laceſſere, nec aliena adpetere: ita cauti eſt, ſuæque ſalutis amantis, ita omnes homines amicos credere, ut tamen iidem mox hoſtes fieri queant: ita pacem cum omnibus habere, quaſi quæ mox bello mutari poſſit. Qua de cauſa & felix habetur reſpubl., quæ etiam in pace de bello cogitat.

J. N. & G. *l.* 2. *c.* 2. §. 12.

V 2

tam, ad quam imperantes, in magna illa licentia, ſua ſponte invitantur. Maxime quia cognatio illa non tam valide jus adſtruit, quam Oratoribus declamandi argumentum præbet. vid. Cl. Treuerus ad *hunc* §.

Ca-

## Caput II.

# *De Officiis Conjugalibus.*

### Summaria.

| | |
|---|---|
| I. *Status adventitius* 1. *matrimonium*, | VI. *Matrimonium inſolubile eſt*, |
| II. *extra quod omnis libido vetita.* | VII. *permittitur quibuslibet*, |
| III. *Obligatio ad ineundum matrimonium.* | VIII. *niſi ſanguine aut affinitate nimis vicinis.* |
| IV. *Pacti conjugalis capita.* | IX. *Solemnia juris civilis ſunt.* |
| V. *Præſtantia monogamiæ.* | X. *Officia conjugum.* |

Grot. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 5. §. 1-16.

I. Status adventitius primus matrimonium.

Inter Status Adventitios, ſeu in quibus homo facto aliquo humano antecedente conſtituitur, primo loco venit Matrimonium. Quod ipſum etiam eſt primum velut ſpecimen vitæ ſocialis, ſimulque generis humani ſeminarium.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 1. §. 1, 2.

Cir-

§. I. Inter quatuor ſtatus adventitios, qui nunc ſequuntur, primus & ſimpliciſſimus eſt conjugalis, omnium reliquarum ſocietatum ſeminarium & amoris fundamentum. Cicero *lib.* 1. *de Offic. c.* 17. *Cum ſit hoc natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima ſocietas in ipſo conjugio eſt: proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia: id autem eſt principium urbis & quaſi ſeminarium reip.* Definiri poteſt matrimonium, conjunctio maris & fœminæ, ad procreandam & educandam ſobolem inita. Variæ circa illud quæſtiones, de divortio, inceſtu, polygamia, con-

Digitized by Google

Circa hoc initio conſtat, ardentem illam ſexuum inter ſe proclivitatem à ſapientiſſimo Creatore inſtitutam, non ad inanem voluptatem ſatiandam; quippe quæ unice ſpectata ſummam fœditatem & confuſionem in genere humano excitatura erat: ſed tum ut eo jucundior inter conjuges eſſet converſatio, tum ut eo lubentius homines propagationi ſobolis operam darent, ac moleſtias tolerarent, quæ iſtius ſuſceptionem atque educationem comitantur. Ex quo conſequitur, naturali legi repugnare omnem uſum membrorum genitalium, qui ab hiſce finibus abit. Quo nomine etiam vetita libido in di-

II. Extra hoc vetitum onne genus libidinis.

V 3

concubinatu & cœlibatu occurrunt difficiliores, partim quia principia juſti, honeſti & decori confunduntur, partim etiam ob præjudicium, vel ejus ſaltem concluſiones retentas, quod matrimonium ſit Sacramentum; cum tamen id fiat actibus externis, & mediis externis, ad finem externum tendat. vid. Stryckius de *reliquiis ſacram. in matrim.* juncto Gribnero *de illis, quæ perperam ad reliquias Sacram. referuntur.*

§. II. Stimuli, quos homo adultæ ætatis, ad alterum ſexum, cum brutis communes habet, internam quidem mentis quietem turbant, & ad indecoras actiones eum ſæpe impellunt; quinimo Democritus & Hippocrates concubitum cum morbo comitiali compararunt, apud Laertium *lib.* IX. & Gellium *lib.* XIX. *c.* 2. Deus autem eos nobis indidit, ut incitamenta eſſent honeſtæ propagationis, quæ finis primarius eſt matrimonii, ut ex Genes. I. *vſ.* 28. Matth. XIX. *vſ.* 5. & ex formula Romana *Liberorum: quærendorum gratia uxorem duci*, ſatis patet.(2) Ex hoc etiam fine creatoris liquet, omnem conjunctionem, quæ ſolius libidinis explendæ cauſa fit, eſſe illicitam, & prærogativæ hominis præ brutis, atque ſocialitati repugnare. inprimis autem deteſtandam eſſe ſodomiam, quæ marem in fœminam, vel brutum in hominem convertit. vid. Exod. XXII. *vſ.* 19. Levit. XVIII. *vſ.* 22. Rom. I. *vſ.* 27. Bene Conſtantius in crimen illud, quod non proficit ſcire, juſſit inſurgere le-

Digitized by Google

diverſam ſpeciem, aut eundem ſexum ruens; quævis fœdæ pollutiones, & denique omnis commixtio ſive mutuo conſenſu ſuſcepta, ſive invitæ feminæ intentata extra matrimonium.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 1. §. 4.

III. Obligatio generis humani & ſingulorum ad contrahendum matrimonium.

III. OBLIGATIO AD CONTRAHENDUM MATRIMONIUM conſiderari poteſt, vel in RESPECTU AD TOTUM GENUS HUMANUM, vel IN RESPECTU AD SINGULOS. ILLA in eo conſiſtit, quod propagatio ſpeciei humanæ haudquidquam ſit inſtituenda per vagos & ſolutos concubitus; ſed utique legibus connubialibus circumſcribenda, adeoque per matrimonium duntaxat exercenda. Citra hoc enim decora & bene diſpoſita inter homines ſocietas, vitæque civilis cultus intelligi nequit. SINGULI autem ad matrimonium ineundum tenentur, quando commoda ſeſe ejus occaſio offert: quam tamen non ſola ætas gene-

leges, & jura armari gladio ultore *l.* 31. *C. ad leg. Jul. de adult.* (3) Concubinatum cælibis Grotius *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 5. §. 15. jure naturæ illicitum eſſe non putat, quia partes ita diſpoſuerunt, proles non ſit incerta, nec educatio ceſſat. At *lib.* II. *c.* 20. §. 42. eum jure divino voluntario, ſi non κατὰ φύσιν, ſaltem κατὰ διάταξιν interdictum cenſet Matth. XIX. *vſ.* 5. 6. 1. Cor. VI. *vſ.* 9. quia omnis innuptus concubitus ſcortatio vocatur, Hebr. XIII. *vſ.* 4. Honeſtas quoque jubet ab eo abſtinere; quia ſtatus imperfectus eſt: ſexum femineum vilipendit, familias non conſervat, & temperantiæ adverſatur. Leo nov. 91. ait: *deſipere, qui malint lutum, cum liceat puras ex fonte aquas haurire.* v. Van der Muelen *de jure poli p.* 1. *qu.* 4. & ſcripta eriſtica Thomaſii aliorumque *de concubinatu.*

§. III. Bona eſt Auctoris diſtinctio, ſed in ejus explicatione tres confundit quæſtiones, an, quomodo, & a quibus genus humanum propagari debeat? Prima ex Dei intentione, per ſtimulum homini inditum declarata, ×

× vide Barbeyrac hic

nerandique facultas abſolvit; ſed ut copia quoque ſit decentis conditionis, nec non facultas alendi uxorem & prolem naſcituram: ac ut mas quoque ſit idoneus ad gerendam perſonam patrisfamilias. Niſi tamen aliquis compoſitus ſit ad exigendum caſtum cælibatum, ſentiatque plus ſe utilitatis poſſe procurare humano generi, aut civitati cælibem, quam uxoratum; præſertim ubi nulla prolis penuria ſit metuenda.

*J. N. & G. l. 6. c. 1. §. 57.*

V 4 In-

rata, ſatis liquet. (2) Neceſſitas educationis quoque monſtrat, non per vagos concubitus, ſed pacto & ſocietate conjugali circumſcriptos, propagationem eſſe faciendam (3) Singuli vero ad ineundum matrimonium non obligantur, uti Hebræi apud Seldenum *de J. N. lib. V. c.* 3. ex ſolenni illo *Creſcite & multiplicamini*, Gen. 1. *vſ.* 38. collegerunt: non magis enim illa benedictio omnes obligat, quam maledictio omnibus neceſſitatem non imponit, in ſudore faciei comedendi panem. Præterea jam ſupra *lib.* 1. *c.* 1. §. 22. vidimus, omnia præcepta affirmativa commodam requirere occaſionem: nec denique à paucis illis, qui uxores averſantur, præjudicium generi humano metuendum eſt; præſertim ſi qualitas corporis, aut circumſtantiæ temporum illis cauſam præbeant. (4) Aliquando vero obligatio ducendi uxorem per honeſtatis, decori & prudentiæ regulas, intendi poteſt v. gr. in illis, qui donum caſtitatis non habent, vel in unico herede regiæ ſtirpis. Per leges etiam civiles aliquando, ut populoſa ſit reſpublica, ſterilibus & cœlibibus pœnæ imponuntur. Hinc *ἀγαμίου δίκη* apud Athenienſes, & *ὀψιγαμίου δίκη*, apud Lacedæmonios, auctore Stobæo, memorantur *Sermon.* 73. Romæ *uxorium* & *viduvium* pendebatur; eaque de re lex Julia & Papia lata eſt, quam Jac. Gothofredus & diligentior Heineccius explicarunt. Ambroſ. in Lucæ *c.* 3. *Erat deforme liberos non habere, quod etiam legum civilium fuit auctoritate mulctatum.* De jure Hageſtoltziorum, in terris Brunſuicenſibus & Palatinis, vid. Schottel. *de ant. Germ. jur. c.* 1.

Digitized by Google

IV. Pacti conjugalis perfecti capita præcipua.

Inter eos, qui matrimonium inituri ſunt, intervenire ſolet & debet PACTUM, quod ubi REGULARE & PERFECTUM fuerit, hisce capitibus abſolvitur. PRIMO, quia vir, (absquo ut contractus incipiat utriusque ſexus indoli magis congruit,) propriam utique ſibi ſobolem intendit quærere, non ſuppoſitiam aut adulterinam, igitur FIDEM DARE VIRO DEBET FEMINA, quod nemini, præterquam ipſi, corporis ſui uſuram velit concedere. Quod itidem A MARITO FEMINA VICISSIM ſolet ſtipulari. DEINDE cum nihil magis ab indole vitæ ſocialis & civilis abhorreat, quam vita vaga ac deſultoria, incerto lare, nulla fortunarum ſede; cumque communis ſobolis educatio commodiſſime inſtituatur conjunctis utriusque parentis operis: ac cohabitatio continua plurimum contineat jucunditatis inter conjuges bene compoſitos, per quam etiam marito certius de caſtitate uxoris conſtare poteſt: igitur in id quo-

que

' §. IV. Nuptias conciliat affectus, perficit conſenſus, concubitus conſummat; ſolennes ritus aliaque jus civile requirit. An vero ſponſus ſponſam, àn hæc illum ambire debeat, neutro jure ad eſſentialia hujus pacti capita pertinet, ſed prius ex regulis decori fluxit. Generale igitur Conjugum officium (1) eſt *mutua caſtitas*, qua ſine procreatio ſobolis recte & ordine peragi nequit: plus vero hac in re marito, quam uxori indulſerunt Hebræi, Græci & Romani; quia uxor injuriam violati lecti non patiebatur, cujus domina non erat. Sed *alia ſunt leges Cæſarum, alia Chriſti: aliud Papinianus, aliud Paullus noſter præcipit*, ait Hieron. ad Ocean. respiciens ad Papin. libros de adulteriis, ex quibus eſt *l. 6. D. ad l. Jul. de adult.* (2) *Promiſcua cohabitatio*: requiritur; ut uterque de alterius caſtitate ſit certior, & liberorum educationi una incumbant; ſed præcipue quia ambo, figura & numero diſtincti, unam conſenſu, vita & moribus conſtituere debent per-

ſo-

que fidem marito dat uxor, quod viro continuo cohabitare, adeoque in arctiſſimam vitæ ſocietatem, eandemque familiam cum ipſo coaleſcere velit. Cui ipſi & mutua promiſſio de tali invicem converſatione, qualem indoles ejus ſocietatis requirit, ineſſe intelligitur. Quia autem non ſolum naturali utriusque ſexus conditioni maxime congruit, ut in matrimonio viri conditio ſit potior, ſed & maritus familiæ, à ſe utique conſtitutæ, caput ſit; conſequitur, ut uxor in negotiis, matrimonium ac familiam concernentibus, directioni mariti ſit obnoxia. Inde & mariti eſt de domicilio conſtituere; nec uxor iſto invito peregre abire aut ſecubare poteſt. Tale tamen imperium, quod jus vitæ & necis, gravemque coërcitionem, nec non plenam poteſtatem circa quævis bona uxoris diſponendi comprehendat, ad eſſentiam matrimonii neceſſarium non videtur: ſed iſtud ex peculiaribus pactis inter conjuges, aut ex legibus civilibus alicubi conſtituitur.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 1. §. 10-13.

V 5 Porro

ſonam, & *duo eſſe in carne una*, Matth. XIX. *vſ.* 5. Hinc JCti. aliique ſapientes eos divini & humani juris, proſperæ & adverſæ fortunæ conſortes appellarunt *l.* 1. *D. de rit. nupt. l.* 4. *C. de crim. expil. her.* Liv. *lib.* 1. *c.* 9. & Tacit. *l.* III. *ann.* 15. (3) Jure naturæ ſocietas conjugum æqualis, vel, ut Ariſtoteles ait, ariſtocratica eſſe videtur, neque ex imbecillitate aut imprudentia ſexus fœminini jus imperandi derivari poteſt. Sed tamen quia uxor, vel ſola corporis forma & robore, maritum ad ſui tutelam, curam bonorum, ad laborem & negotia obeunda perfectiorem agnoſcit, hinc ultro ſeſe ei, tanquam digniori & ad communem familiam regendam prudentiori ſubjicit; ut adeo imperium mariti ex con-

Matrimonium unius cum una præſtantiſſimum.

Porro uti illud manifeſte lege naturali repugnat, UNAM MULIEREM PLURIBUS VIRIS SIMUL cohabitare : ita ut UNUS SIMUL DUAS PLURESVE UXORES habeat, apud plurimas gentes, & in ipſo quondam Judaico populo receptum. Nihilominus ſi vel maxime a primæva matrimonii inſtitutione in divinis literis tradita abſtrahamus; ex ipſa tamen recta ratione conſtat, longe decentius juxta atque utilius eſſe unum

conſenſu & lege civili, maxime vero eccleſiaſtica, apud Judæos & Chriſtianos, ex Gen. III. *vſ.* 16. XVIII. *vſ.* 12., I. Corinth. XI. *vſ.* 7. & I. Petri III. *vſ.* 6. derivari debeat. Sic Attici paſſim κύριον ponunt pro marito, & Papinianus eundem abſolute *dominum* vocat *l.* 25. *D. de uſu & uſufr. leg.* An vero uxor dotata in pactis dotalibus ſtipulari poſſit, ut auctoritas maritalis ceſſet, v. Bodin. *lib.* I. *de rep. c.* 3. & Huber. *ad tit. De de pactis dot. n.* 4. Quid ſi maritus ſit durus Nabal, & malis actionibus deditus, uxor autem præſtante mente Abigail? I. *Sam.* XXV. *vſ.* 3. & 25.

§. V. Tres Polygamiæ ſpecies ſunt diſtinguendæ: (1) *Polyandria* multorum maritorum juri naturali adverſatur, nulloque modo eſt toleranda; quia impedit propagationem generis humani, patrem ſobolis facit incertum, ipſaque virorum natura ab ea abhorret. v. Gell. *l.* I. *c.* 23. (2) *Polygynia* multarum uxorum patrocinium Joh. Lyſerus, ſub nomine Theophili Alethei, in Polygamia triumphatrice, poſt Bernardinum Ochinum ſuſcepit, de quo Bayle in *Ochin.* & Obſ. Halenſ. *t. V. O.* I. & 2. Et ſane, ſi deſit pactum ſpeciale, illa ſocialitatem non turbare aut deſtruere, ſed eam pariter ac procreationem ſobolis promovere videtur, quia mas potentia coëundi cum pluribus eſt inſtructus. Hinc communior Grotii *l.* 2. *c.* 5. §. 9. & Puſend. *elem. l.* 2. §. 7. ſententia eſt, polygamiam jure naturæ vetitam non eſſe; adverſus quos Heidegger. in *hiſt. Patriarch. t.* I. *ex* 7. §. 3. & Brouwerus *de jure connub. l.* II. *c.* 5. pugnarunt. In Patriarchis vero Deus eam toleravit, & gentes Orientales, ſub climate calidiore, eam fere omnes, ut & hodie Turcæ, Syri, Perſæ & Thraces, tanquam honeſtam probarunt. De Ægyptiis Diodor. Sicul. *l.* I. *c.* 80. de Judæis Joſeph. *l.* XVII. c. I.

Digitized by Google

unum una eſſe contentum. Id quod & uſus omnium, quas novimus, gentium Chriſtianarum à tot ſeculis comprobavit.

J. N. & G. *l. 6. c.* 1. §. 15-19.

*a.* 1. de Græcis Gellius *l.* XV. *c.* 10. De Perſis, Getulis Africanis aliisque Rad. Fornerius *lib.* VI. *rer. quot. c.* 22. Faber *lib.* II. *ſem. c.* 1. *&* Barth. *ad Statii Theb. l.* IV. Cæſar quoque, ad remp. bellis civilibus exhauſtam reparandam, Romæ legem habuit paratam, ut quot quisque vellet, ducere liceret, Sueton. *lib.* I. *c.* 52. & Valentinianus ſenior, captus amore Juſtinæ, ut bigamus eſſe poſſet, duas habere uxores lege permiſit, teſte Socrate *l.* IV. *Hiſt. eccleſ. c.* 26. At ex Chriſti & Apoſtolorum doctrina, & praxi primorum Chriſtianorum Polygamia improbatur, 1. *Cor.* VII. *vſ.* 2. & 4. Euſeb. *præparat. Evangel. lib.* VI. *c.* 10. quicquid etiam Hoppius, cum Struvio, in contrarium diſputarint ad §. 6. *Inſt. de nupt.* Magis certe honeſta atque decora eſt monogamia, quia convenit archetypo matrimonio arctæque conjunctioni conjugali, ſervat ſexui feminino honorem, vitat rixas uxorum, liberis majorem conciliat amorem, extinguit uſtiones, facilem reddit educationem, & imitatur naturam, quæ tot fere feminas, quot viros producit. Atque ideo Cecrops Athenis Polygamiam vetuit, teſte Athen. *l.* XIII. *pr.* & Romani polygamos infamia & pœna adulterii mulctarunt, *l.* 1. *&* 13. *D. de his qui not. l.* 2. *C. de inceſt. nupt.* & *l.* 18. *C. ad leg. Jul. de adult.* (3) Ut *Polygamia ſucceſſiva* licita habeatur, & ratio, & ſacri humaniqve juris auctoritas ſuadet 1. *Cor.* VII. 39. 1. *Tim.* V. *vſ.* 14. *tit. C. de ſec. nupt.* quia morte ſolvitur ſocietas; quamvis ſi liberi adeſſent, univiræ magis laudatæ, & multorum matrimoniorum experientia, quaſi *legitimæ cujusdam intemperantiæ* ſignum, viſa fuerit Romanis, Val. Max. *lib.* II. *c.* 1. n. 3. unde nec Pontifici Maximo apud eos nuptias iterare, ſicut apud Hebræos eidem viduam ducere non licuit, Levit. XXI. *vſ.* 13. Nimis rigide vero Patres in jure Canonico, & Leo *Nov.* 90. omnes promiscue ſecundas nuptias, ut fornicationem & adulterium, inſectantur.

VI. Matrimonii vinculum inſolubile eſt.

Nec minus natura tam arctæ conjunctionis oſtendit, MATRIMONIUM DEBERE ESSE PERPETUUM, & non niſi alterutrius conjugum morte finiendum: niſi principalis pacti matrimonialis capita fuerint violata per adulterium, & malitioſam deſertionem. Ob mores autem male compoſitos, & qui cum malitioſa deſertione eundem non producunt effectum, ſeparatio duntaxat quoad thorum & menſam inter Chriſtianos recepta eſt, ſine permiſſione ad ſecunda vota tranſeundi. Cujus inter alias etiam hæc ratio eſt, ne facultas divortii contumaciam morum alat; ſed potius alterius conditionis deſperatio ad commoditatem morum, mutuamque tolerantiam conjuges incitet. Cæterum ob vio-

§. VI. Divortii quæſtio tempore Caroli Ludovici, Electoris Palatini, fuit ventilata, & Joh. Miltonus, in propria cauſa, pro ejus licentia ſcripſit. v. Bayle in *Milton.* Separandi autem hic rurſus ſunt fontes diverſi. (1) Omnes in eo conveniunt *honeſtius* eſſe, non temere divertere; nam ſi alia quævis amicitia ob levem cauſam non eſt diſſolvenda, hæc multo minus, ne educatio liberorum impediatur, & ſeparati, odio ceſſante, ad priſtinam conſuetudinem redeant. (2) Jure *naturali* autem homini competit libertas, donec ea reſtricta probetur. Addunt, ſicut ſocietas ob graves cauſas voluntate unius ſolvi poteſt; ita nihil magis ſecundum naturam eſſe videri, quam ut mutuo diſſenſu tollatur, quod mutuo conſenſu erat colligatum. Sed hoc quidem in ſocietate mercatoria & politica, non vero in hac, quæ phyſicam unitatem operatur, procedit. v. *Nov.* 140. (3) Jure *Gentium*, apud Hebræos, Græcos, Romanos, etiam inter Chriſtianos, usque ad Caroli M. tempora, divortium fuit permiſſum: ut tamen uxor divertens Athenis tabulas ad Archontem deferre, & Romæ ſeptem teſtes, ob rei gravitatem, adhiberi deberent. v. Selden. *de jure nat. l.* v. *c.* 7. & *l.* III. *uxor Hebr. c.* 18. *ſeq.* (4) Chriſtus autem, propter unicum *Adulterium*, ſeparationem tantum admiſiſſe videtur Matth. v. *vſ.* 32. XIX. *vſ.* 9. Marc,

violata pacti matrimonialis capita pars læſa tantum vinculo exſolvitur; quod in altero continuatur, ſiquidem pars læſa velit, & cum altero in gratiam redire dignetur.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 1. §. 25-27.

Con-

Marc. x. *vſ.* 4. quum enim conjugium marem & feminam conglutinet in unam carnem, per adulterium maxime fœderis vinculum rumpitur, dum plures, quam duæ perſonæ, fiunt; ſic quoque amor conjugalis vertitur in odium, ſupponuntur falſi heredes, domus totæ implentur probris, & ipſa fundamenta civitatis, quæ conjugiis conſtat, evertuntur. (5) An Paulus 1. *Cor.* VII. *vſ.* 15. addiderit *malitioſam deſertionem*, Viri Cl. Toullieu & Roſſalius in dubium vocarunt: at mores communem Bezæ ſequuntur interpretationem; quia deſerta privatur individua vitæ conſuetudine, & deſerens tanto pejor eſt adultero, quod in perpetuum debito auxilio fraudat ſociam, & educationem liberorum refugit. (6) Praxis primitivæ Eccleſiæ multo plures cauſas admiſit *l.* 8. *C. de repud. Nov.* 117. *c.* 8. 9. nec deſunt hodie, qui *παρεκτὸς λόγου πορνείας* Matth. v. *vſ.* 32. turpitudinem interpretentur, quæ par ſit adulterio, & omnia delicta majora, ut procreationem abortus, inſidias vitæ ſtructas, &c. comprehendat. Sic ut Chriſtus interpres fuerit Deut. XXIV *vſ.* 1. de cujus ſenſu Sammæi & Hillelis ſcholæ disputabant. v. Alciat *l.* VI. *parerg. c.* 20. Connan. *lib.* VIII. *c.* 12. Grot. *ad Matth.* v. *vſ.* 32. Selden. *ux. Hebr. l.* III. *c.* 23. *&* 31. Stryck. *de inſid. vita ſtruct.* Titius *Specim jur. eccl. l.* IV. *c.* 4. §. 17. *ſeqq.* & Leyſerus *medit. ad D. ſpec.* 315. O. 1. ubi hanc regulam commendat: Quicquid omnes, propter quos matrimonium inſtitutum eſt, fines & effectus, mutuum ſcilicet adjutorium, procreationem ſobolis & extinctionem libidinis penitus & in perpetuum tollit, hoc ad matrimonium diſſolvendum, aut naturaliter irritum declarandum ſufficit. In exemplis autem velim ſemper ante oculos verſari fundamenta, quibus Chriſtus prohibitionem ſuam ſuperſtruit (1) quod Moſes ob duritiem cordium divortia permiſerit (2) quod ait, ab initio rem ita ſe non habuiſſe. Vide Moyſen Amyraldum *de jure nat. quod connubia dirigit diſq.* 3.

Digitized by Google

VII. Contrahere matrimonium licet quibusvis.

Contrahere licite matrimonium, ubi lex civilis non obſtat, poteſt QUILIBET CUM QUALIBET, ſi ætas corporisque conſtitutio matrimonio habilis adſit; NISI IMPEDIMENTUM ALIQUOD MORALE obſtet. Moraliter impeditur, aliam conjugem adſciſcere, qui, quæve alteri jam conjugi junctus, junctave eſt.

J. N. & G. *l.* 5. *c.* 1. §. 25-27.

VIII. Sanguine aut affinitate non nimis vicinis.

Sed & pro morali legitimarum nuptiarum impedimento habetur ARCTA NIMIS SANGUINIS AUT AFFINITATIS CONJUNCTIO. Quo nomine etiam

§. VII. In perſonis conjungendis requiritur facultas phyſica & moralis. Ad illam pertinet, (1) Juſta *ætas*, ut masculi ſint puberes, & feminæ viripotentes, *l.* 9. *D. de ſponſal. l.* 32. §. 27. *D. de donat. int. vir.* ſenibus etiam effœtis diſſuadendum eſt matrimonium: maxime vero juveni cum anu, ne ſemen inutiliter effundatur. v. Cl. Leyſer. *medit. ad D. ſpec.* 297. *n.* 9. (2) Corporis *conſtitutio* ad generandum apta: quia implementum matrimonii in concubitum deſinit. Excluduntur ergo nimis arctæ, quam ut mulieres fieri poſſint, & eunuchi, etiam legibus Romanis *l.* 39. §. 1. *D. de jur. dot. l.* 60. *D. de donat. in vir.* Non deſunt quidem exempla ejusmodi matrimonii, propter mutuum adjutorium, permiſſi, apud veteres & recentiores: ſed hodie quoque in Italia caſtratis matrimonium negatur, teſte Stryckio *de diſſens. ſponſal. ſect.* v. §. 63. & apud Gallos, v. Bayle in *Quellenec lit. F.* & Huber. *ad tit. D. de rit. nupt.* §. 12. (3) Uſus *rationis*; quia cum furioſo non eſt ſocietas, & licet generare poſſit, tamen infantes produceret infelices, & Reipublicæ moleſtos *l.* 16. §. 2. *D. rit. nupt.* (4) Morali facultate deſtituitur, qui alteri jam junctus eſt; adeo ut ipſa etiam ſponſalia, ab eo eave, qui conjugem habet, ſub conditione mortis inita, non tantum ex lege civili, ſed etiam naturali irrita ſint, quia ducunt ad adulterium & continent votum captandæ mortis, uti contra Grot. *lib.* II. *c.* XI. §. 8. Huberus evicit *de jure civit. l.* 2. *ſ.* 6. *c.* 3. §. 13.

§. VIII. Deficit etiam mo-

Digitized by Google

etiam naturali lege nefariæ judicantur nuptiæ inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum. Reliquas autem nuptias in limite transverſo, puta, cum amita & matertera, cum ſorore, item in affinitate cum noverca, ſocru, privigna, non ſolum lex divina, ſed & cultarum leges gentium, & Chriſtianorum conſenſus, deteſtantur. Quin & multorum populorum leges ci-

moralis facultas inter proximos conſanguineos & affines: ubi Auctor bene ſeparat lineam rectam ab obliqua, & in illa jure naturæ omnes nuptias nefarias pronunciat: nam licet multi, cum Grotio, de ratione decretoria desperent, Paulus in *l.* 14. §. 2. *D. de ritu nupt.* agnoscit, *jus naturale & pudorem* hisce nuptiis impedimento eſſe. Ad eundem pudorem provocavit Lambertus Velthuſen, in Diſſert. *de pudore hominis naturali*, quem noſter ſecutus eſt; alii vero refellunt; quia Cicero *lib.* 1. *de off. c.* 25. dixit, non ſolos agnatos, ſed omnes, qui ſana mente ſunt, gloriæ & decori amore, ab oculis removére, quæ natura occultavit. Malunt igitur ad jus divinum poſitivum univerſale confugere, Levit. XVIII. quamvis illa *caro carnis*, ibidem *vſ.* 6. occurrens, intellectui eorum obſcurior eſſe videatur. vid. Thomaſ. *jurispr. div. l.* III. *c.* 2. §. 222. *ſeqq.* Verum credamus licet auctori naturæ ſapientiſſimo, quod (1) dignitas hominis, caſtitas & naturalis verecundia prohibeat, ortus auctores ſecum ipſis, in ſua prole, quaſi miſceri, & una perſona cum illis propinquis fieri, quibuscum jam una caro ſunt. [2] Horror ille adverſus nuptias cum filia tantus eſt, ut minime per educationem aut ob publicam utilitatem injectus eſſe potuerit, ſed ſapiat naturalem relationem ad carnem ſuam, uti Maimonides quoque apud Seld. *de J. N. l.* V. *c.* 10. ratiocinatur. [3] Nimia confuſio obligationum exoritur, ſublata illa reverentia, quam liberi parentibus, tanquam diis conſpicuis, qui Deum imitantur vitam dando, in perpetuum debent: quo pacto autem ſtare illa poteſt, ſi filius caput fiat matris? [4] Addamus cum Socrate, apud Xenophont. *lib.* IV. *Memorab. p.* 807. quod ſemina parentum, ſeminibus liberorum vegetorum ſunt diſſimilia, adeoque mala procreatio à diſparibus ætate procedat. [II.] In-

**civiles remotiores quoſdam prohibuerunt, ad objiciendam velut ſepem prius dictis gradibus ſanctioribus, ne ad hos temerandos ita facile rueretur.**

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 1. §. 28-35.

Inter eas perſonas, quæ ex transverſo gradu cognationis junguntur, eſt etiam unitas quædam carnis, ſed non tanta. Totum quippe genus humanum per conjunctionem fratrum & ſororum propagatum eſt, quod autem in ſe turpe, id nulla ratione circumſtantia temporis vel neceſſitatis, quæ in Deum non cadit, honeſtum fieri poteſt. Solon Athenienſibus ducere permiſit ſororem conſanguineam; Lycurgus uterinam Spartanis; apud Ægyptios & Perſas etiam cum germana connubium erat. Sed multiplicato genere humano, merito nuptiæ illæ, tanquam inceſtæ, vetitæ ſunt (1) quia vis ſanguinis parentum recens, & necdum ab extraneo turbata, facit, ut frater & ſoror quaſi una caro ſint. Gen. XXXVII. *vſ.* 27. (2) Parentum nuditatem aperit frater, qui pubem ſororis detegere non erubescit. (3) Nulla hujus conſuetudinis cupiditas caſtorum animos titillat, etſi pulcherrimæ ſint ſorores. (4) Opus erat interdicto, ne convictus quotidianus & inobſervatus ſtupris anſam daret, apud gentes libidinoſas. (5) Utilitas accedebat, ut inter diverſas cognationes amicitiæ ſpargerentur, Plut. in *quæſt. Rom. c.* 107. (III.) Inter affines nulla quidem eſt conjunctio ſanguinis, ſed nuptiæ cum noverca prohibentur Levit. XVIII. *vſ.* 8. & 1. *Cor.* V. *vſ.* 1. quia *nuditas patris eſt*, qui una caro cum illa eſt facta, & reverentia eadem fere ei debetur, quæ naturali matri, cujus locum ſupplet *l.* 14. §. *f. D. de ritu nupt.* [IV.] Reliquæ perſonæ conjungi vetitæ, ex Levit. XVIII. peti debent; ubi [1] lex refertur forenſis, ſed quam Chriſtiani ob initium *vſ.* 6. & clauſulam finalem *vſ.* 27. ultro receperunt, v. Selden. *de J. N. l.* V. *c.* 17. & *c.* 18. [2] Neque gradus, neque perſonas tantum enumeratas prohibet, ſed nuptias; ubi eſt *caro noſtra.* vel *caro carnis* noſtræ, vel *cum noſtris una caro* fuit facta v. Coccej. *jus contr. part.* 2. *p.* 695. *ſeqq.* (3) Mirifice commendat leges Romanas, quod examuſſim Moſaico juri non modo respondent, ſed adhuc aliquanto longius verecundiam in neceſſitatem flectunt. v. Calvin. *ad Levit.* 18. & diſſert. mea *de nupt. conſobr. c.* 2. [4] Gradus omnes, ſive expreſſe, ſive per analogiam prohibitos, accuratiſſime recenſuit Matthæus, Archiepiscopus Cantua-

Cæterum uti aliis contractibus atque negotiis certa quædam requiſita ſueverunt addere leges civiles, quæ ſi obſervata non fuerint, in foro civili pro validis non habentur : ita & circa matrimonium contingit, dum alicubi per leges civiles honeſtatis & boni ordinis cauſa Solemnia quædam requiruntur. Quæ licet extra jus naturale ſint; citra illa tamen, qui legibus civilibus ſubjiciuntur, legitimum matrimonium non contrahent; aut ſaltem ejusmodi conjunctio effectus juſti matrimonii in civitate non habebit.

IX. Solennia matrimonii ſunt juris civilis.

J. N. & G. *l. 6. c.* 1. §. 8, 36.

X. Officia mutua mariti & uxoris.

Officium mariti eſt, uxorem diligere, nutrire, regere atque defendere : Uxoris, ma-

X

tuarienſis, in tabula, apud Rob. Scharrok *de variis incont. ſpec. pag.* 156.

IX. Omnes gentes moratiores tam arctam vitæ conſuetudinem ritibus & ſacrificiis inchoarunt. Hinc *juſta uxor*, *juſtæ nuptiæ* dicebantur, quæ adhibitis legum ceremoniis contractæ erant, & *lege nubunt*, vel *ducunt*, qui ducunt, ut *leges* jubent. v. Perrenon *lib.* 1. *var. lect. c.* 9. Athenis Diana pariter, ac reliqui γαμήλιοι Θεοί, ante nuptias invocabatur, Euripid. *Iphig. in Aulide vſ.* 1110. Spartanæ matres, filias elocantes, Veneri Junoni ſacrificia offerebant, Pauſan. in *Lacon.* Romæ nihil religioſius erat, in ſacris, confarreationis vinculo Plin. *l.* xviii. *c.* 3. Apud Hebræos piæ preces interveniebant, & paterfamilias novis nuptis benedicebat : unde benedictionis initia mature ad primos Chriſtianos manarunt. v. Grot. *ad Matth.* xxv. Selden. *ux. Hebr. l.* ii. *c.* 28. & 29. & Carpzovius *de Chuppa Hebr.* Neceſſitatem vero hodiernæ hierologiæ Leo in Oriente *Novel.* 89. Euariſtus pontifex & Carolus Magnus in Occidente introduxerunt, ut res tanti momenti, in faciem eccleſiæ Deo commendaretur, & conjuges teſtimonium conjugii legitimi publicum haberent. Trina proclamatio eſt loco peremptoriæ citationis omnium, quorum intereſt, matrimonium illud non conſummari.

§. X. Officia conjugum fluunt

maritum amare, honorare; adjutorio eſſe ei non ſolum in generanda & educanda ſobole, ſed & in parte curarum domeſticarum capeſſenda. Utrinque autem indoles tam arctæ conjunctionis requirit, ut conjuges tam proſperæ quam adverſæ fortunæ ſint ſocii, & ſi qua alterutri calamitas obtingat, ab altero ſubleventur; nec minus ut prudenter mores ad concordiam invicem tolerandam attemperent; qua tamen in parte concedere magis uxoris eſt.

fluunt (1) ex regulis *juſti*, quatenus ſibi ſolis corporis uſum & cohabitationem pacti ſunt, quam Juſtinianus *individuam vitæ conſuetudinem*, Tertullianus *convictum & individuum uſum*, Lactantius *individuam caritatem* appellavit. (2 Ex principiis *honeſti* & *decori* mutuum ſibi debent amorem I. *Cor.* VII. *vſ.* 10. uxor vero honorem & obſequium marito, tanquam capiti familiæ præſtat, Eph. V. *vſ.* 22. Coloſſ. III. *vſ.* 18. mariti denique eſt protegere ac defendere uxorem, neceſſaria ei præbere, & imperium cum humanitate, ſine verberibus exercere Eph. V. *vſ.* 28. 29. *l.* 54. *D. de donat. int. vir.* (3) In legibus *civilibus* definitum eſt, quod uxor fulget dignitate mariti, ejus ſequitur domicilium, forum, & exulem comitatur. *Quid tam humanum eſt, quam fortuitis caſibus mulieris maritum vel uxorem viri participem eſſe?* quærit Ulpian. in *l.* 22. §. 7. *D. ſol. matr.* Ex priſco inſtituto Romæ maritus coram propinquis de capite conjugis ac fama cognoſcebat, ſi in manum ejus conveniſſet. Dionyſ. *l.* II. *c.* 17. & Tacit. *lib.* XIII. *Annal. c.* 32. Legibus Angliæ maritus pro offenſis uxoris, lingua vel opera patratis, obligatur, quod poteſtate ſua non ſit uſus. v. Chamberlaine *p.* I. *Not. Angl. c.* 16.

Ca-

## CAPUT III.

# *De Officiis Parentum & Liberorum.*

### SUMMARIA.

I. *Status adventitius* II. *parentum & liberorum, in quos patria poteſtas.*
II. *Ejus fundamentum.*
III. *Competit primario patri, ſecundario matri.*
IV. *Quid operetur?*
V. *In liberos ætatis primæ*
VI. *& adultæ,*
VII. *in ſtatu naturali*
VIII. *ac civili.*
IX. *Solvitur exceſſu prolis e familia, manente reverentia.*
X. *Poteſt adminiſtrari per alium.*
XI. *An neceſſarium reddat conſenſum parentum in nuptias liberorum?*
XII. *Officia parentum*
XIII. *& liberorum.*

GROT. d. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 5. §. 1-7.

I. Poteſtas patria imperium vetuſtiſſimum.

Ex matrimonio provenit proles, in quam conſtituta eſt POTESTAS PATRIA; antiquiſſimum juxta ac ſanctiſſimum genus imperii, quo

§. I. Generationis effectus eſt duplex (1) reſpectu parentum oritur obligatio, ad educandam prolem, eique reſpondet imperium, tanquam medium neceſſarium, actiones liberorum ad vitam beatam dirigendi (2) Liberis contra incumbit obſequium & reverentia, quam ad jus gentium Pomponius refert in *l.* 2. *D. de juſt. & jur.* Plinius in *Paneg. c.* 38. vi *legique natura* adſcripſit, quod liberi in ditione parentum exiſtunt. Circa utrumque vero apud Romanos varia, ratione imperii, durationis & acquiſitionis, occurrunt ſingularia; quapropter in hac ma-



Digitized by Google

quo parentum juſſa venerari, eorundemque præ ſe eminentiam agnoſcere Liberi tenentur.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 1.

Quibus illa nitatur fundamentis?

ORITUR imperium parentum in liberos DUPLICI potiſſimum de CAUSA: primo quia ipſa lex naturalis, dum ſociabilem eſſe hominem juſſit, PARENTIBUS CURAM LIBERORUM injunxit; quæ ut eo minus negligeretur, tenerrimum ſimul affectum in prolem natura iisdem implantavit. Iſti curæ exercendæ requiritur poteſtas liberorum actiones dirigendi ad ipſorum ſalutem, quam ipſi propter judicii defectum nondum intelligunt. Deinde id imperium TACITO QUOQUE CONSENSU PROLIS nititur. Nam recte præſumitur, ſi infans eo, quo ſublatus eſt, tempore uſum rationis habuiſſet, ac perſpexiſſet, vitam ſe citra parentum curam ac jun-

materia inprimis, effectus patriæ poteſtatis ſubtiliores juris Romani, ab illis, quos ſuggerit ſimplicitas naturalis & jus gentium ſunt diſtinguendi: nec enim ulli alii fuerunt populi, qui talem in liberos poteſtatem habent §. 2. *Inſt. de patr. pot. l.* 3. *D. de his qui ſui*: Hinc poteſtas illa *ex jure Romano, & lege Quiritium* vocatur, in *l.* 1. §. 2. *D. de rei vind. Paterna majeſtas* apud Val. Max. *l.* VII. *c.* 7. & Quintil. *decl.* 376. Lactant. *lib.* IV. *div. inſt. c.* 3. *Dominum eundem eſſe, qui ſit pater, etiam juris civilis ratio monſtrat: quis enim poterit filios educare, niſi in eos habeat domini poteſtatem?*

§. II. Varias hic vias ingrediuntur eruditi. Grotius *lib.* II. *c.* 5. §. 1. fundamentum patriæ poteſtatis in generatione quærit. Hobbeſius *c.* 9. *de cive* §. 3. extra conjugium, matri tribuit imperium, ex occupatione; cui Leyſerus *ſpec.* 18. *ad D. n.* 1. adſtipulatur. Auctor neceſſitatem vitæ ſocialis & conſenſum liberorum præſumtum: Gravina *lib.* II. *Orig.* §. 10. uxorem à marito occuparam urget. Kerkradius ad imperium mariti in uxorem, Hornius & Coccejus ad voluntatem divi-

junctum ipſi imperium ſervare non poſſe, lubenter illam in id conſenſuram commodamque ſibi educationem ab iisdem viciſſim fuiſſe ſtipulaturam. ACTU autem parentibus imperium in prolem conſtituitur, quando illam tollunt nutriuntque, & in commodum humanæ ſocietatis membrum pro virili formamdam ſuſcipiunt.

J. N. & G *l.* 6. *c.* 2. §. 1-4.

III. Utra potior poteſtas patris, matrisne? Cum autem ad generationem ſobolis NON MATER MINUS, QUAM PATER concurrat, adeoque phyſice proles utrique ſit communis, disquirendum: UTRIUS JUS IN PROLEM SIT POTIUS? Super qua re diſtincte pronunciandum. Si



vinam confugerunt. (2) Verum ſimplicius ita procedit demonſtratio: qui nuptias ineunt, de liberis ſuſcipiendis cogitant, vel cogitare debent: ſuſcepti educandi ſunt, ut utilia ſocietatis evadant membra: ad educationem imperio opus eſt, quo morum impedimenta reſecentur. Quemadmodum ergo regulæ juſti, honeſti & decori utrique parenti educationem injungunt, ſic & media eo pertinentia illis largiuntur; ambos etiam ſtimulus amoris, alte a natura impreſſus ad hoc officium rapit. *Utrique parenti communis eſt fœtus*, ait Plutarchus *de fœt. amore.* (3) At ſicut plures domini ſæpe non idem jus habent, & dominium uxoris in re dotali, conſtante matrimonio, cedit dominio mariti; ita jus poſitivum, ad colliſionem vitandam patri prærogativam dedit; quia uxor ſe ſuosque mariti imperio pacto ſubjicit; is etiam ad regendos liberos prudentior eſt, & auctoritate majore pollet. Quinimo paterfamilias regimen totius familiæ habet, & *princeps familiæ* dicitur, reliqui in familia ſunt, ſed familiam non habent. *l.* 196. *de V. S.*

§. III. In ſtatu naturali Reginæ, quæ ipſum maritum ſub imperio ſuo tenet, etiam poteſtas in liberos competit; uti apud Ægyptios in more poſitum erat, *ut plus poteſtatis & honoris ſit penes reginam, quam regem*, referente Diodoro *l.* 1. *c.* 27. & recentius exemplum eſt in Anna, Britanniæ regina.

(2) Si

Digitized by Google

Si enim EXTRA MATRIMONIUM proles ſit generata, illa primo matris erit; quià pater heic niſi indicio matris cognoſci nequit. Inter eos quoque, qui IN LIBERTATE NATURALI ET SUPRA LEGES CIVILES degunt, pacto conveniri poteſt, ut non patris, ſed matris jus potius ſit. Sed IN CIVITATIBUS utique per mares conſtitutis, cum regulariter contractus matrimonii a mare incipiat, & is caput familiæ ſit, potius jus patris, ſic ut licet proles matri utique reverentiam, gratumque animum debeat; juſſis tamen matris non obligetur, quæ quidem non iniquis patris præceptis repugnant. Defuncto tamen patre jus ipſius in prolem, ſaltem nondum adultam, MATRI videtur ACCRESCERE, & hac ad ſecundas nuptias tranſeunte, VITRICO, ſiquidem ipſe in fidem & curam naturalis parentis ſuccedat. Et qui deſertum, aut orbatum parentibus liberaliter educandum ſuſcipit, jure ſuo ab eo filialem obſervantiam exigere poteſt.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 5.

Ut

(2) Si extra matrimonium de patre non conſtat, vel is jure ſuo non vult uti, naturaliter penes ſolam matrem liberam eſt poteſtas; ancillæ vero dominum & conditionem infans ſequitur *l.* 5. §. 1. *l.* 24. *D. de ſtatu hom.* ubi Ulpianus; *lex naturæ hac eſt, ut qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſequatur.*

(3) In civitate vero, ubi onus alendi & educandi liberos, quos juſtæ nuptiæ demonſtrant, patri imponitur, primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris, auctore Seneca, & contra, ubi uxori imperium domeſticum in tabulis dotalitiis aſſignatur, maritus & liberi obtemperare debent, Diod. *d. l.*

(4) Patre mortuo, jus matris ſuſpenſum reviviſcit, ſi legem naturæ ſpectemus, quamvis illa Romæ ſola reverentia contenta eſſe debuerit. *Pietas enim parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debebitur*, ait Ul-

IV. Poteſtas patris qualis ſit.

Ut autem accurate intelligatur quanta PARENTUM ſit IN LIBEROS POTESTAS, diſtinguendum eſt tum inter PATRESFAMILIAS SEGREGES, & QUI IN CIVITATEM SUBIERUNT; tum inter POTESTATEM, QUAM HABET GENITOR UT TALIS, & quam habet, UT EST CAPUT SUÆ FAMILIÆ. PATRI UT TALI cum ſit à natura injunctum, ut liberos bene educet, quo in commoda humanæ ſocietatis membra evadant, quouſque ipſi ſibi proſpicere queant: inde tanta eidem in liberos poteſtas conceſſa intelligitur, quanta ad hunc finem ſufficit. Quæ haudquaquam eouſque ſe extendit, ut parentes prolem intra materna viſcera latentem elidere, aut editam abjicere, necareque poſſint. Nam excitatur quidem ex ſubſtantia parentum ſoboles; ut tamen in æqualem conditionem humanam cum illis locetur, & injuriæ etiam ab ipſis parentibus capax ſit. Neque etiam hæc poteſtas ad jus vitæ & necis ex occaſione delicti exercendum videtur porrigi, ſed ad modicam duntaxat caſtigationem; quippe quæ verſatur circa ætatem teneram, in quam tam atrocia delicta, quæ morte ſint expianda, vix cadunt.

X 4 Sed

Ulpianus *l.* 4. *D. de cur. fur.*

§. IV. Titius non opus eſſe putat diſtinctione inter patrem, ut genitorem, & caput familiæ conſideratum, verum ſufficere diſtinctionem inter ſtatum naturalem & civilem. Sed contrarium infra ad §. 7. apparebit. In utroque ſtatu limites poteſtatis non ſunt majores, quam neceſſitas educationis requirit. Hinc abortum procurare, aut liberos natos exponere, aut educatos necare eſſe illicitum, vel ſola lex, Non occides, evincit. Romanis vero diu crimen non fuit, ejicere conceptum; quia embryonem, non ut animal, nedum ut hominem, ſed tanquam portionem viſcerum maternorum conſiderabant, niſi alterius, v. g. mariti intereſſet. *Expoſitio* quo-

Sed ſi tamen circa ſpem emendationis omnem disciplinam pertinaciter adſpernetur puer, poterit domo patria ejici, atque abdicari.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 6.

V. Diſtinctius in primæ ætatis liberos; *Diſtinctius* iſthæc poteſtas, preſſe accepta, conſiderari poteſt JUXTA DIVERSITATEM ÆTATIS IN LIBERIS. Nam IN PRIMA ÆTATE, ubi immaturus adhuc rationis uſus eſt, liberorum actiones directioni parentum ſubjacent. Quo tempore, ſi quid bonorum ab aliis in impuberem transferatur, id parens loco filii acceptare, & adminiſtrare debet, ut tamen dominium ipſi filio adquiratur: etſi ut fructus patri cedant, ad plenam uſque filii ætatem, æquiſſimum ſit. Sic & quod ex filii labore lucri aut emolumenti provenit, id merito ſibi pater vindicat; cui ex adverſo filii nutritio & educatio incumbit.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 7. 8.

In-

quoque infantum iisdem pariter, ac plerisque gentibus aliis, fuit uſitata, quas Ariſtoteles nec damnat, nec probat *lib.* VII. I. *pol.* 16. De Ægyptiorum vero laudatis moribus eſſe, ſcribit Strabo *lib.* XVII. *pag.* 1179. quod *omnem prolem educant*. Thebanos hac culpa liberat Ælianus *lib.* II. *c.* 7. Germanos Tacitus, alii alios, apud Lipſium *Cent.* I. *ad Belgas. epiſt.* 85. Add. Noodt. in *Jul. Paulo* & Ill. Bynkershoek, in Opuſc. *de jure occidendi liberos.*

§. V. Duplex eſt quæſtio, quid pater poſſit (1 in *res*, & (2 in *actiones* liberorum. Ad illas quod attinet, liberi, etiam infantes, ex donationibus vel hereditatibus maternis, plenum ſibi acquirunt dominium; quia educatio non eſt modus acquirendi. Ex operis autem acquirunt patri, qui etiam fructus bonorum maternorum ex æquitate ſuos facit, ad levandum onus alimentorum. Atque ex his patet, quid de jure Romano ſit dicendum; quo filiusfamilias.

reſpectu

IN ADULTA ÆTATE, ubi *licet* liberi pleno judicio prædití *ſint*, *cum tamen patria poteſtas* commodam educationem & gubernationem liberorum pro ſcopo habeat, patet, adultos quoque liberos AUCRORITATEM parentum tanquam prudentiorum ſequi debere. Et qui vult ex paternis bonis ſuſtentari, ac in ea deinceps ſuccedere, neceſſum eſt, ut ad familiæ paternæ rationes ſeſe attemperet; quam moderari utique penes patrem eſt.

VI. in filios ætatis adultæ;

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 10.

Cæterum PATRES FAMILIAS qui nondum in civitates ſucceſſerant, *quatenus familiæ capita*, in

VII. tam in ſtatu naturali.

X 5

reſpectu patris, ſeparatam perſonam non habens, ſoli patri acquirebat: donec ſenſim diverſitas peculii enata fuit, qua de re vide Dionys. *lib.* II. *c.* 27. & *lib.* VIII. *c.* 91.

§. VI. Quod ad *actiones* vero, Grotius tria tempora diſtinguit *lib.* II. *c.* 5. §. 2. (1) tempus imperfecti judicii & ſtatus; in quo omnes liberorum actiones parentibus ſubſunt, adeo ut eos ad hanc vel illam artem addiſcendam, ſuæque religionis formulam amplectendam cogere poſſint; qua de re vid. Ærodius *de patria poteſt.* (2 Perfecti judicii, ſed imperfecti ſtatus; & tum actiones, quæ ad familiam, in qua manent, reſpectum habent, parentes moderantur: in reliquis autem quo magis creſcit judicium, eo magis poteſtas decreſcit. Modicæ vero correctioni adhuc eſt locus, *ut quos ad vita decora domeſtica laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat*, ait Valent, in *l. un. C. de emend. propinq.* (3 Si & perfecti judicii, & perfecti ſtatus ſunt liberi, laresque paternos relinquunt, reverentiam tantum parentibus debent.

§. VII. Fallitur omnino Frid. Hornius in *polit. architect. l.* 1. *c.* 2. §. 4. quod jus vitæ & necis naturaliter parentibus in liberos competere putat: nam Grotius ad Matth. XXII. vſ. 30. recte docuit, ex jure naturæ auctoritatem magis parentum, quam poteſtatem, ſive ἐξουσίας naſci, hanc vero ex civilibus populorum inſtitutis & variis mo-

ribus

Digitized by Google

in domo ſua imperium aliquod inſtar Principum gerebant. Inde & liberi, in eorum familia adhuc hærentes, ipſorum imperium tanquam ſummum venerari debebant.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 11.

VIII. quam in ſtatu civili.

*Poſtquam autem* imperium iſtud familiare, (uti & alia jura) ad uſum & decus civitatum fuit

ribus repetendam eſſe: ſed tamen quia liberi, in ſtatu narali ſegregum familiarum, enormis delicti rei, nulli imperanti præter patrem ſuberant, huic jus vitæ & necis, non quidem ut patri, aut judici, ſed ut capiti familiæ, & per modum defenſionis adverſus hoſtem, competiit omnino: idemque hodie multo magis inter Reges & liberos obtinet, ſi atrocitas delicti limites paternæ correctionis excedi poſtulat. Unde de Philippi II. ſententia, qua filium Carolum, & Petri Ruſſorum Imperatoris, qua Alexium filium capitis reos damnarunt, judicari poteſt. De priore vid. Marville *melange d'hiſtoire vol.* 2. *pag.* 172. Adde Cl. Barbeyrac *ad Puf. l.* VI. *c.* 2. §. 10.

§. VIII. In ſtatu civitatis imperium civile a patria poteſtate eſt diſtinctum, & ab arbitrio Reipublicæ pendet, an jus vitæ et necis ſibi retinere, ut apud Græcos, an autem cum patribus illud communicare velit, quemadmodum apud Perſas, Gallos & Romanos. Ariſtot. *lib.* VIII. *Nicom.* *c.* 10. Cæſar *lib.* VI. *de. B. G. c.* 19. Utrumque modum comparavit Dionyſius *lib.* II. *c.* 27. at poſteriorem præfert. Eadem Simplicii fuit ſententia *ad Epictetum c.* 37. & Dion teſtatur, *orat.* 15. apud multos populos, legum gloria florentes, eandem duritiem obtinuiſſe. Contra Sextus Empiricus *Pyrrhon.* III. *c.* 24. legem Quiritium, ut *Tyrannicam* accuſat. Sed Romulus, confiſus naturali parentum amori, & reſpiciens laborem educandi ipſamque naturam, quæ arbitrio animalium moderandam permittit prolem, quorum pars ſunt, congruentius fore putavit, controverſias domeſticas intra domum terminari. Liberis ergo parentes, quaſi *domeſticos magiſtratus*, præpoſuit, qui jus vitæ & necis, una cum cognatis, exercerent, nec temere illo abuſuri eſſent. vid. Val. Max. *lib.* V. *c.* 8. *n.* 1. 2. Seneca *lib.* II. *Contr.* 3. & *lib.* III. *de benef. c.* 11.

Digitized by Google

fuit attemperatum *fuit*; alicubi multum, alicubi parum de eo patribus relictum. Inde obſervamus, in quibusdam civitatibus patres jus vitæ & necis, ex cauſa delicti exercendum, in liberos obtinuiſſe; in aliis id ipſum iis ademtum, ne forte parentes ſua in liberos poteſtate in fraudem boni publici aut ad iniquam iſtorum oppreſſionem abuterentur; aut ne ob mollitiem paterni affectus diſſimularentur vitia, in exitium publicum eruptura, aut ne patri tam triſtis ſententiæ pronunciandæ neceſſitas imponeretur.

I. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 12.

Sed ubi PROLES FAMILIA PATERNA PLANE EXCESSIT, & vel novam ſibi familiam conſtituit, vel alteri adjungitur, poteſtas quidem patria ſolvitur, ut tamen ſemper pietatis & obſer- IX. Patria poteſtas ſolvitur exceſſu prolis e familia, manente obſervantia.

*c.* 11. Sueton *in Claudio c.* 16. Apud Judæos vero tanta parentum non fuit poteſtas, uti Vir Cl. Joh. Clericus ad *Deut.* XXI. vſ. 18. contra Bodinum & Grotium oſtendit. Melius quoque eſt, ut magiſtratus delicta, licet in parentes & familiam commiſſa, vindicet; *tum* ob tres rationes ab Auctore hic allatas, *tum* quia monſtrum reip. in Republica alias exoritur: *tum* quia patria poteſtas in pietate magis, quam in atrocitate conſiſtere debet, *l.* 1. *D. ad leg. Pomp. de parr.* Sapiens denique Plinii monitum eſt ad patrem, *lib.* IX. *ep.* 12. *Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe: atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris & te hominem eſſe, & hominis patrem.* Vide quæ Huber. *lib.* 2. *digr. c.* 4. & 5. contra Bodinum *lib.* 1. *de rep. c.* 4. ſuper hac re diſputavit.

§. IX. Solvitur patria poteſtas, ſimulac educatio eſt obtenta, & filiæ nubunt, filii ducunt, aut ſeparatam familiam inſtituunt: quamvis Romæ durior liberorum fuerit conditio; ut docent interpretes ad *tit. Inſt. quib. mod. jus. patr. pot. ſolv.* Manet autem, finita poteſtate, reverentia perpetuo: partim ob generationis, partim ob educationis beneficium, cui nunquam digna ſatis gratia re-

ſervantiæ debitum maneat; quippe fundatum in meritis parentum, quibuscum paria facere liberi nunquam aut rariſſime creduntur. Et iſta merita non in eo tantum conſiſtunt, quod parentibus liberi vitam debeant, occaſionem omnium bonorum; ſed & quod laborioſam ac ſumtuoſam educationem eorum ſuſceperint, qua eos in commoda humanæ ſocietatis membra formarunt, ac ſæpe de mediis vitam commode & copioſe exigendi iisdem proſpexerunt.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 13.

X. *alias* IX. Alteri quousque prolis educatio committi poſſit.

Etſi autem parentibus obligatio educandi prolem à natura ſit injuncta; id tamen non obſtat, quo

referri poteſt. Quænam autem cauſa hujus reverentiæ ſit primaria, aptum declamationis ſcholaſticæ eſt argumentum, & diſputavit ea de re Seneca *lib.* III. *de beneſ. c.* 30. Juvenalis nullam rem patri minoris, ait, conſtare, quam filium; quia proprios magis explere ſtimulos, quam generare voluit, non etiam amavit necdum generatum: vita deinceps multorum malorum juxta, ac bonorum eſt occaſio; unde populi quidam infantes editos cum ploratione, ſed fato functos cum lætitia proſequebantur, apud Herodotum *lib.* V. *c.* 4. Sileni dictum memorat Cicero *lib.* I. *Tuſc. c.* 48. *Non naſci homini longe optimum eſſe, proximum autem quam primum mori.* Potior ergo cauſa ab educatione repetenda videtur: nam & Solon noluit, a filio ali patrem, qui eum artem non docuiſſet, & Juvenalis *ſat.* XIV. *vſ.* 71. illum demum patrem laudandum eſſe, canit, qui civem populo dedit,

*Si facit, ut patriæ ſit idoneus, utilis agris*
*Utilis & bellorum, & pacis rebus agendis.*

§. X. Sicut educatio per alium fieri poteſt, ita nihil obſtat, quo minus pater filium alteri det adoptandum, ut conditio ejus melior fiat, nam vinculum naturale ſalvum manet *l.* 4. §. 10. *D. de grad.* ut perperam diſſentiat Grot. *lib.* II. *c.* 5. §. 26. (2 At pater liberos neque vendere, neque oppignorare poteſt, ut alat ſe ipſum, aut æs alienum ſolvat, multo minus

Digitized by Google

quo minus, utilitate prolis aut neceſſitate exigente, ejusdem ADMINISTRATIO ALTERI COMMENDETUR; ita tamen ut inſpectionem ſibi in iſtum delegatum parens reſervet. Unde & pater non ſolum præceptoribus idoneis filii informationem recte committit; ſed & eundem alteri adoptandum dare poteſt, ſiquidem exinde in filium aliquod ſit emolumentum redundaturum. Et ſi nulla ratio ſit prolem alendi, potius quam inopia exſtinguatur, pater eam oppignorare, aut vendere in tolerabilem ſervitutem poteſt, ſaltem ſub lege retractus, ubi pater ad lautiorem fortunam pervenerit, aut quispiam ex cognatis iſtum redimere velit. Quod ſi autem parens per inhumanitatem prolem expoſuerit & abjecerit, is qui eandem ſuſtulerit atque educaverit, in paternum quoque jus ſuccedet; ita ut iſte alumnus filialem obſervantiam educatori ſuo debeat.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 9.

Uti

minus ut inde lucretur; quia liberi hactenus parentibus ſunt æquales, quod commercio hominum exemti. (3 Si vero liberis fame pereundum ſit, major vitæ, quam libertatis eſt cura, & mater æque, ac pater, in ſervitutem eos venundare poteſt; quia natura jus dat ad omne, ſine quo non poteſt obtineri id, quod ipſa imperat. (4 Leges autem, civiles, etiam, quod mirere, illorum populorum, qui fortunas & ſpiritum ipſum natorum parentibus non ſubjiciebant, liberos, ut rem parentum conſiderarunt, eosque propter debita, vel etiam ob ſolam utilitatem vendi permiſerunt, uti de Hebræis Exodi XXI. vſ. 7. Levit. XXV. vſ. 39. Matth. XVIII. vſ. 25. de Athenienſibus Plutarch. *in Solone*, de Aſiaticis idem in *Lucullo*; de aliis Juſtinian, in *Nov.* 134. teſtantur. Omnium vero duriſſima fuit trina venditio liberorum, apud Romanos; ſed qua mature ſublata, tandem intra

Digitized by Google

XI. *alias* X. An patris conſenſu opus ſit ad prolis conjugium?

Uti autem PATER PROLEM FAMILIA SUA EJICERE NON DEBET, educatione & auxilio iſtius adhuc indigentem, citra graviſſimas cauſas; ita & proles non niſi cum bona patris venia ex ipſius familia excedet. Cæterum cum liberi matrimonii fere contrahendi occaſione paternam familiam relinquant; & vero parentum utique interſit, cui proles ſua jungatur, & ex quibus nepotes ſibi proveniant: inde officium filiale plane requirit, ut PATRIS CONSENSUM HEIC SEQUANTUR LIBERI, nec eo invito conjugi ſocientur. Quod ſi tamen de facto invitis parentibus matrimonium contraxerint, & conſummaverint liberi, jure quidem naturali id irritum non videtur; præſertim ubi familiam paternam non amplius iſti onerare velint, & alias conditio non ſit indecora. Inde ſi alicubi ejusmodi

tra anguſtos limites venditio reſtricta fuit *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr.*

§. XI. Quidam ex regulis *juſti* hoc liberorum officium derivant, cum Juſtiniano in *pr. Inſt. de nupt.* quia poteſtas non niſi utriusque conſenſu poſſit ſolvi, & patris ſit judicare, an liberi ad proprios lares conſtituendos ſint idonei: conjux denique adſciſcenda pars familiæ fiat, cujus pater eſt caput, eique ſuos heredes ſit paritura. (2 Melius vero ex regulis *honeſti* & *decori* utriusque parentis conſenſus deducitur, qui vero non ita eſt neceſſarius, ut ejus neglectus negotium irritum reddat. Libertas enim de ſe & rebus ſuis ſtatuendi, jure naturæ, eſt infinita, donec reſtricta probetur. Deinde non niſi maturæ ætatis liberi nubunt ducuntque, quando, educatione obtenta, poteſtas illa aut ceſſat, aut ſaltem eſt imminuta. Filius præterea extra ædes paternas abit, & nusquam libertas tam eſt neceſſaria, quam in matrimonio: quis enim animo alieno amare poteſt? quærit Quintilian *decl.* 257 (3 Sed quia turpes nuptiæ toti familiæ & genti dehoneſtamentum adferunt, & parentes optimum pro liberis conſilium capere præſumuntur, hinc Romani nuptias

modi matrimonia habentur irrita, aut illegitima, id ex legibus civilibus eſt.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 2. §. 14.

XII. alias XI. Officia parentum erga liberos.

Officium parentum in hoc præcipue conſiſtit, ut liberos commode alant, corpuſque & animum per dextram & cordatam educationem ita forment, quo idonea & utilia membra ſocietatis humanæ & civilis fiant, probi, cordati, bene morati. Item ut eosdem ad idoneum & honeſtum vitæ genus adplicent, & quan-

nuptias confiſtere noluerunt, niſi conſenſiſſet pater, in cujus poteſtate eſſent liberi: jus civile vero plerarumque gentium, majorem reverentiæ, quam poteſtatis rationem habens, nullum declarat matrimonium minorum, ſine patris, vel eo mortuo, matris conſenſu contractum. Euripid. in *Androm. vſ.* 987. §. *pen. Inſt. de nupt l.* 2. *D. de rit. nupt.* Sande *lib.* II. *deciſ. tit.* I. *def.* 4. eoque ſeverum Henrici, Galliæ Regis, edictum pertinet, apud Thuanum *lib.* XIX. quod Contius & Pulvæus commentariis illuſtrarunt. Add. Fabrotus *Exerc.* x. & Grot. *l.* II. *c.* 5. §. 10.

§. XII. Reliqua parentum officia facilia ſunt: nam (1 educatio prudenter eſt inſtituenda, quo liberi, artibus ac ſcientiis imbuti, utilia, honeſta & religioſa fiant ſocietatis membra: quam educandi artem, adeo difficilem, jam olim Plutarchus libro ſingulari *de educatione liberorum* docuit. Lycurgus quoque Pædonomum, magiſtratum, tantæ rei inſpectorem, in ſua Republica, conſtituit, teſte Plutarch. *in ejus vita.* Paulus liberos enutriri jubet, ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, *in diſciplina & admonitione domini* Eph. VI. vſ. 4. (2 Alimenta liberis, pro conditione ſtatus & opum, ſunt præbenda; quia necare videtur, qui alimonia negat, ait Paulus in *l.* 4. *D. de agnoſc. & alend.* Atque hunc in finem ipſa natura matres mammis inſtruxit, a quibus infantes olim ante triennium non depulſi, 2. Maccab. VII. & *l. pen. C. de patr. poteſt.* Quod ſi vero mater liberos lactare nequeat, aliis eos lactandos poteſt committere: at ſi pulchritudinis ſervandæ vel voluptatis gratia id faciat, recte Favorinus apud Gellium *lib.* XII. c. I.

quantum ratio & occaſio fert, fortunam ipſorum fundent & promoveant.

XIII. *alias* XII. Officia liberorum erga parentes.

Liberorum contra debitum eſt parentes honorare: id eſt, reverentiam illis exhibere, non externis tantum ſignis, ſed multo magis interna æſtimatione, tanquam auctoribus vitæ, ac tantorum aliorum beneficiorum, iisdem obedire; pro viribus inſervire, inprimis ſenio aut egeſtate confectis; ſine conſilio & auctoritate eorum nihil magni momenti ſuſcipere; & denique eorum moroſitatem, aut vitia, ſi qua inveniuntur, patienter ferre.

*c.* 1. talem contra naturam imperfectum & dimidiatum genus matris appellavit.

§. XIII. Liberi dependent a parentibus, quia, poſt Deum, illis debent, quod exiſtunt, & licet magna rependant, omnia tamen infra æſtimationem paterni muneris erunt. Officium igitur eorum ex ipſis regulis ſocialitatis eſt, paterni imperii exercitium admittere, eique in rebus licitis obſequi; utrumque parentem honorare, alere, eorum moroſitatem ferre, nec contemnere ſeneſcentes. Exod. xx. vſ. 12. Prov. xxiii. vſ. 22. Epheſ. vi. vſ. 2. 3. Bene Juſtinianus alimenta & reverentiam etiam parentibus, erga liberos impiis, deberi ſancit: *licet enim legum contemtor & impius ſit, tamen pater eſt. Nov.* 12. *c.* 2. Specimina hujus rei luculenta, in abjectiſſimis etiam officiis perſolvendis, & defunctis parentandis apud Ariſtoph. *Veſp. p.* 485. Euripid. *in Medea vſ.* 1032. & Virgil. *lib.* ix. *Æneid. vſ.* 283. occurrunt. At officii hujus neglectus dira impietas cenſebatur, quam Solon ignominia, alii aliis pœnis coërcuere. Laert. in *Solon.* Xenophon. *Mem. l.* 2. Ad ingratos tales refellendos partinet ciconiæ pietas, quæ parentes ſenecta feſſos alit, & impotentes ſuis humeris geſtat; unde avis illa paſſim celebratur. Vid. Eraſm. Adagia, in *ἀντιπελάργειν*.

Ca-

Digitized by Google

## CAPUT IV.

# *De Officiis Dominorum & Servorum.*

### SUMMARIA.

I. *Status adventitius* III. *Herorum & ſervorum. Occaſio ſervitutis.*
II. *Poteſtas heri in mercenarium temporarium,*
III. *in ſervum perpetuum ſe ſponte addicentem,*
IV. *in captivum in ſervitutem redactum.*
V. *Jus alienandi ſervum.*
VI. *Poteſtas in partum ancillæ.*

GROT. d. J. B. & P. *l.* 3. *c.* 14. §. 2-9.

POSTQUAM genus humanum multiplicari cœpiſſet, atque deprehenſum fuiſſet, quam commode res domeſticæ aliorum miniſterio curari poſſent; mature introductum

Y fuit,

§. 1. Omnes homines naſcuntur æquales & liberi, recteque Juriſconſulti dixerunt, libertatem naturali jure contineri, ſervitutem vero *contra naturam*, id eſt ſtatum naturalem, ex gentium jure introductam eſſe *l.* 4. *D. de ſtat. hom. l.* 64. *de condit. indeb. l.* 32. *de R. J.* Nam licet non deſint quos hebes natura & ignoratio ſui in numerum pecudum redegit, quosque Ariſtoteles lib. 1. Politic. c. 3. idcirco *natura ſervos* vocavit: magis tamen illi apti ſunt ad ſervitutem, quam vere ſervi; nec corpore, ſed animo tales. Scio, quosdam opinari, Stagiritam popularium ſuorum vanitati blanditum eſſe, quaſi illis facultas eſſet barbaris imperandi: ſed Daniel Heinſius, in prolixa diſſert. apud Rutgerſ, *lib.* IV. *var. lect. c.* 3. & Pufend. *l.* III. *c.* 2. §. 8. eum abſolverunt. Quædam ſane hominum genera *ſervituti nata* ſimili-

fuit, ut ad operas domeſticas obeundas IN FAMILIAM ADSCISCERENTUR SERVI. Quos AB INITIO ULTRO ſeſe obtuliſſe probabile eſt, inopiæ adactos, aut propriæ hebetudinis ſenſu; ſtipulatoſque ſibi perpetuam alimentorum & aliarum neceſſitatum præbitionem, in perpetuum hero ſua miniſteria addixiſſe. Dein cum bella paſſim increbeſcerent, apud plurimos populos receptum, ut quibus BELLO CAPTIS vita donata eſſet, ſervitio addicerentur, una cum prole, quæ

militer Livius dixit: *Ædiles etiam, in venditione mancipiorum, nationem cujusque pronunciari ideo juſſerunt l. 31. §. 21. D. de Ædil. ed.* & Caligula apud Tacitum *lib.* VI. *ann. c.* 20. optimus ſervus, & peſſimus dominus appellatur. (2 Stupor vero ille naturalis, & quæ eum comitatur indigentia, ſervituti *occaſionem* dediſſe videtur: nam hebetes pacto expreſſo ditioribus ſeſe ultro ſubjecerunt, quia ſibi expedire videbant, ſub alio eſſe. v. Philon. in libro: *Omnem virum bonum eſſe liberum.* (3 Veræ autem & legalis ſervitutis *cauſa* ſunt, quod hac commoditate reperta, pleræque deinde gentes, captos in bello, & ex illis natos, item atrocium delictorum reos, vel debitores, qui ſolvendo non eſſent, in ſervitutem redegerunt. *Nomen ſervitutis culpa meruit, non natura,* ait Auguſtin. *lib.* XIX, *de civ. Dei c.* 15. (4 Ambroſius ebrietatem addit, *c. Sexto die* 8. *Diſt.* 35. reſpiciens ad *Gen.* IX. *v.* 25. ubi ſervitus pœna eſt peccati gravioris, cui Noachi ebrietas anſam dedit: *Maledictus erit Cenahan; ſervus ſervorum erit fratribus ſuis,* id eſt vilissimum mancipium (5) Fuſe in originem ſervitutis inquiſivit Athenæus *lib.* VI. *Deipnoſ. c.* 18. ubi Chios, e Græcis omnium primos, emtis ſervis uſos, & deos eapropter illis ſuccenſuiſſe, ex Theopompo, refert. Plinius, Lacedæmonios ſervitium inveniſſe, tradit *lib.* VII. *Hiſt. nat. c.* 56. Elegantiſſime Baſilius in libro de Spiritu ſancto cap. 20. *Inter homines,* inquit, *ſervus natura eſt nemo, nam aut vi ſuperati, ſub jugum ſervitutis ſunt redacti, ut fit in captivitatibus: aut propter egeſtatem ſervi ſunt facti, ut Ægyptii Pharaoni: aut ſapiente quodam & arcano conſilio, qui erant deteriores e liberis, edicto patris, prudentioribus & melioribus ſervire*

quæ deinceps ex ipſis eſſet proventura. Etſi apud multos populos nulla ejusmodi ſervitus in uſu, ſed omnia munia domeſtica per mercenarios ad tempus conductos expediuntur.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 3. §. 1-5.

II. Poteſtas heri in ſervum mercenarium.

Prout autem ſunt DIVERSI velut GRADUS SERVITUTIS; ita & poteſtas Herorum, & Servorum conditio variat. MERCENARIO TEMPORARIO dominus conventam mercedem; iſte huic viciſſim conventam operam debet. Et quia in eo contractu domini melior eſt conditio, ideo etiam ejusmodi miniſter domino pro ratione dignitatis reverentiam exhibere tenetur; & ubi malitioſe aut negligenter opus fecerit, ejusdem coercitioni eſt obnoxius; quæ tamen ad gravem corporis afflictionem, multo minus ad mortem, propria auctoritate ſumendam, procedere nequit.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 3. §. 4.



*vire damnati ſunt; quod beneficii loco, non condemnationis, æquus rerum æſtimator duxerit. Si quis enim, mentis inopia, facultatem imperandi a natura inditam non habet, utilius ei eſt, in alterius poſſeſſionem venire; ut dominantis ratione rectus currui ſimilis ſit, qui aurigam recepit, & navigio, ad cujus clavum ſedet gubernator.*

§. II. Servi alii ſunt *pactitii* & mercenarii, qui operas domino ad tempus, vel in perpetuum præſtare tenentur: vel *legales*, qui quoad ſubſtantiam ſunt in bonis poſſidentis: atque ita Clitarchus inter δῦλοι & οἰκέται diſtinguit, apud Athenæ. *lib.* VI. *c.* 19. Quousque ergo domini poteſtas, eique reſpondens obligatio ſervi ſe extendat, tum ex fine hujus ſocietatis, tum ex contractu locationis, vel ex lege eſt definiendum. Famulus, qui ultro *ad tempus* ſervitutem ſubiit, operas conventas præſtare, & dominum cum timore honorare debet, in cujus auctoritatem & juſſus conſenſit. Eph. VI. *v* 5. Hic vero viciſſim, ex natura locationis, ei humanitatem

III. Poteſtas heri in ſervum perpetuum, qui ſe ultero addixit. Ejusmodi autem SERVO, QUI SESE ULTRO ALICUI IN PERPETUUM SERVITIUM ADDIXIT, dominus perpetua alimenta, & quæ alia vitæ neceſſaria ſunt; ille huic viciſſim perpetuas operas, quascunque dominus præſcripſerit, præſtare debet, & quicquid ex illis provenit, domino fideliter conſignare. In quibus tamen virium & dexteritatis ſervi humaniter rationem habebit dominus, ne vires ipſius excedentem laborem cum aſperitate exigat. Caſtigationi quoque domini iſte ſubeſt non ſolum ad expellendam negligentiam in opere exſequendo; ſed & ut ipſius mores ad decus & tranquillitatem familiæ componantur. Non tamen invitus alteri vendi talis poteſt; quia ultro hunc, & non alium dominum adſcivit; & ipſius intereſt, utri ſerviat. Si atrox delictum in alium extra familiam admi-

tem, alimenta & mercedem pactam debet. Niſi enim operæ illud præſtetur velamentum, mutua hominum commercia ſtare non poſſunt. Æquitatem mercedis & ſacra Scriptura, & profani auctores paſſim inculcant, Deut. XXIV. *vſ.* 14. Matth. X. *vſ.* 10. Jacob. V. *vſ.* 4. v. Jacob. Gothofred. *de ſalario.*

§. III. Alterum genus ſervorum ſunt, qui ſeſe in perpetuam ſervitutem addixerunt, ut ex contractus formula ſerviant. Pactio talis, ſi intra fines naturalis æquitatis conſiſtit, nihil habet iniqui: neque enim natura, quæ omnes ſui juris producit & liberos, vetat quominus libertati renuncietur: nulla quoque ei ſit injuria, qui in inæqualitatem conſenſit, & perpetua obligatio ſerviendi perpetua alimentorum certitudine compenſatur. (2) Tam frequentia horum ſervulorum apud Moſen Exod. XXI. *vſ.* 6. Athenæ. *lib.* VI. *deipn. c.* 18. Cæſarem *lib.* VI. *de bello Gall. c.* 13. Pauſan. *l.* VII. *c.* 5. Dionem Pruſæenſ. *orat.* XV. & du Frênium Gloſſ. v. *obnoxiatio* occurrunt exempla, ut perfectæ ſervitutis origo, ab iis non inepte repetatur. (3) Hinc etiam Chryſippus lucem accipit, qui ſervum perpetuum mercenarium definivit, apud Se-

Digitized by Google

miſerit, in civitatibus pœnæ poteſtatis civilis ſubjacet; ubi familia ſegrex fuerit, expelli inde poterit. Sed ubi delictum in ipſam familiam ſegregem ſit admiſſum, à domino etiam per extrema coërceri poterit.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 3. §. 4.

IV. Poteſtas heri in ſervum bello captum.

In iſtos autem SERVOS, QUI BELLO CAPTI fuerant, a plerisque durius agi cœptum, quod hoſtilis adhuc iræ quid in eos ſupereſſet, & quia ipſi extrema nobis noſtrisque fortunis intentaverant. Quamprimum tamen inter ejusmodi victorem victumque mutua fides cir-



Senecam *lib.* III. *de ben. c.* 22. non male! ſed ſi de legali & perfecta ſervitute quæras, præferrem Juriſconſultorum definitionem in §. 2. *Inſtit. de jure perſ.* (4) Hi vero perpetui mercenarii à præcedentibus tantum differunt duratione: neque enim domino eos vendere licebit, cujus humanitatem elegerunt; neque jumenti labor iis imponi poteſt, quia homines manent, Deut. v. *vſ.* 20. (5) Si delinquunt, jus vitæ & necis ex pacto non oritur, ſed caſtigatio permiſſa eſt, ut non linguæ tantum, ſed manus etiam verbera pati teneantur, ſi mores gentis id non vetant. (5) Diſtinctio Auctoris, an in familiam, an extra eam deliquerint, a Titio rejicitur: & intereſt magis, an dominus vivat in ſtatu naturali, an civili: in illo ipſe dominus, in hoc vero Magiſtratus punit.

§. IV. Tertia ſervitutis ſpecies *legalis*, & *κατὰ νόμον*, ut Ariſtoteles appellat, eſt bello captorum. His durior conditio impoſita fuit, non modo quod mortem victori intentaverant, ſed etiam quia hoſtilem ac fugitivum animum ſemper ſpirare videbantur. Quod ſi juſtitiam internam reſpicimus, nimis rigida fuit Romanorum hac in re legiſlatio, quam etiam Grotius temperat *l.* III. *c.* 14. Carmichaël, vero cum Titio, *ἄκραν* illam *ἐξουσίαν*, quam Theophilus vocat, *emortuæ ſocialitatis certiſſimum argumentum* dixit. Verum (1) in ſtatu naturali jus vitæ & necis hero, tanquam principi familiæ ſuæ, competebat. (2) In ſtatu civili, jus coërcendi ad necem usque, eſt reipublicæ, ſed quæ ex gravi cauſa, domino, tanquam magiſtratui domeſtico, illud concedere po-

circa conſociationem in familiam interceſſit, omnis antegreſſa hoſtilitas remiſſa cenſetur. Et tunc utique injuriam etiam taliter adquiſito ſervo facit dominus, ſi vel neceſſaria ad victum non ſuppeditet, vel citra rationem in eum ſæviat, multoque magis ſi citra condignum delictum eundem occidat.

J. N. & G. *l. 6. c. 3. §. 5.*

V.
Jus vendendi ſervum.

Circa illos quoque ſervos, qui bellica vi in eam conditionem fuerant abſtracti, nec non qui pretio emuntur, receptum, ut non ſecus ac aliæ res noſtræ in quemcunque placeret transferri, & ad inſtar mercium venire poſſent. Sic ut

poteſt; hujus enim maxime intererat, ſervum & emendari & ſervari. (3) Romani ea conditione victis vitam donabant, niſi iterum induerent ſtatum hoſtilem. (4 Extra hanc cauſam omnino dominus ſervum verberando ſine cauſa, vel occidendo, injuriam faciebat; cum incolumitas, tacito ſaltem pacto, ipſi morigero, promiſſa eſſet; quod fruſtra Hobbeſius negavit *de cive c.* 8. §. 7. (5 Ipſi enim duriores Romani, propter abuſum hujus poteſtatis, Præfecto urbi mandarunt, ut querelas ſervorum audiret. *l.* 1. §. 1. *D. de off. Proconſ. l.* 10. *D. de off. Præſ.* Seneca *l.* III. *de benef. c.* 22. quique pro derelicto eſſent habiti, ex edicto Claudii, liberi fiebant, *l.* 2. *D. qui ſine manum.* Sueton. *in Claudio c.* 25. & quæ id genus alia humanitas Imperatorum correxit.

§. V Varia ſervorum alibi atque alibi fuit conditio; velut *Helotarum* apud Spartanos, *Peneſtarum* in Theſſalia, & *Catanancophororum* Sicyone: ſed nobis, pro inſtituti ratione, indicaſſe ſufficiat, ſervorum longe duriorem fortunam fuiſſe Romæ, quam apud Hebræos, Athenienſes & Germanos. Apud illos enim Sabbathum in gratiam eorum maxime, qui Hebræi eſſent, fuit inſtitutum, Exodi XXI. *vſ.* 20. & Deut. V. *vſ.* 20. Athenis vero *αἰκίας δίκη*, actio injuriarum adverſus dominos competebat, Athenæ. *l.* VI. *Deipn. c.* 19. ad Theſei quoque templum eis, tanquam ad aſylum, confugere licebat, & *homines*

ut ipſum CORPUS SERVI DOMINI ESSE intelligeretur. Ubi tamen humanitas jubet, ut nunquam obliviſcamur, ſervum utique hominem eſſe; adeoque nequaquam eum ita tractemus, velut alias res noſtras, quibus pro lubitu uti abutique, easque deſtruere poſſumus. Et ubi talem ſervum alienare placet, ne iis data opera aut præter meritum addicatur, apud quos inhumana ipſum tractatio eſt manſura.

J. N. & G. *l.* 6. *c.* 3. §. 7.

Denique & id paſſim receptum, ut quæ ex ſervis parentibus naſcitur PROLES, ſervilis & ipſa ſit conditionis, pertineatque tanquam mancipium ad dominum matris. Id quod iſthoc argumento defenditur, quod cujus eſt corpus, VI. Vernæ quo jure fiant domini matris?

Y 4 ejus

*nes ſervulos Potare, amare, atque ad cœnam condicere, licet hoc Athenis nobis*, ait ille, apud Plaut. *in Sticho act.* III. *ſc.* I. De Germanis denique Tacitus *de M. G. c.* 25. Romani autem, ut hoſtes, metu durioris ſervitutis, arma lubentius deponerent, captos non tantum omni exiſtimatione, dominio rerum, nomine, tribu & ſuffragio privarunt; ſed etiam in claſſem rerum, ex claſſe perſonarum, eos conjecerunt, *l.* 2. §. 2. *D. ad l. Aquil.* Ulpian. *tit.* 19. §. I. ita ut, tanquam ad conditionem pecorum redacti, a domino vendi, permutari, oppignorari, noxæ dari, & impune male haberi poſſent, iſtique pro excuſatione ſufficeret, res mea eſt: qua de re Plutarchus *in vita Catonis* legi meretur, & hiſtoria Vedii Pollionis, apud Senecam *lib.* III. *de ira c.* 40. A ſacris etiam quibusdam eos arcuerunt, ſi Herculi v. gr. res divina fieret; teſte Philone, in libro, quo probat, omnes, qui virtutem colunt, eſſe liberos, & Servio ad *l.* VIII. *Æneid.* Florus eos in omnia obnoxios, idcirco *quaſi ſecundum hominum genus* vocat *lib.* III. *c.* 20. immo vix homines; ut femina regerit marito, apud Juvenal. *ſat.* VI. *v.* 223.

*O demens, ita ſervus homo eſt?*

§. VI. Alius effectus ſervitutis Romanæ erat, quod qui

ejus quoque par ſit fructum eſſe, qui ex corpore provenit. Et quia iſta proles naſcitura plane non erat, ſi dominus jure belli in parentem uſus fuiſſet. Et quia parens nihil habet proprii, nulla ratio prolem ejusmodi alendi ſupereſt, niſi ex bonis herilibus. Cum igitur dominus alimenta præbeat ejusmodi proli diu ante, quam ipſius opera utilis eſſe queat; & ſequentes operæ ſui temporis alimenta non multum fere excedant; effugere eidem ſervitutem invito domino non licebit. Manifeſtum tamen eſt, cum ejusmodi vernæ nulla ſua culpa in ſervitutem perveniant, nullum eſſe prætextum,

qui ex utero ſervili nati eſſent, matris conditionem ſequerentur; nam licet verna nec pacto, neque delicto ſervitutem promeritus ſit, adeoque *jure naturæ* liber naſcatur; abſurdum quoque ſit hominem eſſe in fructu, cujus gratia natura omnia procreavit: at quia is (1 jam in utero, pars fuerat acceſſoria viscerum maternorum, (2 in lucem editus, ſi non per occupationem, ſaltem propter alimenta, domino matris ſuæ erat obnoxius, nec habebat, unde debitum ſolveret, (3 Idem hac conditione ſusceptus, & inter plagas colaphosque, extinctis omnibus libertatis ſcintillis, educatus eſſe cenſebatur, ut ſerviret: hinc juris *civilis* diſpoſitio defendi poteſt. vid. Grotius *lib.* II. *c.* 5. §. 29. & *lib.* III. *c.* 14. §. 8. Variæ de ſervis addi poſſent quæſtiones, v. c. an & quatenus illis liceat dominis reſiſtere? an jure ſuo fugere? vel ſervitutem morte exuere poſſint? ſed quia Seneca *epiſt.* 77. 107. Plutarch. in *apopht. Lacon.* & Grotius *l.* III. *c.* 7. §. 6. & 7. ea jam attigerunt, opera illa ſuperſedere poſſumus. Illud tantum addo, quod licet Busbequius *epiſt. Turc.* III. ſervitutis uſum inter Chriſtianos, ſpecioſo, ſed inutili pietatis prætextu, quod Chriſtiani fratres & membra ſint unius corporis, ſublatum eſſe putet; laudamus tamen Pontifices Romanos, Pium V. Alexandrum III. & Innocentium III. quod reverentiam præceptorum Chriſti eo uſque urſerunt, ut Bartolus & Abbas Panormitanus, ſeculo tertio decimo, teſtati fuerint, ſervitutem

Digitized by Google

tum, quare iſti durius debeant tractari, quam conditio perpetuorum mercenariorum admittit.

J. N. & G. l. 6. c. 3. §. 9.

tem Romanam ubivis inter Chriſtianos ſublatam fuiſſe: Germanica vero in hominibus propriis durat. v. Bodin. l. 1. de rep. c. 4. & Grot. d. c. 7. §. 9.

## CAPUT V.

## *De cauſa impulſiva conſtituendæ Civitatis.*

### SUMMARIA.

I. *Status adventitius IV. civilis, in quo officia deducenda ex ortu civitatis.*
II. *Ad eam homo non eſt pronus,*
III. *quod patet, ſi tria conſiderentur,*
IV. 1. *conditio moleſta civis,*
V. 2. *requiſita animalis politici,*
VI. 3. *natura humana vitæ civili repugnans,*
VII. *Sed conſtituta eſt ad vitæ ſecuritatem,*
VIII. *quam in libertate naturali nec naturæ lex præſtat,*
IX. *nec numinis metus aut conſcientia.*

QUAMQUAM vix ſit jucunditatis quid atque commoditatis, quod per hactenus enumerata officia, ſtatusque obtineri non poſſe videatur: quare tamen mortales, non contenti parvis illis, primiſque ſocietatibus, magnas I. Status adventitius IV. civilis, in quo Of-

Y ſ

§. I. Sequitur nunc quartus ſtatus adventitius, qui ex tribus præcedentibus componitur, & nobiliſſimam juris naturæ & gentium partem conſtituit; quæ *jus publicum univerſale* vocari ſolet. Auctor hunc in ejus explica-

Officia deducenda ex ortu civitatis.

gnas ſocietates, quæ CIVITATUM nomine veniunt, conſtituerint, jam inveſtigandum reſtat. Ex hiſce enim fundamentis deducenda eſt ratio Officiorum, quæ ſtatum hominum civilem comitantur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 1.

Ad eam homo non eſt ſua natura pronus.

II. Heic igitur NON SUFFICIT DIXISSE; HOMINEM PER NATURAM IPSAM RAPI AD SOCIETATEM CIVILEM, ut citra eam nec poſſit, nec velit vivere. Sane enim cum apertum ſit, hominem eſſe tale animal, quod ſeipſum & ſuam uti-

catione ordinem ſervat, ut primo naturam civitatis & imperii, poſtea officia imperantium. & civium exponat. **Vox** *civitatis* hic non accipitur late pro magna mundi republica, neque ſtricte pro unius urbis incolis, ſed pro cœtu hominum, jure ſociato, qui neminem agnoſcit ſuperiorem, ſive is una in urbe, ſive pluribus in oppidis, provinciis & regnis degat. Alias *reſpublica* vocatur, vel *imperium*, ſi regni magnitudinem excedat. Dixi *jure ſociato*: nam ſervorum & fugitivorum congregata multitudo; unita quidem eſt, ſed in legum obſequium non conſentit. Similiter itaque Plato *de rep.* civitatem definivit, Ariſtoteles *lib.* III. *Polit.* I. 2. & Cicero *ſomn. Scipion. c.* 3. *concilia cœtusve hominum, jure ſociati, quæ civitates appellantur.*

§. II. Cur homines, relicta libertate naturali, in civitates ſeſe contulerint, ex ſcriptoribus ethnicis, qui ſibi non conſtant, vix diſci poteſt. Plato *indigentiam* variarum rerum, Lucretius *violentiam*, Cicero rerum ſuarum *cuſtodiam* allegat: *Hanc enim ob cauſam maxime, ut ſua tenerent reſp. civitateſque conſtitutæ ſunt. Nam etſi duce natura congregabantur homines, tamen ſpe cuſtodiæ rerum ſuarum urbium præſidia quærebant*, ait *l.* II. *de Offic. c.* 21. Ariſtoteles vero hominem, ut φύσει ζῶον πολιτικόν, ſua natura putat impelli ad civitatem, ut piſcis ad natandum, avis ad volandum. At licet homines natura ferantur ad ſuam felicitatem, iidemque ita nati ſint, ut inter omnes eſſet ſocietas quædam; ex horum tamen appetitu non ſtatim ſequitur appetitus civitatis: nam extra vitam civilem felix quoque erat

utilitatem quam maxime amat; neceſſum eſt, ut dum ultro ſocietatem civilem affectat, aliquam utilitatem inde ſibi proventuram reſpexerit. Et quanquam extra ſocietatem cum ſui ſimilibus homo erat futurus animal longe miſerrimum: tamen cum naturalibus deſideriis & neceſſitatibus hominis primas ſocietates, & per officia ex humanitate, aut pactis præſtita abunde potuerit ſatisfieri, non ſtatim ex ſocialitate hominis inferri poteſt, ejus indolem præciſe ad ſocietatem civilem ferri.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 2. 3.

Id quod planius fiet, ſi conſideremus, quænam CONDITIO EX CONSTITUTIS CIVITATIBUS apud homines proveniat? Quid requiratur, ut quis VERE dici queat ANIMAL POLITICUM, i. e. BONUS CIVIS? Quid denique deprehendatur IN NATURA HOMINIS, INDOLI VITÆ CIVILIS REPUGNANS. III. Tria in hanc rem conſideranda.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 4.

Qui Civis fit, libertatis naturalis jacturam facit, ac imperio ſe ſubjicit, quod jus vi- IV. 1. conditio ex hac ſocietate proveniens.

erat conditio ſegregum patrumfamilas, Noachi, Abrahami & Jacobi: unde Conringius in *prudent. civil. c.* 6. ab Ariſtotele diſceſſit, & Auctor tribus argumentis, in totidem §is. ſequentibus eum refellit.

§. IV. Recte Cæſar ſcripſit: *Omnes homines natura libertati ſtudere, & conditionem ſervitutis odiſſe*, *lib.* III. *de bello Gall. c.* 10. Quisquis autem imperio ſe ſubjicit, non tantum renunciat libertati naturali, ſed & periculo imperantis mali ſe exponit: multa quoque ab eo pati debet, a quibus natura hominis liberi abhorret. Hinc regnum & libertas ſibi opponuntur, apud Livium *lib.* 1. *c.* 17. *lib.* 11. *c.* 12. & regis ſubjecti dicuntur ſervi.



Digitized by Google

vitæ & necis complectitur; & cujus juſſu plurima facienda, abs quibus quis alias abhorrebat, & omittenda, quæ vehementer adpetebat. Pleræque etiam actiones ad bonum ſocietatis referendæ, quod ſæpe à bono ſingulorum videtur diſcrepare. Atqui ad hoc per inclinationes jam congenitas fertur homo, ut nemini ſubjectus eſſe, ut omnia ſuo agere arbitrio, ut proprio commodo in omnibus velificari velit.

*dict. c.* §. 4.

V.

2. requiſita animalis politici.

Animal vere politicum, i. e. bonum civem illum dicimus, qui juſſis imperantium promte paret, qui ad bonum publicum omnibus viribus connititur, ac poſt illud privatum bonum lubenter habet; imo qui nihil ſibi bonum credit, niſi idem bonum quoque ſit civitati; qui denique adverſus alios cives commodum ſeſe gerit. Atqui paucorum ingenia ultro ad hunc finem attemperata inveniuntur, maxima pars metu pœnæ utcunque continentur; multi per totam vitam mali cives, & animalia non politica manent.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 4.

VI.

3. natura humana vitæ civili repugnans

Denique nullum homine animal ferocius, aut indomitum magis, & quod in plura vitia

1. Sam. xxii. *vſ.* 17. v. Grotium *lib.* 1. *c.* 3. §. 12.

§. V. Supra *lib.* 1. *c.* 7. vidimus, omnes homines natura eſſe æquales, & ſe magis, quam alios omnes, amare: in civitate vero boni civis hæc eſt profeſſio, ut pareat prompte, & nihil privatim utile ducat: ad hoc vero homines magis per longam diſciplinam ſunt deducendi, quam ut eo natura ferantur; immo vix dabitur ſocietas, quæ non utilitatis propriæ cauſa magis, quam ſociorum ineatur.

§. VI. Hominum pauciſſimi ſunt natura boni cives, quia in vetitum nituntur, & præ-

vitia, pacem ſocietatis perturbare apta, ſit proclive. Præter deſideria enim cibi, Venerisque, quibus bruta quoque ſolent committi, multis homo agitatur vitiis, quæ bruta ignorant; uti eſt ſuperfluarum rerum inſatiabilis cupido, & ſæviſſimorum malorum ambitio. Vivax item nimis injuriarum memoria, & vindictæ ardor, longo poſt tempore adhuc gliſcens. Nec non infinita diſſimilitudo inclinationum & adpetituum, & cuique pro ſtudio ſuo extollendo pervicacia. Accedit, quod eo furore in proprium genus ſævire gaudeat homo, ut maxima pars malorum, quibus humana conditio vivit obnoxia, ab ipſo homine proficiſcatur.

*dict.* §. 4.

VII. Cauſa civitatis conſtituendæ vitæ ſecuritas.

Genuina igitur & principalis cauſa, quare patresfamilias, deſerta naturali libertate, ad civitates conſtituendas deſcenderint, fuit; UT PRÆSIDIA

præcipue vindictæ ſtudent; id vero contrarium eſt naturæ civitatis, in qua ſoli magiſtratui competit facultas malos puniendi. Salluſtius de bello Catilin. cap. x. *Primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quaſi nutrices omnium malorum fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas ſubvertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit: ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit; aliud clauſum in pectore, aliud lingua promtum habere, amicitias inimicitiasque non ex re, ſed ex commodo æſtumare, magisque vultum, quam ingenium bonum habere.*

§. VII. Cum Hobbeſio, Forſtnero & Houtuyno, primariam cauſam impulſivam civitatis ponit in metu hominum ab hominibus, & conſideratione malorum, quæ ſtatum naturalem comitabantur. Eamque ſententiam ut clariorem reddat (1 in *hoc* §. ſupponit, tantam hominum eſſe malitiam, ut alio remedio ei occurri non poſſit: & contra, quod civitas opibus firma & copiis locuples indigentiæ Platonis medeatur. (2 Oſtendit, non ſuffeciſſe, ad procurandam ſecuritatem, legem naturalem, nec fœdera, quia ubi Ju-

SIDIA SIBI CIRCUMPONERENT CONTRA MALA, QUÆ HOMINI AB HOMINE IMMINENT. Nam uti, poſt Deum O. M. homo homini plurimum prodeſſe, ſic & idem, non minus obeſſe poteſt. Et recte malitiam hominum, ejusque remedium æſtimant, qui in proverbii vicem receperunt: niſi judicia eſſent, unus alterum devoraret. Poſtquam autem per civitates in talem ſunt digeſti ordinem homines, ut a mutuis læſionibus tuti eſſe poſſent, ultro deinde conſecutum fuit, ut eo uberius fruerentur commodis, quæ ex hominibus in homines provenire apta ſunt; puta, ut moribus à puero imbuerentur commodioribus,

Judex deeſt pœnæ quoque ceſſant §. 8. (3 Nec metum divini numinis ſuffeciſſe, quia Deus non punit ἐπ' αὐτοφόρῳ: nec morſus conſcientiæ; qui facto perpetrato demum ſentiuntur §. 9. Verum enimvero quamvis hæc ſatis probabilia videantur, & communis metus etiam inimiciſſimos conciliet, Cl. etiam Carmichaël cauſam Auctoris, contra Titium & Barbeyraccium, egerit, (1 malim varias rerumpublicarum cauſas ſtatuere: alias enim ambitio & ſcelus, alias commune malum, alias rurſus amor viri juſti & prudentis conciliavit. v. Cicero *lib.* II. *de offic. c.* 6. & Juſtin. *lib.* I. *Hiſt. c.* I. (2 Niſi enim ita procedamus, contra hiſtoriam ſacram & profanam, ſequeretur, primas respublicas a piis conditas eſſe; cum tamen Cainus, Nimrodus, ceterique magni latrones primi civitatum conditores occurrant, Gen. IV. *vſ.* 17. & *c.* X. *vſ.* 8. 9. (3 Econtrario autem Abrahamus ejusque poſteri ſegreges patresfamilias fuerunt, uti recte Auguſtinus *lib.* XV. *de civ. Dei c.* 20. (4 Idem quoque Hermogenianus confirmat, quum in *l.* 5. *de Juſt. & Jur.* ex ſuppoſitione malitiæ humanæ, jure gentium primum, ait, introducta eſſe bella, dein diſcretas gentes, & ab his regna condita. (5 Dominandi libido & avaritia peperit latrones, hi vero duce indigebant, in quem imperium erat conferendum, legibus etiam opus, ſecundum quas æquabilis prædæ partitio inſtitueretur; tales fuere Bardylis Illyrius & Viriatus Luſitanus, apud Ciceron. *lib.* II. *Off. c.* XI. (6 Poſtea vero pii quoque in

Digitized by Google

bus, & varias invenirent, atque excolerent artes, quibus vita humana copioſa & commoda fuit reddita.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 7.

VIII. Securitatem per ſeſe homini non præſtat lex naturæ in libertate naturali.

Illuſtrior adhuc fiet cauſa conſtituendæ civitatis, ſi conſideremus, ALIA MEDIA NON FUISSE SUFFECTURA reprimendæ hominum malitiæ. Quanquam enim LEX NATURALIS præcipiat, ut ab omnibus injuriis inferendis homines ſeſe abſtineant: tamen ejus legis reverentia id præſtare non poteſt hominibus, ut in libertate naturali ſatis tuto degere queant. Etſi enim forte dentur homines animo ita modeſto, ut ne impunitate quidem data alios violare velint; alii quoque metu proventuri inde mali cupiditates ſuas utcunque compeſcant: magna tamen ex adverſo eorum turba datur, quibus omne jus vile

in civitates, tanquam remedia malitiæ, ſe contulerunt, iisque rudibus hactenus formas addiderunt, electo quodam viro bono, qui non ſecus ſui curam gereret, quam paſtor gregis, aut paterfamiliæ, uti præter Platonem, Ariſtotelem & Xenophontem, Cicero tradidit *lib.* II. *de Off,* c. 12. *Mihi quidem non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed etiam apud majores noſtros, juſtitiæ fruendæ cauſa, videntur olim bene morati reges conſtituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute præſtantem, qui cum prohiberet injuria teniores æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis pari jure retinebat.* (7 Conſignabo hanc notam verbi Taciti *lib.* III. Annal. *c.* 26. *Vetuſtiſſimi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coercitionibus agebant: neque præmiis opus erat cum honeſta ſuopte ingenio peterentur; & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes; multosque apud populos æternum manſere.*

vile eſt, quotiens ſpes lucri arriſerit, & fiducia propriarum virium, aut ſolertiæ, qua repellere aut eludere læſos ſeſe poſſe ſperent. Quos uti nemo non cavere nititur, qui ſalutem ſuam amat: ita cautio illa commodius, quam ope civitatum obtineri nequit. Nam utut aliqui mutuo fidem dederint de auxiliis invicem ferendis; ni tamen adſit aliquid, quo & judicia eorum uniantur, & voluntates firmiter adſtringantur ad explendam fidem, fruſtra ab iiſdem certum auxilium ſibi quis promittit.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 8.

IX. Neque Numinis metus, & morſus conſcientiæ.

Denique licet lex naturalis hominibus ſatis inſinuet, non impune laturos, qui alios injuria affecerint: tamen neque METUS DIVINI NUMINIS, neque CONSCIENTIÆ MORSUS ſat validam deprehenduntur vim habere quorumvis hominum malitiæ coërcendæ. Nam apud multos, educationis & conſuetudinis vitio, vis rationis velut obſurdeſcit. Unde fit, ut illi præſentibus tantum immineant, futurorum parum curioſi; ac non niſi iis moveantur, quæ in ſenſus incurrunt. Cum autem vindicta divina lento fere pede ſoleat incedere; inde pravis mortalium præbetur occaſio ad alias cauſas impiorum mala referendi, præſertim cum ſæpe videant, improbis affatim adeſſe, queis vulgus felicitatem metitur. Accedit, quod ſtimuli conſcientiæ, quæ facinus antecedunt, non ita validi videantur, quam qui idem ſubſequuntur, quando id, quod factum eſt, infectum amplius fieri nequit. Enimvero pravis cupidinibus reprimendis præſentaneum, & ad indolem hominum probe attemperatum remedium in civitatibus reperitur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 1. §. 12.

Digitized by Google

# CAPUT VI.

## *De interna Civitatum ſtructura.*

### SUMMARIA.

I. *Securitati optime conſulitur per homines alios*,
II. *bene multos*,
III. *ad eundem finem conſpirantes*,
IV. *& voluntates ſub una poteſtate unientes*,
V. *cui ſinguli ſuam voluntatem ſubjiciunt*,
VI. *itemque ſuas vires.*
VII. *Civitas ergo tribus coaleſcit*, 1. *pacto ſingulorum cum ſingulis*,
VIII. 2. *decreto de forma regiminis*,
IX. 3. *pacto inter cives & imperantem.*
X. *Inde civitas unam perſonam moralem conſtituit*,
XI. *cujus voluntas ſe exſerit, vel per unum hominem*,
XII. *vel per concilium paucorum aut omnium.*
XIII. *Conſtat imperante & civibus, originariis & adſcititiis.*
XIV. *Eſt tamen ſano ſenſu a Deo.*

PROXIMUM eſt, ut inveſtigemus, qua ratione Civitates ſint exſtructæ, earundemque INTERNA COMPAGES cohæreat. Ubi illud primo manifeſtum eſt, adverſus mala ab ho- I. Avertendis malis utilis conjunctio hominum.



§. I. Materia civitatum remota eſt hominum multitudo, proxima autem ſunt Imperantes & ſubditi. Licet enim capite præcedente negatum fuerit, homines natura ad civitatem impelli, haud tamen diffitemur, eos, tum ob uſum rationis, tum propter manus ad omnis generis arma habilitatem, ſolos eſſe aptos ad vim repellendam: id quod Auctor, remotione trium aliorum, non ſufficientium, oſtendit. (1) enim *loca* munita ſunt carceris inſtar. (2) Ab *armis* pauci ſibi opem non poſſunt polliceri, adverſus plures. (3) *Brutorum* denique ſatellitium idoneum non eſſe, exemplo elephantorum, Robertus Knox *de Inſul. Ceylon lib.* II. *c.* I. oſtendit. Re-

hominum pravitate imminentia, ſingulis hominibus neque locum aliquem, neque arma, neque animantia bruta commodius & efficacius præſidium potuiſſe ſuppeditare, quam ALII HOMINES. Eorum autem vis cum in longe diſtantia non feratur, neceſſum erat CONJUNGI, per quos finis iſte obtinendus erat.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 1.

II. Nequeeorum paucorum, ſed bene multorum.

Nec minus conſtat, ejuſmodi ſecuritatem adverſus alios homines præſtare non poſſe duorum vel trium conſenſionem. Quia facile eſt, ut ad paucos hoſce opprimendos tot conſpirent, quot certiſſimam ſibi de illis victoriam ſpondere poſſint; quibus ſpes ſucceſſus & impunitatis fidu-

Recte igitur Solon apud Lucianum de Gymnaſiis, ait, civitatem non eſſe muros mutos, aut conjunctionem tectorum, delubris diſtinctam, ſed omnem vim atque auctoritatem ejus in civibus ſitam eſſe. *Ἄνδρες πόλις, καὶ οὐ τείχη*, Nicias apud Thucydid. dixit lib. VII. *c.* 14. cui ſimile eſt illud Themiſtoclis apud Juſtinum lib. II. *c.* 12. *Patriam municipes eſſe, non mœnia; civitatemque non in ædificiis, ſed in civibus poſitam.*

§. II. Si civitas ex ſuis initiis antiquis æſtimetur, vel quindecim homines liberi civitatem & populum efficere poſſent; aut ſane tres familiæ, ſi eas tam locupletes, quam Ælia familia Romæ fuit, ponamus. Val. Max. *lib.* IV. *c.* 4. *n.* 8. & *l.* IV. *c.* 6. *n.* 5. Apulejus in apologia: *Quindecim liberi homines populus ſunt; totidem ſervi familia: totidem vincti ergaſtulum.* Omnium enim regnorum hiſtoria nos docet, parvas olim, ſed multas, reſpublicas fuiſſe, quæ ex una, vel paucis familiis compoſitis adoleverant. Europa certe pro hodiernis regnis, infinitas olim reſpublicas, in Græcia, Gallia, Britannia & Germania, ante Romanorum dominationem, numeravit. Atque hæc eſt *vetus Germaniæ libertas* democratica, apud Tacitum XI. ann. *c.* 16. & *Germanum bonum* Lucanus lib. VII. *vſ.* 435. (2) Quod ſi vero civitatem nunc condendam intelligas, poſtquam regna majora ex variis

fiduciam ad aggrediendum eſt datura. Igitur ad iſtum finem neceſſarium eſt, INSIGNEM HOMINUM MULTITUDINEM ſeſe conjungere; ut paucorum hominum ad hoſtes acceſſio non ſit ipſis conſpicui momenti ad victoriam.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 1.

III. Per eadem media in eundem finem conſpirantium.

Inter multos iſtos, hoc fine coëuntes, oportet ut ſit CONSENSUS CIRCA ADHIBENDA MEDIA AD EUNDEM FINEM IDONEA. Nam etiam multi, ni conſentiant inter ſe, ſed diſtracti ſententiis in diverſa tendant, nihil efficient. Aut licet ad tempus conſentiant, impellente aliquo affectu, mox tamen, prout mutabilia ſunt hominum ingenia & inclinationes, in diverſa abibunt. Et quamvis pacto inter ſe pro-

Z 2 mit-

riis rebuspublicis coaluerunt, majore multitudine adverſus vim hoſtium opus eſt: Plinius quidem lib. XXXV. H. N. *c.* 2. *familiæ populum*, & Juſtinus lib. X. *c.* 1. quinquaginta fratres magnum *populum*, ſed per metaphoram appellarunt. At Ulpianus *in l.* 4. §. 3. *D. vi bon. rapt.* decem aut quindecim homines, rectius *turbam*, quam populum vocat. Numerus autem civium præciſe non poteſt definiri; quia rerum natura nullam nobis dedit cognitionem horum finium, ſed res omnis metienda eſt comparatione potentiæ vicinorum, ut eorum injuriæ repelli poſſint: idque Plato *lib.* V. *de leg.* jam obſervavit, quamvis nimiam multitudinem 5040. civium communiter requirat. vid. Obſervat. Halens. *tom.* IX. *Obſ.* 1. ubi Bodini doctrina *lib.* 1. *de rep. c.* 2. quinque ſcilicet perſonas ad familiam, tres familias ad civitatem conſtituendam ſufficere, rejicitur.

§. III. Forma civitatis conſiſtit in morali ac perpetua unione voluntatum & virium; ſine hac enim corpus multorum hominum, oneri magis, quam præſidio ſibi futurum, finem reipublicæ non poterit obtinere. Cumque totidem ſtudiorum ſunt millia, quot hominum vivunt, nihil efficient voluntates diverſæ, aut vires ſingu-

Digitized by Google

mittant; quod ad defenſionem communem vires ſuas ſint adplicaturi; tamen ne hoc quidem modo ad diuturnitatem iſti multitudini ſat cautum erit. Sed oportet, ut qui ſemel ad pacem & mutuum auxilium cauſa communis boni conſenſerint, prohibeantur, ne poſtea, cum bonum ſuum privatum à publico diſcrepare viſum fuerit, iterum diſſentiant.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 3.

IV. Huc ſpectat voluntatum ſub una poteſtate unio.

Cæterum in humano ingenio DUO potiſſimum occurrunt VITIA, quæ impediunt, quo minus multi ſui juris, & abs ſe invicem non dependentes, diu in communem aliquem finem poſſint conſpirare. Unum eſt DIVERSITAS INCLINATIONUM ET JUDICII circa diſcernendum, quod ad finem eſt utiliſſimum: cui in multis eſt conjuncta HEBETUDO ad diſpiciendum quæ ſen-

gulorum disjunctæ, ad vim unitam hoſtis propulſandam; opus itaque eſt, ut *jure & officio cohæreant*, ut ait Seneca *epiſt.* 102. Atque hoc eſt tertium illud genus corporum, *quod ex diſtantibus conſtat; ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubjecta, veluti populus, legio, grex*, ait Pompon. in *l.* 30. *D. de uſurpat.*

§. IV. Vix uniri poſſunt multitudinis voluntates & vires, propter duo vitia humani generis hic allata, quibus accedit naturale illud, *Negligi, quod communiter poſſidetur*, *l.* 2. *C. quando & quib. quarta.* Opus ergo eſt, ut cuncti voluntates & vires ſuas unius hominis vel collegii voluntati ſubmittant, eique facultatem conferant puniendi contumaces, refractarios, contemtores magiſtratuum, & quotquot ſalutem Reipublicæ impediunt. Ex quibus ſimul differentia patet, inter Reſpublicas hominum & brutorum, ut formicarum & apum; quas Salomon, Columella, & Apulejus figurate *populum*; Homerus & Virgilius *gentem* appellarunt. Illæ enim ex inſtinctu magis, quam conſilio agunt, utque uniant voluntates ſuas non habent neceſſe; quia neque certamen honoris, neque diverſitas temperamentorum, multo minus fa-

Digitized by Google

tentia ex pluribus ſit magis proficua; & pervicacia mordicus defendendi, quod ſemel utcunque arriſerit. Alterum eſt torpor et averſatio ultro faciendi, quod utile eſt, ubi deſit aliqua neceſſitas, quæ tergiverſantes, velint nolint, ad officium faciendum ſubigat. Priori vitio occurritur, unitis in perpetuum voluntatibus omnium. Poſteriori autem, ſi conſtituatur aliqua poteſtas, quæ præſens & in ſenſus incurrens malum infligere poſſit communi utilitati reluctantibus.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 5.

V. Unio voluntatum qui obtineatur?

Uniri multorum hominum voluntates nulla alia ratione poſſunt, quam ſi unusquisque ſuam voluntatem voluntati unius hominis, aut



faſtidium ſtatus præſentis, aut lenocinium verborum eas turbat; omnes denique non tam de defenſione mutua, quam de pabulo, erga hyemem ſunt ſollicitæ.

§. V. Multitudo, ex pluribus corporibus phyſicis, natura diductis & ſingulis compoſita, ita non poteſt unire voluntates ſuas, ut naturalis libertas volendi in ſingulis exſtinguatur, & ſolus Princeps, vel ſola concilij membra velint; neque ita, ut in magna illa ad diſſentiendum facilitate, omnes idem velle incipiant. *Putas tu poſſe ſententiam unam eſſe omnium? non eſt unius una*, ait Seneca *ep.* 102. Non etiam per naturam fieri poteſt, ut vires civium in corpus imperantis transfundantur. Moralis igitur unio, & quaſi traditio per uſum & patientiam hic intelligitur, cujus vis eſt, ut paciſcentes, in his quæ ad finem expediunt, unum fiant corpus, & diverſa licet ſentientes, id voluiſſe videantur, quod vel uni regi, vel paucis optimatibus, vel majori parti populi placuerit. Hinc Auguſtinus: *Da unum, & populus eſt. Tolle unum, & turba eſt.* Hoc reſpectu civitas crebro cum corpore humano, à Platone & Ariſtotele comparatur. (2) Multa ex hac unitate conſectaria fluunt, v. c. quod ſubditi ex delicto rectoris tenentur, & contra, Principes

unius concilii ſubjiciat, ita ut deinceps pro voluntate omnium & ſingulorum ſit habendum, quicquid de rebus ad ſecuritatem communem neceſſariis ille voluerit.

*dict.* §. 5.

VI. Unio virium ſub aliqua poteſtate qui fiat?

Potestas autem talis, quæ omnibus ſit metuenda, itidem inter multos homines nulla ratione conſtitui poteſt, quam ſi omnes & ſinguli ſeſe obligaverint, quod eo modo vires ſuas ſint adplicaturi, ſicut ille voluerit, in quem omnes virium ſuarum directionem reſignarunt. Ubi autem & voluntatum & virium unio facta fuerit, tunc demum multitudo hominum in validiſſimum corpus, Civitatem nimirum, unitur.

J. N. & G *l.* 7. *c.* 2. §. 5.

VII. Civitas coaleſcit 1. pacto ſingulorum cum ſingulis:

Porro ut Civitas regulari modo coaleſcat, requiruntur duo Pacta, & unum Decretum. Primo enim omnium illi multi, qui in libertate naturali conſtitui intelliguntur, ubi ad civita-

pes participant ex delicto ſubditorum; inde manat juſtitia repreſſaliarum, & jus belli in quoscunque hoſtilis civitatis. Grot. *l.* II. *c.* 21. *l.* III. *c.* 2. *&* 4. Porro qui naſcuntur, aut civitatem intrant idem, quod priores, velle intelliguntur: & *Populum eundem vocari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viveret*, ait Alphenus Varus in *l.* 76. *D. de Judic.* Cicero pulchre civitatem cum olea & lauro comparavit, quarum perennis opacitas eſt, lapſu ortuque foliorum, apud Auguſtin. *lib.* XXII. *de Civ. Dei. c.* 6. vid. Hert. diſſ. *de plur. hom. unam perſ. ſuſtin. ſ.* 11. §. 4. *& ſeqq.*

§. VII. Viri Cl. Titius & Barbeyrac. vellicant hanc Auctoris doctrinam: rectius vero Hertius in diſſert. *de modo conſtit. civit. ſect.* 1. eam ſequitur, & *ſect.* 2. Hobbeſium, Houtuynum & Huberum refellit. Ut res plenius intelligatur, ſciendum eſt (1) de perfectæ reipublicæ ſtructura nos loqui, expreſſa

vitatem faciendam congregantur, inter ſe SINGULI CUM SINGULIS PACTUM ineunt, quod in unum & perpetuum cœtum coire velint, ſuæque ſalutis ac ſecuritatis rationes communi conſilio ac ductu adminiſtrare; uno verbo, quod velint concives mutuo fieri. In quod pactum omnes & ſinguli ut conſentiant neceſſum eſt; qui non conſenſerit, is extra futuram civitatem manet.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 6, 7.



preſſa populi voluntate ſtabilita, non vero de rudi quadam & indigeſta mole, qualis initio rerumpublicarum, nondum cognitis diverſis formis fuit; neque de illa, quam tacita voluntas lapſu temporis introduxit. (2) Non quæri, an duo pacta, cum decreto intermedio, poſſint in uno pacto ſimul conjungi; ſed an non re ipſa differant, quod recte affirmatur ab A. quia (*a*) ſinguli primum inter ſe, de cohabitatione & mutua conjunctione paciſci, deinde univerſi cum imperante debent conjungi: (*b*) Primum efficit conſociationem juris & imperii, alterum relationem inter eos, qui regunt & reguntur. (*c*) Illo ſublato deſinit civitas, non contra. (*d*) Iſtud plane liberum eſt, quia nemo invitus libertati naturali renuntiat; at in ſecundo plurima ſuffragia etiam diſſentientes obſtringunt, niſi armis oppoſitis ſint valentiores. (3 In democratia primum tantum pactum reperiri videtur, ſed tamen poſterius ei ineſt, ut majoris partis ſcitum fiat totius populi voluntas, omnesque obligentur decreto plurimorum, etſi pejus ſentientium, in comitiis facto. (4 Alius eſt modus imperii conſtituendi voluntarius, alius involuntarius, vel mixtus: quod ſi enim imperans victor ſibi facit ſubditos, ſecundum quidem deditionis pactum magis apparet in formula apud Liv. *L.* 1. *c.* 38. ſed huic primum ineſſe incipit, ſimul ac homagium victori præſtatur. (5 Si populus recens imperantem quærit, omnino duo adſunt pacta, neque primum, inſtar contignationum & pulpitorum, eſt temporarium, uti Titius putat; nam familia imperante extincta, prius adhuc pactum vim ſuam ſatis oſtendit. v. Cl. Carmichaël *ad h.* §.

VIII. 2 decreto de forma regiminis: Poſt iſthoc pactum oportet, ut Decretum fiat, qualis forma regiminis ſit introducenda. De hac enim antequam conſtitutum ſit, nihil conſtanter poterit expediri, quod ad communem ſalutem faciat.

*dict.* §. 7.

IX. 3. pacto inter cives & imperantem. Poſt decretum circa formam regiminis altero pacto opus eſt, quando conſtituuntur ille vel illi, in quem, vel quos regimen naſcentis civitatis confertur: quo quidem pacto hi ad curam communis ſecuritatis & ſalutis, reliqui ad obſequium his præſtandum ſeſe obſtringunt; quo ipſo etiam omnes ſuam voluntatem ſubjiciunt voluntati iſtius vel iſtorum, ſimulque ſuarum

§. VIII. Inter primum & ſecundum pactum plerumque intercedit decretum, quo multitudo illa conjuncta ſtatuit, quam reipublicæ formam, regularem, puram an mixtam ſequi velit. Hoc autem decretum aliquando primo pacto incluſum eſt, ſæpe ſub ſecundo comprehenditur, ut in lege Regia Romanorum, qua poteſtas populi & in populum principi data eſt, *ei & in eum*, ait Ulpian. *l.* 1. *D. de conſt. Princ.* In jure regio autem Hebræorum decreti habemus exemplum, quod ab utroque pacto ſeparatum eſt Deut. XVII. *vſ.* 14. 1. Sam. VIII. *vſ.* 9. Aliud eſt in vnione Trajectina, quæ ſeptem Civitates, in rebus, ad communem defenſionem pertinentibns, conjungit, *velut ſi una natio eſſent*, apud Wicquefort *Hiſtoire des Provinces unies append. p.* 4. Similiter Achæi olim, per civitates diviſi, *unum corpus & imperium* pacto conſtituerant, ut ſingularum pericula mutuis viribus propulſarentur, Juſtin. *lib.* XXXIV. *c.* 1.

§. IX. Hoc alterum pactum inter imperantes & ſubjectos, attendi meretur inprimis; quia imperio, pacti ſuperioris vindice definito, & legibus ac conditionibus deſcriptis, ſecundum quas utraque pars officio ſuo fungi debeat, ſtructuræ civitatis colophonem quaſi imponit. Exempla ejus ſunt Jos. 1. *vſ.* 16. 18. 1. Sam. X. 24. 2. Sam. V. *vſ.* 1. 1. Chron. XI. *vſ.* 3. item in capitulatione Imperatoris Romano-Germanici, & pactis conventis,

Digitized by Google

rum virium uſum & adplicationem ad communem defenſionem eidem, vel iisdem deferunt. Atque hoc pactum ubi rite fuerit exſecutioni datum, tunc demum perfecta & regularis Civitas inde provenit.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 8.

X. Civitatis natura & definitio ex traditis.

[1] Civitas ita conſtituta ad modum UNIUS PERSONÆ concipitur, unoque NOMINE ab omnibus diſtinguitur, atque dignoscitur, habetque peculiaria JURA, ac RES proprias, quæ neque ſinguli, neque multi, neque adeo omnes ſimul citra eum, qui ſummum habet imperium, ſeu cui regimen civitatis commiſſum, ſibi aſſerere poſſunt. Unde civitas DEFINITUR, quod ſit perſona moralis compoſita, cujus voluntas ex plu-

Z 5

tis, quæ regibus Polonorum præſcribuntur. Solet etiam hoc pactum, ab utraque parte, metu divini numinis firmari; dum Reges jurant, ſubditi vero obſequium homagio confirmant. Uſus ejus Romanis quidem fuit ignotus; ab Athenienſibus vero ad Imperatores Orientis, ab his ad Francos pervenit, & hodie ubivis fere per Europam obſervatur.

§. X. Civitas, in ordine ad alios, tanquam perſona moralis, dicitur naſci, vivere, mori, contrahere, litigare, poſſidere, delinquere, & puniri *l.* 56. *D. de uſufr. l.* 21. *D. quib. mod. uſuſf. amitt. l.* 22. *D. de fidej. l.* 7. *D. quod cujusque univ.* (2 Caput illius perſonæ eſt imperans, qui totam molem agitat, & per artus infuſus eodem quaſi officio fungitur, quo gubernator in navi, & mens in corpore. Cum Hobbeſio etiam respublica non inepte cum magno animali comparari poteſt, cujus anima eſt imperans, artus ſunt magiſtratus, nervi præmia & pœnæ: nam veteres etiam animæ & ſpiritus vocabulis hac in re crebro utuntur. (2 Ab eodem Hobbeſio *de cive c.* v. §. 9. Auctor petiit definitionem civitatis, quam Titius more ſuo carpit, aliamque adfert in *ſpec. jur. publ. l.* VI. *c.* 7. §. 16. alias Ariſtoteles *lib.* 1. *Polit.* 2. Grotius *lib.* 1. *c.* 1. §. 14. Huberus *lib.* 1. *digr. c,* 13. Hertius *prud. civil. p.* 1. *ſect.* 2. §. 4.

Digitized by Google

plurium pactis implicita & unita, pro voluntate omnium habetur, ut ſingulorum viribus & facultatibus ad pacem & ſecuritatem communem uti poſſit.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 13.

XI. Regimen civitatis vel uni homini traditum.

Exſerit autem ſeſe VOLUNTAS CIVITATIS, tanquam principium actionum publicarum; vel PER UNUM HOMINEM, vel PER UNUM CONCILIUM, prout in illum aut hoc ſumma rerum fuit collata. Ubi penes unum hominem eſt regimen civitatis, civitas velle intelligitur, quodcunque iſti homini (cui ſanam rationem conſtare præſupponitur) placuerit, & quidem circa negotia, quæ ad finem civitatum ſpectant.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 14.

XII. Vel concilio ex

Verum ubi regimen civitatis collatum eſt in Concilium, ex pluribus hominibus conſtans, quo

§. 4. nobis dedere. Sed putidum foret, nimis propter definitionem cum illis altercari, quamvis non neſciam, ingens ad ſequentia adferre momentum, ſi recta definitio præcedat. Breviter deſcribo, quod ſit conſociatio multorum patrumfamilias inæqualis & rectoria, per unionem voluntatum & virium, ſub eodem ſummo imperio, juris fruendi, & communis ſalutis cauſa, contracta. v. Ciceron. *l.* 1. *de Offic. c.* 12.

§. XI. Civitas præterea conſiderari poteſt in ordine ad imperantes & ſubditos & tunc per phyſicam Regis, Optimatum, vel majoris partis voluntatem totius civitatis voluntas ſeſe exſerit: unum enim Reipublicæ corpus unius hominis vel concilii animo regendum eſſe, Aſinius Gallus apud Tacitum dixit *lib.* 1. *Annal. c.* 12. Nec tamen, quod Hobbeſius & Houtuynus voluerunt, quicquid Monarchæ placuit, continuo lex eſt: nam placuiſſe ipſi debet cum ratione, & ſecundum leges regni, ſi quæ ſunt, fundamentales: quicquid vero ultra eas, vel ut privatus, in negotiis ad ſalutem ſubjectorum non pertinentibus, jubet, pro lege minime haberi poteſt.

§. XII. De jure majoris par-

Digitized by Google

quorum quisque ſuam retinet voluntatem naturalem; regulariter illud habetur pro voluntate civitatis, in quod conſenſerit MAJOR PARS hominum, ex quibus Concilium componitur; niſi expreſſe ſtatutum ſit, quota pars concilii conſentiens requiratur ad repræſentandam voluntatem univerſitatis. Ubi autem duæ ſententiæ diſcrepantes pares ſint, nihil agetur, ſed res in priori ſtatu manebit. Inter plures ſententias diſcrepantes illa prævalebit, quæ ſingulis diſſentientibus major eſt; modo in eam tot conſpirent

pluribus collecto commiſſum.

tis Pragmatici Dd. vulgo minus accurate differunt: ita vero habendum eſt. (1 Extra collegia naturaliter æquum non eſt, ut pars major ſequatur minorem; quia argumentum, peſſimi turba eſt, neque tam bene cum rebus humanis actum, ut meliora pluribus placeant. Hinc in re communi, quod omnes tangit, ab omnibus, liberum partis ſuæ arbitrium habentibus. debet expediri, & melior ratio eſt unius prohibentis. (2 In collegio autem & ſenatu v. gr. Ordinum Ariſtocratico, vel in comitiis populi Democraticis, ea non tantum pacto expreſſa, ut Hobbeſio placet, ſed etiam præſumta creditur voluntas fuiſſe coëuntium, ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia; hæc autem non alia eſt, quam ut major numerus ſuffragiorum vincat minorem: nam licet impar ſit prudentia, par tamen jus eſt, & disputatio abiret in infinitum, cujus partis vota ſint ſaniora, cum unusquisque ſuum optimum eſſe putet. (3 Paribus ſententiis res manet in ſtatu quo, & in cauſis *civilibus* nihil agitur; quamvis illa pars, quibusdam in collegiis vincat, a qua ſtat Præſes. In *criminalibus* vero pondus utrobique æquale, velut in æquilibrio, pœnam ſuspendit; quia in dubio præſtat nocentem abſolvere, quam innocentem damnare. Paulus in *l.* 38. *D. de re jud. Inter pares numero judices, ſi diſſonæ ſententiæ proferantur, in liberalibus quidem cauſis, pro libertate ſtatutum obtinet; In aliis cauſis pro reo, quod & in judiciis publicis obtinere oportet.* Idem docet Seneca pater *lib.* I. *contr.* 3. *lib.* III. *contr.* 1. & filius *epiſt.* 81. *Reus ſententiis paribus abſolvitur &* ſem-

Digitized by Google

rent, quot alias voluntatem univerſitatis per ſanctiones publicas repræſentare poſſunt.

XIII. Membra civitatis imperans, Monarcha, Senatus aut populus liber; & cives originarii vel adſcititii.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 15. 19.

Civitate ita conſtituta, ille, in quem imperium eſt collatum, prout eſt vel unum concilium paucorum aut univerſorum, Monarcha, Senatus, aut Populus liber dicitur; reliqui Subditi audiunt, aut Cives, vocabulo hoc latius accepto. Etſi preſſius illi quibusdam duntaxat cives ſoleant dici, quorum coitione & con-

*ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius.* Idem in fabula de Oreſte apud Æſchylum & Euripidem, per famoſum calculum Minervæ indicatur, de quo Bœcleri, nec non Cocceji *diſſert.* extant. (4 Inter plures ſententias discrepantes illa prævalet, quæ ſingulis diſſentientibus major eſt; licet omnibus diſſentientibus, ſimul ſumtis, ſit minor: unde duriores condemnantes conjunguntur contra mitiores abſolventes, & inter condemnantes illa prævalet, in quam pars major conſenſit. v. c. duo judices abſolvunt, tres condemnant, unus in xv. alter in x. tertius in v. reus in decem eſt condemnandus; quia primus in eandem ſummam conſpirat. Jus Romanum vero minimam ſummam præfert *l.* 27. §. 3. *D. de recept. qui arb. l.* 38. §. 1. *D. de re jud.* atque ita Ariſtoteles *lib.* II. *Polit. c.* 6. At ſi discordia non in numeris, ſed in qualitate eſt, difficilior videtur inſpectio: exemplum habet Plinius *lib.* VIII. *ep.* 14. unus damnat ad mortem, alter relegat, tertius abſolvit. Plinius nihil hic actum eſſe putat, etiam Cujacius *l.* XII. O. 16. & Grot. *l.* II. *c.* 5. §. 19. Sed cum Alciato *lib.* IX. *Parerg. c.* 12. æquius eſſe putem, duos poſteriores conjungi; quia hi hominem conſervare nituntur. Alia exempla vide apud Gell. *lib.* IX. *Noct. c.* 15. Ærodium *Pand. rerum jud. l.* V. *t.* 22. *c.* 6. 7. & Huber. *ad D. tit. de re judic. n.* 18. utet *de jure civ. l.* III. *ſ.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *ſeqq.*

§. XIII. Quemadmodum in arbitrio populi eſt, quam formam Reipublicæ velit eligere, ita idem ſymbola quoque imperii, titulum & epitheta imperantis ſui definit: exteri vero ad honores, qui inde ſequuntur, legatis præ

Digitized by Google

conſenſu primo civitas coaluit, aut qui in horum locum ſucceſſerunt; nempe patresfamilias. Sunt porro CIVES vel ORIGINARII vel ADSCITITII. Illi ſunt, qui vel initio civitati naſcenti interfuerunt, vel qui ex hiſce ſunt geniti; quos etiam INDIGENAS adpellari mos eſt. Hi autem ſunt, qui civitati jam conſtitutæ extrinſecus accedunt eo fine, ut fortunarum ibi ſedem figant. Nam qui tantum ad tempus commorandi cauſa in civitate verſantur, etſi tantiſper ipſius imperio ſubjiciantur, cives tamen non habentur, ſed peregrini aut inquilini vocantur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 20.

Iſta

præſtandos, non niſi conſenſu expreſſo vel tacito obligantur. Sic rectam capite tiaram gerere, ſolis olim regibus datum eſſe, Seneca *lib.* VI. *de benef. c.* 31. & Plutarch. in *Artaxerxe* referunt. Apud recentiores hoc diſcrimen obſervatur, quod Imperatorum diadema, inſtar hemiſphæri, eſt clauſum, regis vero apertum, teſte Anna Comnena *lib.* III. *Alexiad.* (2 De verbis dignitatem exprimentibus, exemplum noviſſimum eſt in titulo Imperatoris Ruſſorum, de quo vide, ſi lubet, diſſert. meam 3. Ita Reſpublica Veneta *Sereniſſima Signoria*, & Ordines Belgii fœderati generales *Celſiſſimi & potentiſſimi*: Hollandiæ vero & Zelandiæ Status *Illuſtriſſimi & Potentes*, ex illorum decreto, appellari debent. (3 Subditi aliquando vocantur cives; differunt autem, quod ipſe Rex civis eſt, ut aquila avis, non autem ſubditus. Servi porro & incolæ ſunt ſubditi, non cives; qui denique ad tempus commorantur, ſubditi velut *temporarii* ſunt, ut Grotius appellat *l.* II. *c.* XI. §. 5. & legibus loci ſubjiciuntur, licet in album civium non fuerint relati. (4 Diſcrimen inter cives originarios & adſcriptos, ut Cicero, vel δημοποίητυς, ut Athenienſes appellant, apud Hebræos & Græcos, habuit ſuum uſum, etiam hodie, in honoribus & ſucceſſionibus, illis in locis, ubi jus indigenatus vel albinagii viget: in plerisque vero allecti ejusdem cum originariis ſunt conditionis, eadem onera ſe-

Digitized by Google

XIV. Imperium civile quo ſenſu a Deo ſit?

Iſta tamen, quæ ſuper origine civitatum tradita ſunt, non obſtant, quo minus IMPERIUM CIVILE A DEO eſſe recte dicatur. Cum enim idem legem naturalem ab omnibus hominibus exerceri velit; & vero poſt multiplicatum genus humanum tam horrida vita inter homines proventura fuerit, ut legi naturali vix ullus relinqueretur locus; cujus tamen exercitium per inſtitutas civitates egregie promovetur; ergo (cum qui jubet finem, jubere etiam cenſeatur media ad finem neceſſaria) Deus quoque, mediante dictamine rationis, antecedenter præcepiſſe humano generi multiplicato intelligitur, ut civitates, quæ ſummo imperio velut animan-

ferunt, iisdemque juribus utuntur. v. Brunn. *ad l. un. C. de priv. corp.*

§. XIV. Quæſtio hæc mere theoretica, maximis tamen animi motibus agitata eſt, ſed logomachiis magis involuta, quam periculoſis illis conſequentiis, quibus utraque ſententia oneratur. Vid. Thomaſ. *Inſt. Juriſpr. div. l.* III. *c.* 6. §. 66. *ſeqq.* (1 Recte Auctor in Opere Major. *lib.* VII. *c.* 3. refellit inconditam Ziegleri, Hornii, Strauchii, Boſii & Graswinkelii ſententiam, qui majeſtatem, velut ens phyſicum, a Deo regibus, a populo electis, immediate infundi, tanquam fidei articulum, tuentur: id quod etiam Grotio diſplicuit *lib.* I. *c.* 4. §. 7. *n.* 3. & Hertio in diſſ. de *modo conſt. civ. ſ.* 2. §. 2. *&* 3. ubi ad contraria reſpondit. Apud Germanos vero dogma illud anno 1338. conſtitutione publica, adverſus Papam, fuit firmatum, & juvari videtur auctoritatibus ſacris atque profanis. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. *Ab Jove ſunt reges*, Homeri dictum eſt. Titus *principatum fato dari*, ait apud Sueton. *c.* 3. in numis PROVIDENTIA DEORUM legitur. Imperatores Orientis ΘΕΟΣΤΕΦΕΙΣ, Occidentis A DEO CORONATOS ſeſe appellarunt. (2 Verum hæc pariter, ac textus ſacræ Scripturæ, in quibus nunc humana, nunc divina ordinatio regum occurrit, commode ſatis conciliari poſſunt. Nam ſicut homines, non Dei præcepto,

mantur, conſtituerentur. Quarum ordinem quoque in divinis literis expreſſe adprobat, ejusque ſanctimoniam peculiaribus legibus ſancit, ſibique illud peculiariter curæ eſſe teſtatur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 3.

pto, ſed vel ambitione potentiorum compulſi, vel ſponte adducti, experimento infirmitatis, civitates ipſas earumque formas invenere, ita cives quoque paciſcentes ſunt cauſa proxima & ſpecialis ſummæ poteſtatis, & in ſucceſſivis, & in electivis regnis; ut vel ex Saulis hiſtoria apud Samuelem conſtat, *lib.* 1. *c.* 8. & divus Petrus firmat 1. *epiſt. c.* 2. *vſ.* 13. ubi imperium civile *ἀνθρωπίνην κτίσιν*, humanam ordinationem appellavit. Eodem tendit Ovidii fictio, ex honoris & reverentiæ conjugio, ſatam eſſe majeſtatem, qua mundus temperatur *lib.* v. Faſt. *vſ.* 25. (3) Deus vero cauſa prima dici poteſt, & univerſalis quatenus (*a*) homines docuit, in civitates coire, ejusque voluntati pacta innituntur; (*b*) providentia ſua ad omnem regum conſtitutionem, voluntates civium in certum hominem vel familiam movendo concurrit, (*c*) ſalubre civilis poteſtatis inſtitutum ejusque collationem probat, tanquam Deus ordinis; (*d*) fidem ſancte colendam eſſe imperat, (*e*) extra ordinem, ad iram & amorem ſuum exercendum, perſonæ electionem moderatur. (*f*) præſertim in Theocratia populi Judaici, in qua Deus omnia ſuis auſpiciis peragi voluit. Atque ad has claſſes loca omnia, ſine hæreſeos nota, referri poſſunt, quæ Exodi III. *vſ.* 10. 1. *Sam.* IX. *vſ.* 15. *Eſa.* X. *vſ.* 5. XLV. *vſ.* 11. Dan. IV. *vſ.* 32. Jobi XXIV. *vſ.* 39. Joann. XIX. *vſ.* 11. Rom. XIII. *vſ.* 2. & alibi reperiuntur. Cauſas, unde opinio veterum & recentiorum, de immediata illa origine majeſtatis divina fluxerit, & magis magisque aucta fuerit, vide apud Cl. Treuerum ad hunc §. Fruſtra Petrus de Marca *l.* II. *de concord. regn. & ſacerd. c.* 2. ad pietatis prætextum confugit, quod noſtra *ſententia libertatem regum aliquo pacto imminuit, dignitatem violat, factionibus vires ſubminiſtrat, immo in ipſas ſacras ſcripturas peccare videtur, qua Deo imperium uniuscujusque principis adſcribit.* In alteram partem ſævior eſt Pufend. *d. l.* VII. *c.* 3. §. 1.

CA-

II. 1. poteſtas ferendi leges.

In civitate omnes ſuam voluntatem ſubmiſerunt voluntati imperantium, circa negotia ad ſalutem civitatis facientia, quod velint facere, quidquid illi voluerint. Hoc ut fieri poſſit, neceſſum, ut IMPERANTES CIVIBUS SIGNIFICENT, QUÆ IPSORUM CIRCA TALIA SIT VOLUNTAS. Iſtud igitur faciunt non ſolum PER MANDATA AD SINGULOS directa circa negotia particularia; ſed etiam PER GENERALES REGULAS, unde omnibus in perpetuum de agendis omittendisve conſtet. Per quas etiam definiri ſolet, quid cuique ſuum, quid alienum cenſeri debeat; quid in civitate pro licito, quid pro illicito, quid pro honeſto aut inhoneſto habendum; quid cuique ex libertate naturali ſuperſit, aut quomodo quisque uſum ſuorum jurium ad tranquillitatem civitatis temperare debeat; quid



concipi nequit, quia hæc poteſtate ſua ſe abdicavit, nec duo ſumma per rerum naturam eſſe poſſunt. *Quod ſummum eſt, adjectionem non recipit: Quid enim ſupra ſummum erit?* ait Seneca *ep.* 85. vid. Grot. *l.* 1. *c.* 3. §. 8. 9. & Huber. *de jur. civ. l.* 1. *S.* 3. *c.* 1. §. 11. *ſeqq.*

§. II. Objectum ſummæ poteſtatis eſt complexus variorum jurium, quæ vulgo *jura majeſtatis*, ſive imperii; ab Anglis *prærogativa regia*; ab Italis & Germanis, ambigua voce, *regalia* appellantur, 2. *F.* 56. Horum alia ſunt *majora*, quæ in ipſa poteſtate regendi territorium; vel *minora*, quæ in mediis; vel *minima*, quæ in emolumentis conſiſtunt. Duo priora, tanquam eſſentialia majeſtatis, hoc proprium habent, quod a ſummo imperante non poſſunt avelli; varie autem diſpeſcuntur. Aliæ enim atque aliæ partitiones ſunt Ariſtotelis *l.* IV. *Pol. c.* 14. Dionyſii *l.* IV. *c.* 20. Grotii *l.* 1. *d. J. B. & P. c.* 3. §. 6. Pufendorfii *l.* VII. *c.* 4. §. 1. Lockii *tract. poſt. de Imperio c.* 12. *&* Hertii *prud. civ. p.* 1. *ſ.* 6. §. 18. Optima eſt, in jura majeſtatis *immanentia, & tranſeuntia*: illa in ipſos ſubjectos, intra fines civitatis, per eccleſiaſticam, legiſlatoriam & judiciariam poteſta-

tem;

Digitized by Google

denique & quo modo quiſque ſuo jure ab altero exigere queat. Hæc omnia enim liquido definita eſſe, ad decus & tranquillitatem civitatis plurimum facit.

*dict.* §. 2.

III. 2. Jus determinandi atque infligendi pœnas.

Is porro potiſſimus civitatum finis eſt, ut homines mutua conſpiratione & ope tuti ſint adverſus damna & injurias, quæ ab hominibus invicem inferri poſſunt & ſolent. Id ut obtineatur ab hominibus, quibuſcum in eandem ſocietatem conjungimur, non ſufficit, ut mutuo inter ſe paciſcantur de injuriis non inferendis: neque etiam ut nuda ſuperioris voluntas civibus innoteſcat: ſed opus eſt METU POENÆ, ET FACULTATE EANDEM REPRÆSENTANDI. Quæ pœna, ut huic fini ſufficiat, ita eſt temperanda, ut aperte majus malum ſit leges violaſſe, quam obſervaſſe; utque adeo pœnæ acerbitas vo-

tem: hæc cum exteris Principibus & rebuspublicis, in negotiis belli, pacis, fœderum & legationum exercentur. Magnus utriusque claſſis eſt numerus, quæ Caſpar Zieglerus *de juribus majeſtatis* prolixe explicavit. Sed Auctor ſeptem tantum, hoc capite, exempli cauſa, proponit, eaque infra latius *cap.* 12. *&* *ſeqq.* illuſtrat. Primo *jus legum condendarum* ad eum ſolum pertinet, in quem ſumma poteſtas eſt collata; quia tota reip. conformatio legibus ineſt, earumque imperia potentiora ſunt, quam hominum, ut Livius ait *lib.* 11. *c.* 12. Cicero eandem legum, quæ regum conſtituendorum, cauſam fuiſſe, ait, *lib.* 11. *de Off.* *c* 12. quo cives, dignitate diſpares, æquales faciant, & cum omnibus una voce loquantur. Eſt autem poteſtas illa, intra cancellos legis naturalis & divinæ, utilitatis civium & pactorum fundamentalium coercenda; nam omne honeſtum & turpe ab arbitrio Principis ſuſpendere, craſſiorem Hobbeſii Philoſophiam ſapit.

§. III. Ad tutelam civium internam pertinet *jus* *vitæ*

Digitized by Google

voluptati aut lucro, quod ex injuria capitur aut ſperatur, præponderet. Nam non poſſunt homines non ex duobus malis minus eligere. Licet autem multi per imminentem pœnam ab injuriis non reprimantur, id tamen inter minus frequentia habendum eſt; quæ plane evitare conditio humana non patitur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 4. §. 3.

IV. 3. poteſtas civium lites cognoſcendi ac decidendi.

Quia etiam ſæpe controverſiæ ſuper recta legum adplicatione ad facta ſingularia oriri ſolent, ac multa accurate expendenda occurrunt, ſi quid contra leges factum eſſe dicatur: inde, ut inter cives tranquillitas conſtet, ſummi imperiii eſt



*vitæ & necis*, cujus meminit Paulus Rom. XIII. vſ. 4. Ut enim quies reip. obtineatur, metu pœnæ opus eſt, ad ſceleſtorum malitiam reprimendam. Quotusquisque enim reperiretur, qui, impunitate omnium propoſita, abſtinere poſſit injuria? Nonne alter alterum vivus deglutiret? ut in Hebræorum proverbio erat. Vinculis igitur & carcere fatigandi ſunt, quos numinis metus non terret. *Valeria lex nihil ultra, quam improbe factum, adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) viſum, credo, vinculum ſatis validum legis, nunc vix ſervo ita minetur quisquam*, ait Liv. *lib.* X. *c.* 9. Atque hoc eſt, quod Solon dixit, rempublicam præmio & pœna contineri; ejusque imitator Ulpianus, veræ & non ſimulatæ Phiſophiæ munus eſſe, ait: *bonos non ſolum metu pœnarum, verum quoque præmiorum exhortatione efficere*, in *l.* 1. §. 1. *D. d. J. & J.* & Conſtantinus in *l.* 3. *C. Th. de numerar. Vel laus eos & dignitas honorabit, vel ſi in culpa fuerint deprehenſi, pœna comitabitur.*

§. IV. Judicia pertinent ad jus privatum, ſed eorum conſtitutio eſt juris publici ac Majeſtatis. Recte enim, poſt Herodotum & Ariſtotelem, Cicero dixit, *lib.* II. *de off. c.* 12. *juſtitiæ fruendæ* cauſa, in civitates coitum eſſe. Nam cum inops multitudo ab iis premeretur, qui majores opes habebant, ad unum aliquem con-

LITES CIVIUM COGNOSCERE ET DECIDERE; ſingulorumque facta, quæ legibus contraria arguuntur, examinare, ac pœnam legibus convenientem dictitare & exſequi.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 4. §. 4.

V. 4. jus belli & pacis ac fœderum. Ut autem qui in civitatem coiverunt, adverſus extraneos tuti ſint, ſummi imperii eſt CONGREGARE, UNIRE, ET ARMARE, aut ejus loco conducere, quot pro incerto numero, & viribus hoſtium ad communem defenſionem opus viſum fuerit; rurſusque, ubi expedierit, pacem facere. Cumque & belli & pacis temporibus inſerviant FOEDERA, ut & commoda diverſarum civitatum melius communicari poſſint: & validior hoſtis junctis viribus repelli, aut in ordinem redigi queat; penes ſummum quoque imperium erit, utrique tempori inſervientia fœdera

confugiebant, qui præ ceteris juſtitiæ, ſapientiæ & virtutis fama florebat, ut injuria tenſores prohiberet, & æquitate ſummos cum imis retineret. Solent autem Imperantes tres judicii partes, facti cognitionem, juris ad illud applicationem, & executionem aliis mandare, tum ratione territorii, tum ratione cauſarum; ſic tamen, ut ultimam provocationem ſibi reſervent: nam ut nulla ratione poſſit provocari, cum perſona ſubditi pugnat, ait Grot. *lib.* II. *c.* 4. §. 13. Veterum plerique, ut ſanctitati judiciorum magis proſpiceretur, in magna reliquorum ignorantia, ſacerdotes iis præfecere, Cæſar *lib.* VI. *de B. G. c.* 13. Tacit. *de M. G. c.* 7. Ælian. *lib.* XIV. *c.* 34. ibique Perizon *in not.*

§. V. Ubi judicia deſinunt, incipit bellum; id quod ut ex jure gentium ſolenne ſit, nonniſi ab iis, qui jus totius habent, ſuſcipi poteſt; quia univerſa civitas, ipſaque ſceptra & coronæ in diſcrimen vocantur. Apud Romanos in crimen Majeſtatis incidebat, qui injuſſu Principis bellum geſſiſſet *l.* 3. *D. ad L. Jul. Maj.* & *l. un. C. ut armor. uſus.* Juris belli autem latiſſimi ſunt fines, quia conſcriptionem & hoſpitationem militum, armamentaria, ca-

dera inire, univerſosque ſubditos ad ea ſervanda obſtringere, ſimulque exinde redundantia commoda in civitatem derivare.

I. N. & G. *l.* 7. *c.* 4. §. 5.

VI. 5. Poteſtas creandi magiſtratu.

Cum etiam civitatis amplæ negotia, tam belli quam pacis tempore occurrentia, ab uno homine ſine MINISTRIS & MAGISTRATIBUS executioni dari nequeant; opus erit ab ſummo imperio conſtitui homines, qui ipſius vice controverſias civium examinent, vicinorum conſilia explorent, milites gubernent, opes civitatis colligant, & diſpenſent, ac denique utilitati civitatis undique proſpiciant. Quos ipſos ſummus imperans ad officium faciendum compellere, geſtorumque rationes poſcere poteſt ac debet.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 4. §. 6.

 Quia

caſtella, arces, claſſes, guarantiam, pacem, neutralitatem, fœdera & legationes comprehendit. v. *c.* 16. & 17.

§. VI. Vellejus Paterculus *lib.* II. *c.* 127. *Magna negotia magnis adjutoribus egent: intereſtque reip. quod uſu neceſſarium & dignitate eminere, & utilitatem auctoritate muniri.* Adminiſtrare ſat. remp. ſummi imperantis eſt; ſed quia is ubique eſſe nequit, multos oculos, aures, manus & pedes, ad regendam ſummæ reip. molem, ſibi comparare debet: tales autem ſunt conſiliarii & magiſtratus. Illi ipſum principem repræſentant, ejusque negotia publica in ſanctiore concilio expediunt. Olim *Patres & amici* regum vocabantur. Hi vero ſunt miniſtri, cum facultate quadam imperandi, à rep. conſtituti. Illud certum eſt, præſtare mali Principis bonos Conſiliarios, quam boni malos; ſed plerumque *qualis eſt judex populi, tales etiam ſunt miniſtri ejus*, Eccleſ. x. *vſ.* 2. Symmachus lib. IV. *ep.* 7. *Summis imperii moderatoribus pia & decora ſuadentes inſtrumenta ſunt boni ſaculi. Eſt quidem Rectori noſtro divini* ſon-

VII. 6. Jus imperandi tributa & vectigalia: Quia porro nec belli nec pacis tempore civitatis negotia ſine SUMTIBUS geri poſſunt, ſummi imperii eſt adigere cives, ut eosdem ſuppeditent. Id quod variis modis contingit; puta, ſi vel cives aliquam bonorum aut proventuum regionis abs ſe inſeſſæ partem ad hos uſus ſeponant, vel ſinguli cives de ſuis bonis conferant, ſimulque ubi opus ſit operas ſuas præbeant; vel ſi vectigalia imponantur mercibus, quæ importantur, & exportantur, (quorum illud tamen magis cives, hoc exteros onerat,) aut ſi de pretio rerum, quæ conſumuntur, modica pars decidatur.

J. N. & G. *l.* 7 *c.* 4. §. 7.

VIII. 1. Poteſtas conſtitu- Denique cum ſingulorum actiones à ſua cujusque opinione regantur; plerique autem de rebus

*fontis ingenium, & omnium virtutum promta natura. Sed ut imagine uti liceat, optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigum manus juvat.*

§. VII. Juſtum eſt, ut civis qui commodis civitatis frui cupit, etiam ad ſumtus belli & pacis concurrat. Neque enim quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt, auctore Tacito lib. IV. Hiſt. *c.* 74. Ulpianus *in tributis reip. nervos eſſe, nemini dubium eſſe,* ait in *l.* 1. §. 20. *D. de quæſt.* Quintilian. decl. 341. *Neceſſaria eſſe vectigalia civitati: exercitus ſtipendium accipiunt.* Ad aulam quoque Principis, cum ſplendore quodam ſuſtentandam, opus eſt certis reditibus & bonis; quæ hodie domanialia, cameralia vel menſalia appellantur. Uſum illorum antiquiſſimum, apud Ægyptios & Spartanos, Diodorus Siculus & Xenophon prodidere. De Latinis Servius ad illa lib. IX. Æneid. *vſ.* 274. verba -- *campi quod rex habet ipſe Latinus*, notat: *Mos fuerat, ut viris fortibus, ſive regibus, pro honore daretur aliqua publici agri particula, ut habuit Tarquinius Superbus in campo Martio, quod ſpatium ab Homero τέμενος dicitur.* add. infra *c.* XV. §. 3. & 5.

§. VIII. Ad imperium civile quoque pertinet cura ſcholarum & religionis. Quam-

bus ita ſoleant judicare, prout aſſueverunt, & prout communiter judicari vident; pauciſſimi proprio ingenio vera & honeſta diſpicero queant: inde civitati expedit, ut publice ejusmodi DOCTRINIS perſonet, quæ cum recto fine & uſu civitatum congruunt, ſimulque animi civi-

endi publicos doctores.



Quamvis enim privata liberorum educatio in patris ſit arbitrio, neque civitates ſacrorum cauſa ſint conſtitutæ, ex voto tamen optimarum felicitas conſiſtit in eo, ut cives, animo ſcientiis exculto, ſecundum virtutes operentur, quas inter præcipua eſt pietas; baſis & fundamentum omnis honeſtatis. (1) Quum ergo teſtæ diu retineant odorem, quo ſemel recentes ſunt imbutæ, ſuprema inſpectio in ſtudia imperanti competit; cui & incumbit curare, ut in Academiis, à ſe erectis, dotatis & exornatis, vera ſanaque doctrina promoveatur, at noxia, ſeditioſa & impia excludatur, utque rixis eruditorum modus ſit, a ſtulta ambitione communiter profectis. Recte dixit Hobbeſius: non conſentire alicui, eſſe erroris eum tacite accuſare; in multis abire, eſſe eum pro ſtulto habere; hinc bella literaria inter Sabinianos & Proculianos, Legiſtas & Decretiſtas, ſed acriora inter Theologos, quia Dei cauſa agitur. Mitto vetus dictum, inter horologia facilius, quam inter Philoſophos convenire. Magis prodeſſet, ſi latrantes illi deſererent inane ſtudium ſupervacuorum, & quæſtiones nulli profuturas, quæ ſpecioſa vanitate ita illos detinent, ut negligant neceſſaria: quemadmodum ſuo tempore Seneca graviter monuit *de brevit. vita c.* 13. & in aurea *epiſt.* 88. Juvenal. *ſat.* VII. *vſ.* 234. quibus Cl. Buddei diſſertatio *de cultura ingenii* jungatur, (2) Majoris momenti eſt jus Injperantis *circa ſacra*: quod vulgo, ſed perperam, *jus Epiſcopale* vocatur. Quemadmodum omnia collegia in civitate, ſic etiam univerſitas, quæ cultum religionis publice exercet, & certis juribus fruitur, imperio ſubjacet, *l.* 1. §. 1. *D. de colleg. l.* 2. *D. de extr. crim.* ne ſpecie religionis turbæ, ſcelera & bella oriantur, quorum exempla ſunt apud Livium *l.* xxxıx. *c.* 8. *ſeqq.* Plutarch. *de Iſide c.* 58. & Juvenal. *ſat.* xv. *vſ.* 35. Nulla enim res efficacius multitudinem regit, quam ſuperſtitio, alioqui impotens, ſæva, mutabilis; *ubi vana religio-*

um à puero iſtis imbuantur. Ejusmodi igitur doctrinas qui publice doceant, ſummi imperii eſt conſtituere.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 4. §. 8.

IX. Quæ imperii partes natura ſunt indiviſæ.

Sunt autem iſtæ partes ſummi imperii naturaliter ita CONNEXÆ, ut, ſiquidem regularis for-

*religione capta eſt, melius vatibus ſuis, quam ducibus paret,* ait Curt. *lib.* IV. *c.* 10. Apud gentiles omnis de diis doctrina ad rationes reip. particulares, & retinendam in obſequio plebem accomodata erat, nec mirum ergo, quod idem *Rex dux bellierat, judex controverſiarum, & dominus ceremoniarum erga Deos,* ut ait Ariſtot. *lib.* III. *Polit. c.* XI. & Servius ad *Virg.* III. *Æneid. vſ.* 80. Religio autem, Chriſtiana quatenus cultum *internum* & credenda continet, ſub imperio civilis poteſtatis non continetur. Ea enim officia erga Deum, ac internam felicitatem, hujus & futuræ vitæ, pro ſcopo habet: Reſpublica autem circa officia hominum erga homines, & externam ſecuritatem occupatur. Neque ſubjecti mentes ſuas Imperanti ſubjecerunt, quarum rex ſolus Deus eſt: neque religionis eſt cogere religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet; neque arma hujus militiæ carnalia ſunt; uti Lockius, Werenfelſius, Baylius, Saurinus & Noodtius profeſſa opera oſtenderunt. *Externi* autem religionis actus arbitrarii, & media, quæ cultum internum promovent, & perſonæ ſacris præfectæ, imperio civili non modo ſubjectæ ſunt, ſecundum Pauli illud: *Omnis anima magiſtratibus ſubjecta eſto, Rom.* XIII. *vſ.* 1. ſed & officium Principis Chriſtiani eſt, Eccleſiam viſibilem alere, tutari & curare, ut omnia in ea ordine & decenter fiant. *Reges erunt nutritii tui,* Eſa. 49. *vſ.* 23. Totum ergo jus circa ſacra partim in directione, partim in defenſione conſiſtit, & circa publicum religionis exercitium, disciplinam & ordinationes eccleſiaſticas, miniſtros, Synodos, conſiſtoria & bona eccleſiarum verſatur. Vid. Grot. *de imp. ſumm. pot. circa ſacra.* Putend. *de habitu relig. Chriſtianæ ad vitam civilem.* Thomaſ. *vindic. jur. Maj. circa ſacra,* & *de jure Princ. Evang. in controv. Theol.* Quibus adde, ſi lubet, Oration. meam *de jure Imp. & Stat. imp. circa ſacra.*

§. IX. Summum imperium unum quidd[illegible] eſt

am [illegible]

forma civitati conſtare debeat, omnes & ſingulæ penes unum radicaliter eſſe debeant. Nam ſi una vel altera plane abfuerit, mancum erit imperium, nec ad finem civitatis procurandum idoneum. Sin autem iſtæ dividantur, ita ut quædam radicaliter ſint penes unum, reliquæ pe-

& indiviſum, quod intellectu magis partes habet, quam corpore, & ex diverſis operationibus cognoſcitur. Tanta etiam partium illarum eſt conjunctio & nexus, ut majeſtas coronæ aſſimiletur, quæ parte circuli amiſſa nomen ſuum amittit. Hinc Auctor in *Op. Maj. l.* VII. *c.* 4. §. 9. *ſeqq.* multis rationibus, poſt Bodinum & Hobbeſium, evincere conatur, mixtas reſpublicas non dari, atque ita Tacitus lib. IX. Aunal. 32. *Cunctas nationes & urbes populus, aut primores, aut ſinguli regunt; delecta ex his & conſtituta Reip. forma laudari facilius, quam evenire, vel ſi evenit, haud diuturna eſſe poteſt.* Verum licet Majeſtas regularis ſit indiviſa, vix etiam ex tribus formis mixtura fieri poſſit, & ſi populo ea arriſerit, compages civitatis irregularis, nec ſatis concinna inde exſurgat, tamen quia levior ille morbus eſt, præ malis, quæ ex abuſu partium majeſtatis conjunctarum ſub pravis imperantibus, proficiſci poſſunt; hinc populis quibusdam placuit diviſio, & nihil vetat quo minus ſummum imperium dividatur (1) per partes *ſubjectivas*, ut plures Imperantes regalia pro indiviſo exerceant, & talis regni ſpecies ad Ariſtocratiam inclinat. (2) Per partes *potentiales*, ita ut jus belli & pacis rex ſolus exerceat; tributa autem, & rerum gerendarum nervus a populi concilio dependeant. Exempla antiqua reip. Hebræorum, Macedonum, Romanorum & Athenienſium Grotius attulit *l.* I. *c.* 3. §. 17. & 19. recentiora in Germania, Britannia, Suecia, Polonia & Hierarchia Romana Hertius laudavit *prud. civ. p.* I. *ſect.* XI. §. 8. (3) A mixtis autem his, ſive irregularibus, differunt reſpublicæ *temperatæ*, cum imago libertatis proceribus vel populo, in adminiſtratione relinquitur. v. c. ſi Rex nolit leges vel donationes valere, niſi à Senatu approbentur: vel ſi Optimatum reipublicæ ſimulacrum Regis adjiciatur; cujus exemplum eſt in duce Veneto-rum,

penes alium, irregularem remp. & male cohærentem emergere neceſſum eſt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 2. §. 1, 11-14.

rum, *un veritable fantome & un ombre d'un Prince*, ait Didier. *p.* 2. *de la Ville & rep. de Veniſe.*

---

## CAPUT VIII.

# *De Formis Rerumpubl.*

SUMMARIA.

I. *Formæ rerumpubl.*
II. *Aliæ regulares aliæ irregulares.*
III. *Regulares tres, monarchia, ariſtocratia, democratia.*
IV. *Monarchia præ ceteris commoda.*
V. *Vitia civitatis,*
VI. *alia ſunt hominum in Monarchia,*
VII. *Ariſtocratia,*
VIII. *Democratia,*
IX. *& quavis forma reip.*
X. *alia ſtatus.*
XI. *Unde tyrannnis, oligarchia, ochlocratia.*
XII. *Reſpublicæ irregulares variæ.*
XIII. *Syſtema civitatum*
XIV. *aliud ex communi rege,*
XV. *aliud ex perpetuo fœdere.*

I. Formæ Rerump. variæ.

SUMMUM imperium, prout vel in UNO HOMINE, vel IN UNO CONCILIO, EX PAUCIS, AUT UNIVERSIS CONSTANTE, reperitur, diverſas FORMAS Rerump. producere ſolet.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 3.

II. Regularas

Sunt autem FORMÆ CIVITATIS vel REGULA-

§. I. Quemadmodum Patres familias in ædibus exſtruendis

GULARES vel IRREGULARES. Illæ ſunt, ubi imperium ſummum in uno ſubjecto ita eſt unitum, ut illud indiviſum & inconvulſum ab una voluntate per omnes civitatis partes atque negotia ſeſe diſpenſet. Ubi hoc non deprehenditur, irregularis forma civitatis erit. vel irregulares.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 23.

III. Formæ regulares: Monarchia, Ariſtocratia, Democratia.

Civitatis REGULARIS TRES ſunt FORMÆ. Prima, quando ſummum imperium eſt penes unum hominem; & dicitur MONARCHIA. Altera, quando ſummum imperium eſt penes concilium, ex ſelectis duntaxat civibus conſtans; & vocatur ARISTOCRATIA. Tertia, quando ſummum imperium eſt penes concilium, ex univerſis patribusfamilias conſtans; & appellatur DEMOCRATIA. In prima is, qui rerum potitur, dicitur MONARCHA, in ſecunda OPTIMATES, in tertia POPULUS.

*l.* 7. *c.* 5. §. 49.

IV. Monarchiæ præ

In omnibus hiſce formis poteſtas quidem eſt ea-

ſtruendis non ſemper leges architecturæ obſervant, & commode tamen habitant, ſic idem accidit in ſtructura rerumpublicarum: quarum aliæ (1) ſunt *ſimplices*, in quibus unus eſt Imperans homo, vel concilium, & unus Populus; aliæ *compoſitæ*, ubi diverſæ respublicæ ſyſtema efficiunt, (2) ſimplices ſunt vel *regulares*, de quibus §. *ſeqq.* vel *irregulares*, de quibus *ad* §. 12.

§. III. Regulares civitates a ſumma poteſtate dividuntur in Regnum, Ariſtocratiam & Politiam, Æſchines contra Timarchum: *Conſtat inter omnes, tres eſſe formas rerump. principatum unius, poteſtatem paucorum, & populare imperium. Ac duo priora genera eorum arbitratu geruntur, qui rerum potiuntur, libera autem civitates uſitatis legibus.* Breviter Cicero lib. III. de rep. apud Auguſtinum: *Remp. eſſe rem populi, cum bene aut juſte geritur ſive ab uno Rege, ſive à paucis Optimatibus, ſive ab univerſo populo.*

§. IV. Auctor *l.* VII. *c.* 5. §. 4. cum Hobbeſio *c.* VII. de

alis commoditas. eadem. Sed in eo inſignem habet COMMODITATEM Monarchia præ reliquis formis, quod in ea ut deliberetur & decernatur, id eſt, ut imperium actu exerceatur, non opus ſit temporibus & locis condictis, ſed quovis loco & tempore deliberari & decerni poſſit; ſic ut Monarcha ſemper in proxima ſit potentia ad actus imperii exercendos. Sed ut Optimates & Populus, qui non ſunt una perſona naturalis, decernant, neceſſum eſt, ut certo loco & tempore conveniant, ubique ſuper negotiis publicis deliberent & decernant: cum alio modo voluntas Senatus ac Populi, quæ ex conſpirantibus majoris partis ſententiis reſultat, cognoſci nequeat.

*dict.* §. 6.

bene,

*cive* § 8. Democratiam antiquiſſimam facit, repugnante ſacra & profana hiſtoria, item natura familiarum ſegregum, in quibus uni Patrifamilias, tanquam Regi, aſſueti erant primi mortales. Abrahamum, Nicolaus Damascenus & Juſtinus *regem* vocarunt, quia jus ſacrorum, belli & fœderum ſuo modo exercuit Gen. XIV. *vſ.* 13. XVII. 23. Similiter Barbaricas gentes, & omnes Græciæ civitates regibus paruiſſe, Iſocrates & Dionyſius prodidere. In univerſum Salluſtius in Catilin. *Regium in terris nomen imperii primum fuit.* Et Cicero lib. III. *de LL. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt* (2) Bene Auctor Monarchiæ prærogativam tribuit: nam licet illa longius recedat a naturali libertate, eſt tamen firmiſſima, magis durat, facilius gubernatur, conſilium habet in promtu & celerrimam executionem, ſi modo bonum principem nanciscatur, ſine quo regnum eſt inſtabile, & in latrocinium convertitur. Seneca *lib.* I. *de clem. c.* 19. *Natura*, ait, *commenta eſt regem: quod & ex aliis animalibus licet cognoſcere, & ex apibus, quarum regi ampliſſimum cubile eſt, medioque ac tutiſſimo loco.* Plura de regni præſtantia Lipſius cumulavit *lib.* II. *Polit c.* 2. Sicut autem nihil in hac vita eſt perfectum, ita omnes for-

Cæterum uti circa alia jura, ita & circa ſummum imperium contingit, ut id alicubi bene, alicubi prave & imprudenter adminiſtretur. Unde fit, ut aliæ civitates SANÆ, aliæ MORBIDÆ & CORRUPTÆ dicantur: etſi propter iſtiusmodi morbos, peculiares formas aut ſpecies rerumpublicarum comminiſci neceſſum non ſit. Eorum autem morborum, quibus civitates infeſtantur, alii IN HOMINIBUS, alii IN IPSO STATU hærent. Inde alia VITIA HOMINUM, alia VITIA STATUS audiunt. V. Vitia civitatis, alia hominum alia ſtatus,

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 10.

VITIA HOMINUM IN MONARCHIA ſunt, ſi qui VI. Vitia ho-

formæ ſua commoda habent & incommoda, de quibus orator bonus in utramque partem ſplendidè differere poteſt; nec tamen magna ejus disceptationis eſt utilitas; nam optima forma eſt, quæ cum genio populi cujusque quam maxime convenit. Eſt quoddam genus natura factum ad herum recipiendum, aliud ad regem, aliud reip. aptum & æqualitatis amans, ut pulchre Ariſtoteles exemplis docuit *lib.* VII. *Pol.* 7.

§. V. Hæc diviſio ad formam accidentalem pertinet; quemadmodum enim homo æger a ſano non differt ſpecie, ſic morboſæ Reſpublicæ non minus reſpublicæ manent. Haud facile autem morbi illi cognoscuntur, ob ſpeciem ſanitatis, vel priſtini ſtatus umbram, & mala inveterata. Difficilius de illorum remediis eſt judicium: ſæpe enim illa ex ambitione, vel avaritia perverſe applicantur, aliquando etiam medicina vehementior eſt morbo; ut in hiſtoria Gracchorum, & lapidei Hyppolythi a Lapide conſilio, quo *carnificem, non medicum agit*, judice Monzambano *c.* 8. §. 3. Porro dantur & morbi utiles, & quædam ſanitas eſt inutilis; quodque uni reipublicæ prodeſt, ſæpè nocet alteri. Nec tamen officio boni civis repugnat, reipublicæ morbos inveſtigare; quin ſæpè conducit juſto loco & tempore ſcapham ſcapham appellaſſe; quum morbi illi non ſemper imperantibus imputari poſſint.

§. VI. Omnia vitia commo-

Digitized by Google

minum in *Monarchia.* qui ſolium obtinet regnandi artibus deſtituitur, nullaque aut non ſufficiente reipubl. cura tangitur, eamque pravorum miniſtrorum ambitioni aut avaritiæ lacerandam proſtituit, ſi ſævitia & iracundia idem eſt terribilis; ſi etiam citra neceſſitatem remp. in caſum dare gaudet; ſi quæ ad tolerandos ſumtus reip. conferuntur, luxu, aut per inconſultas largitiones diſſipat; ſi pecunias civibus extortas præter rationem accumulat; ſi contumelioſus, ſi injuſtus eſt; & ſi quæ ſunt alia, per quæ mali nomen Principis comparatur, *dict.* §. 10.

VII. Vitia hominum in Ariſtocratia. VITIA HOMINUM IN ARISTOCRATIA ſunt, ſi per ambitum, pravasque artes via in ſenatum patet viris improbis aut ineptis, excluſis melioribus; ſi optimates factionibus diſtrahuntur; ſi ple-

modè referri poſſunt ad Principum voluptates, faſtum, avaritiam, crudelitatem, ætatem immaturam, imperitiam, vel nimium ſtudiorum amorem, quæ omnia eleganter Hertius illuſtravit. *prud. civ. p.* 2. *ſect.* 4: Vellejus Paterculus *lib.* II. *c.* 82. monuit, vitia illa pleraque tribus cauſis ali: *facultatibus, licentia & adſentationibus.* Prudenter Seneca lib. I. de clem. *c.* 3. *Illius demum Principis magnitudo ſtabilis fundataque eſt, quem omnes tam pro ſe eſſe, quam ſupra ſe ſciunt; cujus curam excubare pro ſalute ſingulorum atque univerſorum cottidie experiuntur. Quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal è cubili proſilierit, diffugiunt: ſed tanquam ad clarum & beneficum ſidus certatim advolant; objicere ſe pro illo mucronibus inſidiantium paratiſſimi, & ſubſternere corpora ſua ad ſalutem.*

§. VII. In *Ariſtocratia*, non tam facile metuendus eſt tumultus: Optimates tantum per intervalla moriuntur, neque omnes facile mali fieri poſſunt. Premunt eam autem factiones, tardæ ſunt consultationes; flagitia procerum inulta; plebs afficitur injuria, & unus exſurgit, qui aſſentando omnia poteſt. In malis hisce eorumque remediis explicandis, di-

plebe tanquam mancipiis abuti, & bona civitatis, augendo privato patrimonio, intervertere ſtudent.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 10.

VIII. Vitia hominum in Democratia.

Vitia hominum in Democratia ſunt, ſi inepti & turbulenti homines turbulenter & importune ſententias ſuas tueri ſolent; ſi egregiæ & reip. non prægraves virtutes opprimuntur; ſi per levitatem leges temere finguntur atque refinguntur, & quæ modo placuerunt, mox citra rationem diſplicent: ſi ſordidi & inepti homines rebus gerendis præficiuntur.

*dict.* §. 10.

IX. Vitia hominum in quavis forma.

Vitia hominum, quæ in quamvis civitatis speciem cadunt, ſunt; ſi quibus imperii adminiſtratio incumbit, officio ſuo negligenter

diligentiſſimus fuit Ariſtoteles *lib.* v. *Polit. c.* 7. 8. Machiavellus ad Livium & Hert. in *prud. civ. p.* 2. *sect.*

§. VIII. In Statu *Democratico* quilibet paterfamilias habet jus comitiorum, quod omnes reddit æquales, & ſimulacrum libertatis repræſentat, *Populi imperium juxta libertatem* Tacit. VI, Ann. 42. ſed obeſt ejus felicitati ſtultitia plebis, otioſæ præſertim, & male educatæ, quæ perverſe libertatem definit, eamque in licentiam commutat. ut ex Atticis Oratoribus, Cicerone & Salluſtio liquet. Deinde non deſunt turbulenti tribuni & flabella plebis, accuſationes item crebræ, & æmulationes cum divitibus, unde Politiæ facile in Ariſtocratiam vel Oligarchiam convertuntur, uti Venetorum, Lucenſium & veterum respublicæ teſtantur.

§. IX. Ad vitia hominum quoque pertinet, ſi nulla religionis aut juſtitiæ habetur cura; ſi mala educatio civium fovetur, & cultus animorum, ad herile imperium obtinendum, impeditur; vel ſi nimia peregrinorum multitudo ad honores evehitur; ſi monumenta non ſtruuntur, aut uni, præter imperantem, nimis tribuitur, vel ſi proceres temere injuria & contumelia afficiuntur.

ter aut prave funguntur, & cives, quibus ſola obſequii gloria relicta eſt, frænum mordent.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 10.

X. Vitia ſtatus nonnulla notata.

Aſt Vitia Status ſunt, ubi leges, aut inſtituta civitatis non ſunt attemperata ad genium populi, aut regionis; aut ubi eadem cives diſponunt ad turbas internas, aut ad juſta vicinorum odia incurrenda; aut ſi eosdem ineptos reddunt ad obeundas functiones, quæ reip. ſervandæ ſunt neceſſariæ; puta, ſi per leges civitatis non poſſint non in imbellem ſegnitiem reſolvi, aut inidonei ad pacem ferendam reddi; aut ſi leges fundamentales ita ſint diſpoſitæ, ut per eas negotia publica non poſſint non tarde aut difficulter expediri.

*dict.* §. 10.

XI. Tyrannis, Oligarchia, Ochlocratia quæ?

Morbidis ejusmodi rebuspubl. multi peculiaria quoque vocabula adplicant, ita ut vitioſa Monarchia vocetur Tyrannis; vitioſus status paucorum Oligarchia, vitioſus status popularis Ochlocratia. Etſi frequenter contingat, ut multi per iſthæc vocabula non tam morbum reip. quam suum affectum aut diſplicentiam in præſentem ſtatum, imperantesve exprimant. Sæpe enim, cui vel rex vel ſtatus Monarchicus diſplicet, Tyran-

§. XI. Hobbeſius negat, per vitia illa naturam poteſtatis in ſe variari, ſed verum eſt, tyrannidem non eſſe monarchiam, quia jus mutat in injuriam, & meliore parte civitatis offenſa, dominationem non delatam exercet: quamvis negari non poſſit, Tyranni vocem ab oratoribus Græcis adeo inviſam eſſe factam, cum olim Regem notarit. Etiam difficillimum eſt Tyrannum aliquem probare

rannum aut Dominum ſolet vocare, etiam legitimum & bonum Principem, præſertim ubi is leges ſevere exſequitur. Sic & cui dolet Senatu ſe excludi, cum tamen aliis ſenatoribus inferiorem ſeſe haudquidquam arbitretur, per contemtum & invidiam ὀλίγους illos vocat, quaſi dicas paucos quoſdam, qui cum nulla re cæteros emineant, in pares tamen aut meliores, non ſine faſtu, imperium exerceant. Denique ſuperbo homines ingenio, & quibus æqualitas popularis inviſa eſt, ubi in democratia pari omnes jure de republ. ſuffragia ferre vident, cum tamen in quavis civitate plebis maximus ſit numerus, Ochlocratiam id vocant, q. d. ſtatum, ubi vilis turba rerum potitur, nec egregiis viris, quales ipſi ſe ducunt, aliqua prærogativa relinquitur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 11.

XII. Respublica irregularis. Ejus variæ ſpecies.

RESPUBLICA IRREGULARIS eſt, in qua non ita perfecte unio illa, in qua eſſentia civitatis conſiſtit, deprehenditur, idque non per modum morbi, aut vitii in adminiſtratione reip. hærentis; ſed ut publica lege aut conſuetudine ea velut legitima ſit recepta. Cum autem aberrationum à rectitudine infiniti eſſe modi queant, non

Bb pos-

bare, uti Iſocrates Buſiridem, Lucianus Phalaridem, Budæus Tarquinium Superbum, Cardanus Neronem, Thomaſius Wenceſlaum defendit.

§. XII. Sunt, qui irregulares prorſus rejiciunt, & Kulpis. ad *Monz. c.* 6. §. 9. miratur, homines privatos id ſibi auctoritatis ſumere, ut reſpublicas regulares faciant, vel irregulares. Verum diviſio illa non ex cerebrina Philoſophia, ſed ex arcta aut laxa unione reipublicæ petita, omnino retineri debet; quia in irregularibus partes imperii non ſemper ſunt apud unum hominem, vel unum concilium, ſed quædam Princeps, quædam Optima-

tes;

poſſunt etiam irregularium rerump. certæ & definitæ ſpecies conſtitui. Indoles tamen ejus ex uno aut altero exemplo plane poteſt intelligi. v. g. Si in aliqua republica ſenatus & populus ſummo utrinque jure negotia publica tractent, ita ut neuter alteri obnoxius ſit. Aut ſi in regno aliquo procerum potentia ita invaluerit, ut Regi deinceps non alio modo, quam inæquales fœderati, ſubſint.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 13-15.

XIII. Syſtema civitatum duplex:

Systemata civitatum vocamus, ubi plures perfectæ civitates aliquo peculiari vinculo ita

tes, quædam Populus ſibi vindicat. Exempla ſunt in Imperio Romano Germanico, Britannia, Suecia, Polonia, & in Hierarchia Papali. Nec labem ſemper aut vitium adſpergit reipublicæ, quod irregularis eſt: nam uti Plato, Ariſtoteles & Cicero tripliciter temperatas, optimas eſſe judicarunt: ita ubi vera mixtura eſt duarum, ſæpe minor fit populo injuria; ſæpe vero divulſa Majeſtatis jura, vitio hominum, infirmiorem reddunt Rempublicam, ſive id ignoretur, ſive diſſimuletur. Ad prioris generis temperatas pertinet, quod Cicero *lib.* II. *de Rep.* apud Nonium ſcribit: *Statuo, eſſe optime conſtitutam remp. quæ ex tribus generibus illis, regio, optimatum & populari confuſa modice, nec puniendo irritet animum, immanem ac ferum, nec omnia prætermittendo, licentia civeis deteriores reddat.* Poſterioris, in fine §. deſcriptæ, exemplum Auctor, ſub ficto Monzambani nomine, propoſuit *c.* VI. §. 9. *Germaniam eſſe irregulare aliquod corpus, & tantum non monſtro ſimile, ſiquidem ad regulas ſcientiæ civilis aliasque reſpublicas exigatur, & cujus ſimile in toto terrarum orbe non extat.* quam ſententiam deinde, in diſſert. *de Rep. irregulari*, adverſus Schoockium, Oldenburg. Bruggemannum aliosque tuitus eſt. Habet ſane Germania formam imperii irregularem & innominatam, quæ fluctuat inter monarchiam & Syſtema fœderatorum, ſatis autem bonam, & ad genium populi accomodatam, ſi ſecundum leges adminiſtretur. v. Hert. *prud. civ. p.* I. S. 12. §. 9.

§. XIII. Hactenus ſimplices

ita connectuntur, ut ipſarum vires fere pro unius civitatis viribus haberi queant. Exſurgunt autem ſyſtemata duplici potiſſimum modo; uno per communem Regem, altero per Fœdus.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 16.

XIV. Aliud emergens ex communi rege;

Mediante communi Rege systema emergit, quando plura ſeparata regna vel ex conventione, vel ex occaſione matrimonii, hæreditatis, aut victoriæ, unum & eundem habent Regem, ita tamen ut ideo in unum regnum non coaleſcant, ſed ſingula juxta ſuas leges fundamentales à communi Rege adminiſtrentur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 17.



ces civitates vidimus, nunc duplicis generis compoſitæ ſequuntur. Varie enim populi vi, conſenſu vel mixtim, & modo homogeneo, vel heterogeneo ita coaleſcunt, ut vel una resp. fiant, vel maneant diverſæ, ſed arctiſſimo fœdere colligentur, quod genus Strabo σύστημα appellavit, *lib.* IV. *pag.* 420. & alibi. Deſcriptio ejusmodi Syſtematis, & hic, & in Op. Maj. *l.* VII. *c.* 5. §. 16. allata, obſcurior eſt, & Auſtriam atque Hispaniam, præcedente ſeculo, ita connexas comprehendit: ideoque Titius in *Specim. jur. publ.* *l.* 6. *c.* 7. §. 34. & hic in notis, meliorem adfert. In cauſas, commoda & incommoda horum Syſtematum Bœclerus in diſſert. *de concilio Amphictyon.* & Pufendorfius noſter late inquirit, in *diſſert. de Syſtematibus civitatum* §. 10. *& ſeqq.* Remedia adverſus morbos Hertius addit *prud. civ. p.* 2. *ſect.* 16. *ſeqq.*

§. XIV. Quatuor diverſæ ſpecies diſtinguendæ ſunt inprimis. (1) Ex duabus Civitatibus unus fit Reipublicæ contextus, & σύγχυσις πολιτείας, confuſio civitatum in unam, uti Sabinorum cum Romanis, Scotorum cum Anglis. (2) Altera alterius fit appendix, uti Provinciæ Romanæ, & utriusque Indiæ

XV. Aliud plurimum perpetuo fœdere. Altera species systematum provenit; ex quando plures civitates vicinæ perpetuo Foedere ita connectuntur, ut aliquas partes ſummi imperii, quæ præcipue defenſionem contra extraneos ſpectant, non niſi conſenſu omnium exercere velint, ſalva manente de cætero ſingularum civitatum libertate, & independentia.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 5. §. 18-20.

Ca-

diæ acceſſio. (3) Altera alterius pars ſit, ſed ſuis legibus regenda; uti regnum Italiæ cum Germania, & olim regnum Arelatenſe. (4) Sub uno capite plura regna vel ditiones conjunguntur; uti Hungaria cum Germania, Polonia cum Saxonia; & talis unio ſtricte eſt explicanda, ut una civitas ad alterius debita vel onera non teneatur.

§. XV. Exempla antiqua præbent fœdus Amphictyonicum, universæ Græciæ, & arctius Ætolicarum ac Achaicarum nationum, de quibus Strabo *l.* IX. Juſtinus *l.* XXXIV. *c.* I. & Ubbo Emmius *vet. Græc. tom.* 3. Recentiora ſunt in Belgio fœderato, & laxius cohærente Helvetia: ſingulæ enim Provinciæ propriam rempublicam conſtituunt, nec aliter, quam in rebus communis defenſionis, ſunt conjunctæ; uti de Belgis Grotius *in Apolog.* de Helvetiis Guilimannus *l.* III. *c.* 14. probavit. Vitia horum Syſtematum ſunt, ſi vinculum commune incertum eſt, aut nimis laxum, quod ex virium diſparitate & modo conjungendi facile reſultat. v. Pufend. *de Syſtem. civit.* §. 16. & Hert. *prud. civ. d. p.* 2. *ſect.* 19.

Digitized by Google

## CAPUT IX.

# *De Affectionibus Imperii Civilis.*

SUMMARIA.

I. *Imperium civitatis ſummum eſt,*
II. *&, qui illud habet, ἀνυπεύθυνος*
III. *legibusque civilibus ſuperior.*
IV. *Summum imperium ſanctum eſt.*
V. *alibique abſolutum,*
VI. *alibi limitatum.*
VII. *Regnum aliud in patrimonio, aliud in uſufructu.*

HABET hoc omne Imperium, quo univerſa aliqua civitas regitur, in qualibet Reip. forma, ut ſit SUMMUM, i. e. in ſui exercitio a nullo homine tanquam ſuperiori dependens, ſed ex proprio judicio & arbitrio ſeſe exſerens, ſic ut ejusdem actus à nemine, tanquam ſuperiore, queant irriti reddi. I. Imperium Civitatis ſummum eſt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 6. §. 1.

Bb 3 Inde

§. I. Attributa majeſtatis ſunt, quod illa (1) eſt ſumma (2) legibus civilibus ſoluta (3) ſancta & adverſus injurias munita. Summitas, alias ſuprematus, *Souveraineté*, conſiſtit in facultate perfecta imperandi omnia, quæ ſalus reip. poſtulat. Ejus duo ſunt effectus, (1) quod actus imperantis à nemine, *tanquam ſuperiore*, irriti reddi poſſunt, licet illi ob clauſulam caſſatoriam legi fundamentali vel capitulationi inſertam, aliquando nulli ſint, aut reſcindantur. (2) Quod ſummus nemini, *ut ſuperiori*, ad rationes reddendas, vel ad pœnam, qua talem, teneri nequeat, quia ſuperiorem non habet: propter injurias vero aliis imperantibus illatas, bello peti poteſt, & ſubditis ultro quandoque, ad amoliendam ſuſpicionem, rationes reddit.

Digitized by Google

II. Et nemini ad rationes reddendas obſtrictum

Inde etiam eſt, quod idem imperium ſit ἀνυπεύθυνον, ſeu NEMINI MORTALIUM OBSTRICTUM AD REDDENDAS RATIONES, eo cum effectu, ut ſi eas alteri non adprobaverit, pœnis humanis aut coërcitioni, velut à ſuperiore profectis, eo nomine ſit obnoxium.

J. N. & G. *l.* 7. *c:* 6 §. 2.

III. Legibusque civilibus ſuperius.

Cui conjunctum eſt, ut idem ſummum imperium LEGIBUS, ut talibus, SIT SUPERIUS, iisdemque adeo directe non obſtringatur. Iſtæ enim leges à ſummo imperio tam in origine, quam in duratione dependent. Inde fieri non poteſt, ut per iſtas idem obligetur; cum alias idem ſe ipſo ſuperius foret. Etſi ubi ſummus im-

§. II. Monarchomachi hunc effectum ſummi imperii negant, & quemlibet imperantem ad rationes populo reddendas obligari, ſerio contendunt; bella ratione ſcilicet, quod conſtituens ſuperior ſit conſtituto. Verum hac de re *ad* §. 4. agemus. (2) Alii perperam dubitant, an imperium, per pacta limitatum, aut temperatum ſummum maneat. (3) Rurſus alii diſcrimen ſummi imperii, aut ſummo minoris, ex delatione imperii per electionem, aut ſucceſſionem petunt; quos, à Grotio licet notatos *l.* 1. *de J. B. & P. c.* 3. §. 10. *n.* 5. Hobbeſ. ſecutus eſt, in Leviathan. *c.* 19. Verum univerſaliter id dici non poſſe, vel unico Imperatorum Romanorum exemplo conſtat: ſub horum enim prioribus, propemodum hereditariis, multum libertatis populus retinuit: poſteriores vero, a militibus electi, abſolutam poteſtatem exercuere. Solent tamen hereditarii reges adductius imperare. Sedes etiam Romana hereditarios præfert, eosque *potentiſſimos*, electos tantum *ſereniſſimos* vocat: quem morem ceteræ aulæ Europææ ſequuntur. v. Grot. *ep.* 839. & 899. & Jacob Gothofred. *de jure præced.*

§. III. Omnis imperans legibus naturalibus, divinis & fundamentalibus, ſeu pactis conventis, omnino tenetur; tum quia homo manet, tum quia princeps eſt. Quapropter ſcelerata vox fuit

Digitized by Google

imperans quædam civibus lege injunxerit, quorum materia in ipſum quoque cadit, decorum ſit, & ad auctoritatem legi addendam proficuum, ut ad eadem iſte ultro ſeſe componat.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 6. §. 3.

Habet denique & peculiarem SANCTIMONIAM ſummum imperium, ut non ſolum ejus juſſis le-

IV. Sanctum-que, cui



fuit Juliæ, quæ cum Caracallam, privignum ſuum renitentem, ad ſtuprum ſollicitaret, dixiſſe fertur: *Si libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, leges dare, non accipere.* Longe ſapientius econtrario Dionyſius matri inverecundæ respondit: *Se quidem, vi tyrannidis legibus civitatis ſolutum eſſe, natura vero legibus vim inferre non poſſe.* v. Cl. Buddeus diſſert. *de Princip. legibus humanis, ſed non divinis ſoluto.* (2) Legibus autem mere civilibus & humanis ſummus quisque princeps ſolutus eſt, tam quoad vim directivam, quam coactivam, nec ſolum quoad juris ſolennia, ſed & reliqua, quæ in jure naturæ fundamentum non habent. Quemadmodum enim ſupremus nullum ſuperiorem, judicem, aut legiſlatorem humanum ſupra ſe agnoſcit, ita fieri nequit, ut quis ſe ipſum obliget, ſibive legem det, a qua diſcedere non poſſit: idque Romani ſatis firmant *l.* 31. *D. de legib. l.* 23. *D. de leg.* 3. *l.* 3. *C. de teſtam.* (3) Quo quis autem melior eſt Princeps, eo magis quicquid præſcripſit aliis, ſibi quoque præſcriptum putat, ut omnes facilius obedientes habeat: nam *digna eſt vox majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe profiteri, quibus ſolutus eſt;* §. *f. Inſt. quib. mod. teſt. inf. l.* 5. *C. de legib. l.* 3. *C. de teſtam.* Rationem dedit Plinius in Paneg. *c.* 56. *Vita Principis cenſura eſt, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio opus eſt, quam exemplo.* & Claudian. in IV. Conſ. Hon. *vſ.* 297.

*— Tunc obſervantior æqui*
*Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum*
*Auctorem parere ſibi. Componitur orbis*
*Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, ut vita regentis.*

§. IV. Sanctitas illa oritur ex pacto civitatis, ſanctione graviſſima munito: per paraſitos vero aulicos, & charac-

Digitized by Google

reſiſtere nefas.

legitimis reſiſtere nefas ſit; ſed & ejusdem aſperitas, non ſecus atque a probis liberis parentum moroſitas, a civibus ſit patienter ferenda. Quin & ubi atrociſſimas injurias intentaverit, ſin-

racterem divinitatis, unctione impreſſum, augetur. Quin illa imperantem reddat inviolabilem, ſi officio ſuo recte fungitur, aut malos caſtigat, vix dubitari poteſt. Verum an rex occidi vel puniri poſſit, ſi officia hominis, vel principis violat, ardua quæſtio eſt; quam (1) Machiavellus & Hobbeſius indiſtincte *negant*; quia Princeps ſubditis injuriam inferre nequeat: quæ ſententia non modo canoni vulgato repugnat, *ubi jus deſinit, ibi incipit injuria*, ſed & Principes facit tyrannos, & ſubditos in extremam ſervitutem detrudit. vid. Op. Maj. *l.* VII. *c.* 8. §. 2. (2) *Affirmant* Monarchomachi, ut Stephanus Junius Brutus, ſive, qui ſub eo nomine latet, Hubertus Languetus, in *vindiciis contra tyrannos*, Buchananus, Hotmanus, Pareus, Milton, Sidney & Mariana: ſed omnes, poſt decantatas libertatis laudes, & exaggerata tyrannidis facinora, in fatale carmen deſinunt, reges eſſe magiſtratus, & eum, a quo aliquis conſtituitur, eſſe ſuperiorem conſtituto. v. Grot. *l.* I. *c.* 3. §. 8. *n.* 13. 14. Hert. Diſſ. t. I. *An ſumma rerum ſemper ſit penes populum* & Obſ. Halenſ. *t.* VI. *Obſ.* I. ubi hiſtoria Machiavelliſtarum & Monarchomachorum exponitur. Scripta vero Monarchomachorum Buddeus in *hiſt. jur. nat.* §. 52. recenſuit. (3) Alii *diſtinguunt* inter regnum abſolutum & limitatum: at regi abſoluto, ut hoſti, reſiſti, eumque regno privari poſſe, non eſt dubium; cum & in regno herili exemplum ſit, apud Huberum *de jure civ. l.* I. *ſ.* 2. *c.* 8. §. 23. (4) Optime Grotius *lib.* I. *de J. B. & P. c.* 4. diſtinguit primum inter reges vere tales, & qui regium tantum nomen gerunt; deinde inter injurias dubias & manifeſtas, tolerabiles & atroces, ſingulis vel univerſis illatas. Injuriæ modicæ veri regis patienter tolerandæ ſunt, non ob malum Principem, cujus imperium ne vel modice delinquendi facultatem involvit, ſed boni publici cauſa, ne civitas diſſolvatur: id enim indoles imperii, ejusque finis, communis nimirum ſecuritas, mores gentium, doctrina Apoſtolorum & exemplum primæ Eccleſiæ jubet *Rom.* XIII. *vſ.* 2. & I. *Petr.* II. *vſ.* 17. 18. Tacitus *l.* IV. hiſt. *c.* 74. *Quomodo* *fieri-*

Digitized by Google

ſinguli potius fuga ſibi conſulent, aut quantamcunque calamitatem ſuſtinebunt, quam ferrum in durum quidem, ſed tamen parentem patriæ ſtringent.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 8. Add. c. 3. §. 1, 2.

V. Summum imperium alibi abſolutum.

Præterea ſummum imperium, in Monarchiis potiſſimum & Ariſtocratiis, alicubi ABSOLUTUM



*ſterilitatem, aut nimios imbres, & cetera naturæ mala, ita luxum & avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines: ſed neque hæc continua, & meliorum interventu penſantur.* (5) Quod ſi vero injuriæ ſint intolerabiles, & Phalaris aliquis, Tiberius, Caligula, aut Nero civium vitam, religionem, libertatem & jura publica animo hoſtili invadit, vel in præſens diſcrimen conjicit, non modo ex intentione eorum, qui in civitatem coivere, ſed etiam ex jure neceſſitatis & defenſionis, res redit ad ſtatum naturalem, & immani ejus ſævitiæ reſiſtere licet, qui omnium, vel plurium conſenſu, quorum intereſt remp. ſalvam eſſe, pro tyranno eſt declaratus: conſiſtere enim ſimul non poſſunt voluntas imperandi, & voluntas perdendi. Seneca *lib.* 1. de clem. *c.* 12. *Quid intereſt, inter tyrannum & regem? Species enim ipſa fortunæ & licentia par eſt, niſi quod tyranni voluptate ſæviunt, reges non niſi ex juſta cauſa & neceſſitate. Quid ergo? Non reges quoque occidere ſolent? ſed quoties id fieri publica utilitas perſuadet: tyrannis ſævitia cordi eſt.* (6) Populus autem, & pars populi, multoque magis ſinguli parcere debent perſonæ regis; quia is Dei in terris vicarius eſt; & hoſtes regibus captis parcunt; ac pater, etſi legum contemtor, pater manet. (7) Idem in Senatu Ariſtocratico Procerum valet. vid. Graswynkel *de ſumma poteſtate Ord. Holl.*

§. V. A modo imperandi laxo vel adducto, imperium dividitur in abſolutum & limitatum: illud ſine conditionibus expreſſis defertur, hoc vero pactis circumſcribitur. Hæc vero ut dignoſcantur, formula delati imperii diligenter inſpicienda eſt, ne cum vulgo ex vocabulis & ſymbolis externis omnia regna eodem modulo metiamur. v. Grot. *l.* 1. *c.* 3. §. 10-21. (2) Hobbeſius omne regnum facit abſolutum, Leibnitius omne limitatum: neuter accurate! Aliæ enim gentes molliore via haberi volunt, aliæ duriore,

flexilis, in tanta cum primis libertate; quibusdam populis conſultum viſum, ejus IMPERII EXERCITIUM CERTIS LIMITIBUS CIRCUMSCRIBERE. Id quod factum, dum ad certas leges circa adminiſtrationem partium imperii in delatione regni Regem adſtrinxerunt; & ſi quando negotia ſummam rerum ſpectantia, quæque in anteceſſum definiri nequeunt, inciderent, voluerunt ea ſuſcipi non niſi præſciente & conſentiente populo, aut ejusdem deputatis in comitia convocatis, ut eo minor occaſio Regi præbeatur à ſalute regni aberrandi. bus circumſcriptum.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 6. §. 8-13

So-

minis horrendi apud Anglos ſtabilita; in *electivis* autem per Capitulationes, uti apud Germanos & Polonos. (3) Hobbeſius *de cive c.* 6. §. 17. negat, reges his pactis teneri, niſi volentes: quod merito diſplicet Hubero *de jure civ. l.* 1. *S.* 3. *c.* 4. & 5. dum enim privati erant, aut eligentibus æquales, conditiones, ſi diſplicerent, recuſare poterant, quod quum factum non fuerit, plus ſibi, quam eſt delatum, arrogare nequeunt. *Voluntatis eſt ſuſcipere mandatum, neceſſitatis conſummare*, ait Paul. in *l.* 17. §. 3. *D. commod.* inprimis quia regibus fides jurisjurandi ante omnia alia ponenda eſt; nam ut Guntherus cecinit in Ligur. *l.* III. *vſ.* 511.

*Nudo jus & reverentia verbo*
*Regis ineſſe ſolet, quovis juramine major.*

(4) Neque juvabit illos argumentum ex jure regio 1. *Sam.* VIII. *vſ.* 11. deſumtum: id enim Deus ſoli Hebræorum populo, in pœnam ſpreti divini imperii, dictavit, nec quicquid ſub vetere Teſtamento impune fuit, in novo Teſtamento eſt licitum. v. Hoſ. XIII. *vſ.* 10. Præterea non una de illo *Mispat Hammelech* virorum eruditorum eſt ſententia (*a*) Salmaſius, Zieglerus, Bœclerus & Pufendorfius verum jus regium intelligunt, quod ex dominio eminente & abſoluto regum Judaicorum imperio proficiſcatur. (*b*) Ex Scaligeri, Clerici, Huberi, & Schultingii mente, merum factum & conſuetudinem pravam imperantium notat. (*c*) Grotius

&

**VII.** *Regna habentur in patrimonio vel uſufructu.* Solet denique in regnis occurrere aliquod diſcrimen circa MODUM HABENDI regnum, qui non in omnibus æqualis deprehenditur. Quidam enim Reges dicuntur regnum ſuum habere IN PATRIMONIO, ita ut illud pro lubitu dividere, alienare, transferre poſſint, in quemcunque voluerint. Quod potiſſimum contingit illis, qui armis regnum ſibi quæſivere, ac ſuum ſibi populum ipſi fecerunt. Reliqui autem

& Bochartus, facta illa regum injuſta quidem fore, juris tamen effectum habitura, ajunt; pariter ac ſi ſervus a domino, filius à patre male habeatur. Atque hæc verior eſſe videtur: nam ſicut Moſes officium regis Deut. XVII. *vſ.* 14. deſcribit, ita Samuel populum hic monet officii ſui; pariter ac Petrus Apoſtolus ſubditis præcipit, ſubjectos eſſe cuivis humanæ ordinationi, propter dominum; & famulis, parere dominis, non ſolum bonis & æquis, ſed etiam pravis. 1. *Epiſt.* II. *vſ.* 13.

§. VII. Auctor hujus diviſionis in regna patrimonialia & uſufructuaria eſt Grotius *l.* 1. *de J. B. & P. c.* 3. §. 12. quem Huberus ſequitur *de jure civ. l.* 1. *S.* 3. *c.* 2. & Hert. *prud. civ. p.* 1. *ſect.* XI. §. 9. Hotmanus vero *Ill. quæſt. c.* 1. Feldenus & Henniges *ad Grot.* acriter eam impugnarunt, & Thomaſius *ad Hub. d. l.* ac in Inſt. Jurisprud. div. *l.* III. *c.* 6. §. 133. rem ſic magis implicari, quam extricari contendit. Verum ſi tollas logomachiam, idem eſt, quam ſi dicas, alia regna civilia alienari poſſe, alia non item. Neque enim *patrimoniale* regnum hic notat, in quo omnia ſubjectorum bona ſunt in patrimonio Principis, qualia apud barbaros Indos, in imperio Habeſſinorum & magni Mogolis reperiuntur. Nec quale Ægypti regnum olim fuit, ex pacto civium cum Pharaone, Geneſ. XLVII. *vſ.* 13. Non denique herile & despoticum, ut Turcarum, Ruſſorum & Perſarum: ſed in quo jus imperandi, ex pacto civium vel jure victoriæ, a rege dividi, & inter vivos vel mortis cauſa alienari poteſt. Vox autem *uſusfructus* minime in ſtrictiore juris Romani ſenſu, ita eſt capienda, ut populus proprietatem majeſtatis, rex uſumfructum habeat: verum ſicut fructuarius cedendo extraneo nihil agit, ſimiliter rex de ſucceſſore nihil diſponere va-

Digitized by Google

tem reges, qui ultro à populo ſunt adſciti, etſi ſummo jure imperium exerceant; regnum tamen pro lubitu dividere, alienare, aut transferre nequeunt; ſed in eo ad ſucceſſores demittendo legem fundamentalem, aut conſuetudinem in populo receptam ſequi tenentur; eoque à quibusdam certo reſpectu cum USUFRUCTUARIIS comparantur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 6. §. 14-17.

valet. In patrimonio igitur eſt imperium Sinenſium, cujus princeps ex domo regnatrice, vel ex civibus ſuis ſucceſſorem eligit, auctore le Comte *de ſtatu Chinæ ep.* 9. Eodem quodammodo pertinent regna Hispaniæ, Mauris erepta, quæ crebro paternis teſtamentis, ſed heredibus legitimis, raro extraneis, niſi populi vel Procerum accedente conſenſu, delata fuerunt, uti Cabotius, variis ex Vaſæo, Roderico & Marinæo collectis exemplis, oſtendit *var. jur. disp. lib.* I. *c.* 10. Contra in regnis, populi voluntate delatis, quamvis abſoluta ſint & hereditaria, alienatio vel diviſio imperii in liberos homines, velut in privata ſervitia, regi non permittitur: quapropter Caroli M. & Ludovici Pii teſtamenta, in quibus regnum inter liberos diviſum erat, Proceribus firmanda oblata ſunt. v. Eginharti *vita Car. M. cap.* 30. ibique Cl. Sminckius in notis. Ita, niſi fallor, omnia tranquilla erunt, quæ fluctus ciere videbantur: etiam Seneca nobiscum ſentiet lib. VII. de benef. *c.* 6. *Cæſar omnia habet, fiscus ejus privata tantum, ac ſua: & univerſa in imperio ſunt, in patrimonio propria. Quid ejus ſit, quid non ſit, ſine diminutione imperii quæritur: nam id quoque tanquam alienum abjudicatur, aliter illius eſt.*

CA-

## Caput. X.

# *De modis adquirendi imperium, inprimis Monarchicum.*

### Summaria.

I. *Modus acquirendi imperium duplex*, II. *violentus per occupationem*, III. *ultroneus per electionem*, IV. *quam præcedit interregnum.* V. *Succeſſio dupliciter conſtituitur*, VI. 1. *a monarcha in regno patrimoniali.* VII. *Quid præſumatur, ubi is nihil diſpoſuit.* VIII. 2. *à populo in uſufructuario.* IX. *Qualis in regno hereditario.* X. *Succeſſio linealis*, XI. *cognatica vel agnatica*, XII. *Lites de ſucceſſione à quo dirimantur?*

Grot. j. b. & p. *l.* 2. *c.* 7. §. 12. 37. *l.* 3. *c.* 8.

I. **Imperium adquirendi duplex modus:** Quanquam ad quodvis Imperium legitimum conſtituendum consensus ſubjectorum requiratur; is tamen non ubique pari modo elicitur. Interdum enim per violentiam bellicam aliqui adiguntur in victoris imperium

§. I. Fundamentum imperii legitimi acquirendi eſt conſenſus liberorum hominum, tacite, vel expreſſe, ultro vel mixta voluntate declaratus; quia omnis imperans pacto conſtituitur, ut ſupra vidimus *c.* vi. §. 9. Atque hoc ita in Ariſtocratiis, maxime vero in civitatibus Monarchicis obtinet, ut rubrica indicat. In Politia vero imperantes & ſubjecti non phyſice, ſed mo-



Digitized by Google

rium conſentire; interdum ULTRO ad aliquem Principem conſtituendum cives accedunt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 1, 2.

Modus adquirendi imperii VIOLENTUS ſolet vocari OCCUPATIO, quando ſcilicet aliquis, juſta bellandi cauſa ſubnixus, favente vi armorum ac fortuna, populum aliquem eo redigit, ut ipſius deinceps imperio ſeſe ſubjicere cogatur. Cujus imperii legitimus titulus non inde ſolum deducitur, quod victor, ſi rigore belli voluisſet uti, vitam plane victis adimere potuiſſet, atque ſic, dum minore iſtos incommodo defun-

II. Violentus per occupationem, ejusque titulus:

raliter diſtinguuntur.

§. II. Occupatio victoris differt ab occupatione rei nullius pacifica, quod titulum, ſive juſtam bellandi cauſam requirit, vi cujus victis conſenſum extorquere poſſit. Quamvis raro admodum, ſi juſtitiam internam ſpectemus, ejusmodi victor ſibi imperium pœnæ, damni aut cautionis nomine, vindicare poſſit. v. Cl. Carmichael *h.* §. (2) Victoria autem ſola non eſt juſtus imperii acquirendi titulus, uti Coccejus, in diſſ. *de jure victoriæ* contendit: ſed deditio accedat oportet, idque mos probat omnium victorum, qui nihil prius habent, quam pacatos armis in verba ſua adigere, ut ait Huberus *l.* 1. *J. P. c.* 31. §. 27. (3) Qui vi injuſta, in Politia vel Ariſtocratia, ſummum imperium rapit, *tyrannus* dicitur: qui regnum vel remp. invadit, ſi civis eſt, *perduellis*, ſi extraneus, à jure armorum inſtructus, *hoſtis*, ſi eo deſtitutus *invaſor* appellatur. (4) Cædes illorum, qui populum oppreſſum tenent, licita eſt; quamdiu pactio nulla ſecuta eſt, & lex publica, vel qui verum jus regandi habent, id permittunt. *In reos majeſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt*, ait Tertullian. *Apol. c.* 2. v. Grot. *l.* 1. *c.* 4. §. 16. 17. (5) Vitium invaſoris purgatur, ſi populus democraticus, discordiis civilibus feſſus, in ejus imperium civile conſentit. In Ariſtocratia vero & Monarchia nonniſi Imperantes quoque legitimi, eorumque heredes ſint extincti, aut nullum recuperandi conatum edant, aut paciscantur: eaque promiſſio, propter me-

ſungi patitur, clementiæ inſuper laudem nanciſcatur: ſed & quod cum altero in bellum deſcendens, quem ipſe antea læſerat, & cui æquam ſatisfactionem præbere renuit, omnes ſuas fortunas aleæ Martis exponat, ſic ut jam in anteceſſum tacite conſenſerit in quamcunque conditionem, quam eventus belli ipſi eſt aſſignaturus.

III. Conſenſu, per electionem a populo factam.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 3. 5.

Ultroneo autem consensu populi paratur regnum interveniente Electione, qua populus

metum, in irritum deduci nequit. (6) Si jus victoris dubium eſt, ut in Galliam Eduardi III. in Luſitaniam Philippi II. tutiſſimum eſt, ut cives poſſeſſori homagium præſtent, quod non niſi rebus ſic ſtantibus eos obligat, & parti ejus adverſæ, ſi victor evadat, ſimiliter ſine peccato, præſtari poteſt. v. Matth. XXII. *vſ.* 21. (7) Vetus aulæ Romanæ mos eſt, ut eum, qui civitatis occupatæ poſſeſſionem tenet, pro rege habeat, ejusque legatos admittat, quem Reges quoque ceteri & respublicæ imitantur. v. Grot. *epiſt.* 1487. Wicquefort *de l'ambaſſ. l.* 1. *ſect.* 3. Oſſat. *l.* VI. *ep.* 276. Coccej. *de regim. uſurpat.*

§. III. Electio imperantis ultronea fit vel à populo *conſtituendo*, ſi pactum primum ſecundo includitur, vel a *conſtituto*, ſi civitas pacto jam perfecta evaſit. (2) eſt vel *generalis*, qua tota ſimul poſteritas regis eligitur, de qua §. 5. vel *ſpecialis*, quando in locum cujusque deficientis novus ſurrogatur. (3) Hæc rurſus vel *libera* eſt, ut in Polonia: vel ad certam familiam, ſexum, nationem, aliámve qualitatem *adſtricta*: ſic Pontifex Romanus non niſi ex Cardinalium numero eligi poteſt, ex conſtitutione Stephani IV. auctore Anaſtaſio. (4) Jus eligendi competit omnibus; ſed frequentius eſt, ut Proceres, vel pars populi, aut ex ejus approbatione legiones eligant. vid. Gronov. ad Grot. *l.* II. *de J. B. & P. c.* 9. §. XI. (5) Generalis vero an ſpecialis electio melior ſit, in utramque partem, ex regulis prudentiæ, diſputari poteſt. Illud commodum

Digitized by Google

lus conſtituendus, aut jam conſtitutus, ultro certum hominem, ſuo judicio imperii capacem, deſignat; cui quando decretum populi fuerit ſignificatum, idque ille acceptaverit, promiſſo populi obſequio imperium confertur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 6.

Electionem in civitate jam conſtituta, ſiquidem illa ſuſcipiatur Rege priore defuncto, antecedere ſolet Interregnum. In quo licet ad imperfectam formam recidat civitas, dum cives primo tantum pacto inter ſe connectuntur: multum tamen firmitatis ei adhuc addit nomen & affectus communis patriæ, civiumque plerorumque fortunæ iſti loco fere affixæ, quæ bo- IV. Interregnum, ejusque incommodum.



dum inſigne eſt electitii regni, quod optimi poſſunt eligi, & electi arctioribus vinculis, prout tempora poſtulant, adſtringi. *Loco libertatis erit, quod eligi cœpimus*, ait ille apud Tacit. 1. *Hiſt. c.* 16. ſucceſſivum vero quoscunque, genitos, malos, inutiles, & pueros admittit. v. Machiavellus ad Livium *l.* 1. *c.* 10.

§. IV. Iſtud vero maximum regni electitii malum eſt, quod principe moriente abdicante, aut remoto, interregnum exoritur; id quod in ſucceſſivo tantum extra ordinem, extincta ſtirpe regnatrice, metuendum eſt. Tunc vero reſp. Ariſtocratiæ, vel potius Democratiæ temporariæ, certe ſtatus extraordinarii indolem præ ſe fert, ſummo Imperio ad populum reverſo. Hic autem continetur pacto primo & decreto, vel ſane ipſo facto continuat civitatem, ne in anarchiam delabatur. Multa interregni mala Bodinus *lib.* VI. *de rep. c.* 5. & Hert. *prud. civ. p.* 2. *ſect.* 22. enarrarunt: juſtitia enim & lege ſilente, vis & licentia valent. His autem occurri ſolet, ſi vel Cæſar, aut Rex Romanorum, vivo Imperatore, creatur; aut Ordines & Proceres regni interim præſunt, ut in Suecia; vel interreges & Vicarii, ut in Germania, lege conſtituuntur; quorum poteſtas, quatenus non eſt circumſcripta, ad omnia ſeſe extendit, etiam ad ea, quæ moram pa-

Digitized by Google

bonos cives ſubigunt, ut ultro tantiſper pacem inter ſe colant, & quantocyus ad plenum imperium inſtaurandum incumbant. Etſi magnopere ad incommoda, ex interregnis oriri apta, evitanda faciat, ſi in anteceſſum, conſtituantur, penes quos ſolio vacante interim Reip. adminiſtratio eſſe debeat.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 7-10.

V. Succeſſio conſtituta arbitrio regis vel populi.

Cæterum alicubi quidem, ſingulis Monarchis defunctis, nova inſtituitur electio. Alicubi autem regnum ea lege in alterum confertur, ut citra novam intervenientem electionem in alios per ſucceſſionem tranſeat. Illud jus ſucceſſionis conſtituitur vel ARBITRIO IPSIUS REGIS, vel ARBITRIO POPULI.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 11.

VI. In regno patrimoniali monarcha pro lubitu

REGES, qui regnum ſuum habent in patrimonio, pro lubitu SUPER SUCCESSIONE poſſunt DISPONERE, quorum diſpoſitio æque ac priva-

patiuntur. vid. Pufendorf. *diſſ. de interregnis* & Cl. Gribner. *de jurib. Vicar. Imp. t.* II. *Opusc.*

§. V. Populus ſæpe una electione generali defungitur, v. c. Ruſſi & Dani; *tum* ad mala interregni & factiones in electione vitandas; *tum* ne Princeps negligat rempublicam, aut eam ſibi propriam facere nitatur; *tum* denique ut ſubditorum major ſit amor, & obedientia promta; vid. Lips. *Mon. & exempla polit. lib.* II. *c.* 4. Cavendum autem hic, ne regna ſucceſſiva eſſe credamus, ubi ex una ſtirpe multi reges deſumti ſunt; ut in Germania ab Auſtriacis, ex Piaſti & Jagellonis poſteris apud Polonos. Aut contra, ne ſucceſſiva eſſe negemus, in quibus ſolennes inaugurationes fieri ſolent, uti in regno Judæorum, Francorum & Gallorum hodierno. vid. Hert. *prud. civ. p.* I. *ſ.* 10. §. 9. & diſſ. mea VII. *de unct. Remenſi c.* II. §. 6.

§. VI. Ita quidem Grotius *l.* II. *c.* 7. §. 12. & exempla ſunt in Attalo Aſiæ,

Al-

vatorum teſtamentum obſervabitur, præſertim ubi abs aliquo regnum fuerit conditum, ac partum. Ubi licebit ipſis, ſi placuerit, regnum inter plures liberos dividere, etiam filiabus non excluſis; imo & hæredem inſtituere filium adoptivum, naturalem, aut qui nulla plane cognatione ipſi eſt junctus. de ſucceſſione diſponit.

*dict.* §. 11.

VII. Si nihil diſpoſuerit, quid præſumendum?

Verum ubi ejusmodi Rex ſuper ſua ſucceſſione nihil peculiariter diſpoſuit, PRÆSUMITUR: Primo, eum nequaquam regnum ſuum ſecum exſpirare velle, ſed ut omnino in liberos ſuos propter communem mortalium affectum id devolvatur. Dein ut poſt ipſum monarchica forma conſervetur, quippe quam ipſe ſuo exemplo comprobavit. Tum ut regnum maneat in-



Alphonſo Arragoniæ rege, item recentius in Petro I. Ruſſorum Imperatore. Verum ultima illa voluntas, in ſe conſiderata, jure naturali magis inſtar commendationis eſt, quam ut jus perfectum tribuat; quia apud illos, qui in ſtatu naturali degunt, teſtamentum non eſt tanti; ex voluntate populi autem, qui hanc facultatem regi ultro dedit, aut vi in illam conſentire coactus eſt, quævis diſpoſitio, etiam qua regnum dividitur, in filiam, vel ſecundo genitum vel extraneum confertur, valebit. v. Cl. Treuer. ad *h.* §.

§. VII. Si Rex de regno patrimoniali non diſpoſuit, ex adfectione naturali præſumitur voluiſſe, ut (1) in regnum ſuccedant liberi legitime nati, non naturales, quorum matrem juſto affectu non erat proſecutus. (2) Ut ſit indiviſum, quia unus illud uni delatum acceptavit, unus eſt potentior, partitio frangit opes, & discordiæ eo ſunt acriores, quo magis exardent inter propinquos; hinc proverbium: nec tædæ, nec regna ſocios ferunt. Exempla ſunt in Ludovici Pii filiis, Principibus Sileſiæ, & ducibus Saxoniæ, de quorum diviſione Barclajus lepidam hiſtoriam narrat, in Icon. anim. *c.* 5. (3) Mas præferatur: quia is tum ad ex-

indiviſum; quippe cum diviſio cum regni juxta & familiæ Regiæ convulſione ſit conjuncta. Præterea ut inter pares gradu mas præferatur fœminæ, primogenitus deinceps genitis. Denique ut liberis deficientibus ad proximum quemque ſanguine regnum devolvatur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 11.

VIII. In regno uſufructuario populus ſucceſſionem definit.

In illis autem regnis, quæ ab initio ultronea populi voluntate ſunt conſtituta, ORDO SUCCESSIONIS ORIGINARIE AB EJUSDEM POPULI VO-

expeditiones militares, tum ad alias imperii partes, foris obeundas, magis eſt idoneus; feminæ contra corpus infirmius ſortitæ, ad opera & curationes domeſticas magis factæ cenſentur; & ſive indigenæ, ſive extraneo nubant, rempublicam periculis exponunt: denique pauca bonarum reginarum exempla plurimis malis refelluntur. In ſubſidium vero maſculis deficientibus ſuccedunt. v. Huber. *de jur. civ. l.* 1. *S*, 7. *c.* 6. *n.* 37. *ſeqq.* (4) Inter mares, jus naturæ neque præcipit, ut primogenitus fratres excludat, neque prohibet: ratio enim ex una parte æqualitatem inter liberos commendat, nec fortuitus naſcendi eventus uni jus præcipuum dare poteſt. Ex altera autem parte primogenitus, inter fratres æquales, ætate prior & judicio perfectior eſt; ad regiam quoque fortunam magis educatus eſſe ſolet; hinc *juri gentium*, ejus prærogativa tribuitur apud Livium *lib.* XI. *c.* 9. Juſtin. *l.* II. 10. XVI. 2. XXI. *c.* I. & XXXIV. 3. Artobazanes, Darii filius, apud Herod. *lib.* VII. *c.* 2. *apud univerſos homines*, ait, *eſſe inſtitutum*, *ut maximus natu obtineat principatum.* Apud populos Chriſtianos eundem morem lex divina promovit Geneſ. XLIX. *vſ.* 3. & I. Reg. XI. *vſ.* 22. v. Rev. Dn. Budd. Diſſert. *de ſucceſſ. primog.* in ſelectis juris nat.

§. VIII. Ita mixtum quodammodo fit regnum fructuarium, ex electione & ſucceſſione, populusque, qui imperium fundavit, vel major princeps, qui feudum contulit, jus ſuum exercet (1) *immediate*, per legem expreſſam fundamentalem, vel tacite conſuetudinem probando, (2) *mediate*, per regem, cui ultimo regiæ ſtirpis

VOLUNTATE dependet. Qui ubi in Regem una cum imperio jus quoque ſucceſſoris conſtituendi contulerit, ſuccedet quem hic voluerit. Ubi hoc non fuit factum, id jus populus ſibi reſervaſſe intelligitur. Cui ſi placuit in electum Regem hæreditario jure regnum conferre, ORDINEM SUCCEDENDI vel SIMPLICIBUS HÆREDITATIBUS CONSIMILEM, quantum ſalus Regni admittit, effecit, vel PECULIARI ipſum RATIONE temperavit.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 12.

Ubi SIMPLICITER POPULUS REGEM JUSSERIT SIMPLICI HEREDITARIO JURE REGNUM OBTINERE, nec quid peculiariter addiderit, voluit quidem, ut regnum eo ordine devolvatur, quo privatæ hæreditates, ſed non ſine aliquo temperamento. Nam in hiſce fere, ut à privatis hereditatibus diſcedat ſucceſſio in regnis, ſalus civitatum requirit. I Ut regnum ſit individuum. II. Ut ſucceſſio ſtet intra eos, qui à primo Rege deſcendunt: *nec ad ejus collaterales devolvatur.* III. Ne ſuccedant, niſi qui nati ſunt ſecundum leges patriæ, non nothi tantum, ſed & adoptivi. IV. Ut in pari gradu ma-

IX. Succeſſio in regno hæreditario qualis?



pis facultatem diſponendi concedit. Hujus autem diſpoſitio, ſi regno ſit noxia, a populo improbari poteſt, & hac in re inprimis differt regnum uſufructuarium à patrimoniali, in quo populus improbare non poteſt. Multa de hac ſucceſſione inſtitutiva Huber. *de jure civ. l.* I. *S.* 7. *c.* 7.

§. IX. Hæc a Grotio *l.* II. *d. J. B. & P. c.* 7. §. 14. petita, ſi hiſtorias conſulimus in pleriſque regnis obſervata fuiſſe, ex Juſtin. *l.* XXI. *c.* I. Curt. *l.* X. *c.* 7. Liv. *l.* XL. *c.* II. & ex illis, quæ Hert. ad Op. Majus *l.* VII. *c.* 7. §. 12. annotavit, abunde conſtat. Largimur etiam, quod ille ſuccedendi modus hodie pruden;

mares præferantur fœminis, etiam majoribus natu. V. Ut ſucceſſor regnum agnoſcat tanquam beneficium populi, non tanquam beneficium anteceſſoris.

*dict.* §. 3.

X. Succeſſio linealis in quo conſiſtat?

Verum quia facile inextricabiles controverſiæ oriri poterant, uter ex familia regnatrice nuper defunctum proxima cognatione contingeret, ubi ab auctore ſtirpis longius diſceſſum fuerat: inde multos apud populos Successio Linealis introducta eſt. Quæ in hoc conſiſtit, ut prout quisque ab auctore ſtirpis regnatricis deſcendit, ita lineam velut perpendicularem conſtituat; & inde quilibet ad regnum vocetur, prout ipſius linea alias præcedit, nec de una linea in alteram fiat tranſitus, quoad ex priore aliquis adhuc ſuperſit; licet forte exiſtat qui propiore gradu proxime defunctum Regem attingat.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 13.

Suc-

denter attendatur: quod ſi vero lege, vel conſuetudine non fuerit firmatus, potentior illi ſeſe non ſubjiciet, aut qui in poſſeſſione eſt, obtinebit; quamobrem ad bella vitanda, linealis ſucceſſio introducta eſt.

§. X. Ex ſimplicitate naturali, qui gradu proximior eſt, ſuccedit. Verum lege publica quorundam populorum placuit *linealis ſucceſſio*, quæ in eo conſiſtit, quod liberi, a primo acquirente deſcendentes, totidem lineas perpendiculares, primogenitus primam, ejus fratres ſecundam, tertiam &c. ita conſtituunt, ut quamdiu ex linea prima aliquis ſupereſt, is in infinitum, ceteros in reliquis lineis, licet proximiores, excludat. Neque enim gradus hic numerantur, neque juri repræſentationis aut exheredationi eſt locus. Linea primogeniti extincta, primus ex linea ſecunda ſuccedit, quamvis in linea tertia aliquis ſtirpi gradu propinquior reperiatur, vid. Grotius *l.* 11. *c.* 7. §. 22 & Huber. *de jure civ. l.* 1. *S.* 7. *c.* 7.

Digitized by Google

XI. Ejus ſpecies duæ, cognatica & agnatica.

Succeſſionis linealis uſitatiſſimæ ſunt ſpecies Cognatica, & Agnatica. In illa fœminæ non excluduntur, ſed poſtponuntur maribus in eadem linea, ita ut etiam ad ipſas fiat regreſſus, ſi mares potiori aut pari gradu defecerint. Hæc autem fœminas, & ex hiſce natos etiam mares in perpetuum excludit.

*dict.* §. 13.

XII. Lites ſuper ſucceſſione a quo dirimendæ?

Ubi ſuper ſucceſſione in regno patrimoniali controverſia oriatur, optimum fuerit ad arbitros



§. XI. Succeſſio linealis *cognatica* eſt, ubi feminæ maſculis deficientibus, in ſubſidium admittuntur, maresque ſecundæ lineæ excludunt. Hæc *Caſtiliana* vocatur, quia a Philippo II. lege fundamentali, per omnia regna Hiſpanica A. 1598. introducta eſt, auctore Thuano *l.* 120. (2) *Agnatica* vero, quæ feminas & ex feminis natos excludit, *Francica* dicitur: eaque non ex lege Salica, multo minus ex dicto Chriſti, *lilia non nent*; ſed ex antiquo more Francorum deſcendit, teſte Agathia *l.* II. Henricus autem III. in Comitiis Blæſenſibus A. 1576. eam firmavit, & ex hoc capite Eduardus III. excludebatur, tanquam ex femina natus. v. Bodin. *lib.* VI. *de rep. c.* I. Cabot. *lib.* I. *diſp. c.* 16. & Cl. Ludewigii Opuſc. *t.* II. *de jure Anglor. in Galliam* (3) Si, filia infans apud Hiſpanos, filius regis apud Gallos ſucceſſioni renunciat, parentis factum liberis natis haud nocet, quia jus proprium ex lege habent; naſcituris obeſt, quia jus illis non eſt quæſitum: maxime ſi renunciatio ab ordinibus ſollenniter fuit confirmata. v. Grot. *l.* II. *de J. B. & P. c.* 7. §. 26. Obrecht. Excerpt. *de nat. ſucc. Hiſp.* & Cl. Buddeus de *teſtam. ſumm. imp.*

§. XII. Ut Arbitri ſumantur, non eſt adſpernendum, tanquam conſilium; ſed quia illi non faciunt jus perfectum, & vix omni exceptione majores reperiri poſſunt; ideo gladius potentis eos communiter vel adſpernatur, vel eorum ſententias eludit. Cum vero reipublicæ conducat, cito rem terminari, recte Grotius *l.* II. *c.* 7. §. 27. diſtinguit inter regnum & principatum, inter regem vivum aut mortuum, de cujus ſucceſ-

tros ex familia Regia iri. Si ſucceſſio fuerit voluntate populi conſtituta, declaratio populi dubium tollet.

J. N. & G *l.* 7. *c.* 7. §. 15.

ceſſore quæritur. Rege defuncto, ſi neuter competitorum eſt in poſſeſſione, populus hanc litem decidit, non velut pro tribunali, ſed (1) quia ſui juris eſt, quantum ſufficit ad hanc litem, (2) omnibus cognatis æqualiter favere, (3) modum ſuccedendi, lege olim definitum, optime interpretari poſſe videtur. (4) multum denique ejus aſſenſus, & auxilium prodeſt parti, cui accedit. Optimum vero eſt legibus fundamentalibus judicium procerum hoc in caſu definire, quia aliorum populorum exempla non ſufficiunt, & quilibet de acquirenda per militem poſſeſſione eſt ſolicitus; prorſus ac olim Ennius cecinit *l.* VIII. Annal.

*Tollitur e medio ſapientia, vi geritur res.*
*Spernitur Orator bonus; horridus miles amatur;*
*Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis.*
*Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.*
*Non ex jure manu conſertum; ſed mage ferro*
*Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.*

C A

## CAPUT XI.

# *De Officio Summorum Imperantium.*

SUMMARIA.

I. *Officia ſummorum imperantium:*
II. *Quid ſui officii ſit, probe noviſſe,*
III. *ſalutem populi ſupremam legem habere,*
IV. *cives bonis moribus imbuere,*
V. *leges commodas ferre,*
VI. *executionem procurare & punire,*
VII. *pœnas temperare,*
VIII. *injurias civium mutuas prohibere,*
IX. *idoneis miniſtris uti,*
X. *tributa recte exigere & collocare,*
XI. *facultates civium promovere,*
XII. *factiones præcavere*
XIII. *& ſecuritati civitatis proſpicere.*

QUIBUS præceptis Officium Summorum Imperantium conſtet, ex indole ac fine civitatum, nec non expenſis ſummi imperii partibus perſpicuo colligitur. I. Officia ſummi imperantis.

I. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 1.

§. I. Officia Imperantium ſunt multa, & valde moleſta, ſi ex fide debeant obſervari; continent enim *curam ſalutis alienæ*, ut bene ait Ammianus Marcellinus *lib.* 29. *p.* 562. Sunt vero cognitu facillima, quia officiis paſtorum & patrumfamilias præclare comparantur, apud Xenophont. *lib.* VIII. *Cyrop. pag.* 210. Seneca pater *lib.* II. *Nat. quæſt. c.* 43. omnibus, qui poteſtatem aliquam inter homines adepti ſunt, Jovis imitationem proponit: alter autem *lib.* I. *de clem. c.* I. eos *Deorum vice* in terris fungi monet. Sunt enim vicarii Dei Optimi maximi, qui omnia ordine diſpenſat, anni tempora, fruges, fructus, parcit, punit, ut pater generis humani. Hinc quoque *Patris patriæ* appellatio ad bonos Imperatores, Au-

gu-

Digitized by Google

II. Ante omnia quid ſui officii ſit, bene noviſſe.

Ubi ante omnia requiritur, ut Imperantes ipſi diligenter DISCANT, QUÆ AD PLENAM EJUS OFFICII COGNITIONEM pertinent; cum nemo laudabiliter exercere poſſit, quod non probe didicit. Unde Principi ſequeſtranda illa ſtudia, quæ ad huncce finem nihil faciunt. Circumcidendæ quoque voluptates, oblectationes, vanæque occupationes, quatenus iſtum finem intercipiunt. Ideo & in familiaritatem admittendi viri cordati, rerumque humanarum periti: adulatores, nugatores, & qui præter inania nihil didicerunt, procul arcendi. Enimve-

guſtum, Hadrianum & Pertinacem fuit tranſlata; & Pauſanias *in Arcad.* ſive *lib.* VIII. *c.* 43. de Antonino: *Hunc Romani Pium appellarunt quod omnium religionum ſtudioſiſſimus fuerit: ſed, opinione mea, Cyri etiam majoris cognomen promeruit, ut ſcilicet communis* hominum pater *diceretur.* Patent illa quoque ex fine reip. de quo ad §. 3.

§. II. Socrates ſtultum eſſe cenſuit, non poſſe quemquam præſtare in viliſſimis artibus illiberalibus, niſi magiſtros idoneos nactus fuerit; nec clavum unquam committi nautæ, niſi vadorum brevia declinare didicerit; gubernandæ vero civitatis prudentiam ſponte ſua hominibus obvenire, eamque tuto illis poſſe credi, qui nullam rerum civilium peritiam ſibi compararunt. Opus ergo eſt ut futuri imperantes mature ducantur ad virtutem & prudentiam. Virtutum primæ ſunt pietas, probitas, juſtitia & clementia, quas velut magna ſidera reliqua lumina comitantur. Prudentia late fuſa eſt, & in togatam ac militarem; togata in divinam & humanam dividitur. Fontes ejus ſunt notitia regni, regum, populi & vicinorum; quæ ex hiſtoria & regulis prudentiæ civilis acquiritur inprimis, uti Lipſius in libris Politicorum, Bœclerus in *Hiſtoria, Principum Schola.* & Cl. Barbeyracc. ad *Op. Maj. l.* VII. *c.* 9. §. 1. egregie oſtenderunt. Cicero *lib.* III. *de LL. c.* 8. *Noſſe rempublicam late patet. quid habeat militum, quid valeat ærario, quos reſpublica habeat ſocios, quos amicos, quos ſtipendiarios; qua quisque ſit lege, conditione, ſe-*

vero ut generalia prudentiæ rectricis præcepta rite adplicare norit, quam penitiſſime ipſi conditio ſui ſtatus, ſubjectique indoles populi eſt cognoſcenda. Illisque præterea virtutibus cumprimis ſtudendum, quarum uſus in tantæ molis adminiſtratione, maxime conſpicitur, moresque ad tanti faſtigii dignitatem componendi.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 2.

Generalis lex Summorum Imperantium eſt hæc: SALUS POPULI SUPREMA LEX ESTO. Ea enim intentione in iſtos imperium eſt collatum, ut per id procuraretur finis, ob quem civitates ſunt inſtitutæ. Inde credere iidem debent, nihil ſibi privatim expedire, quod non idem expedit civitati. III. Salutem populi ſummam legem habere.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 3.

Ad

*ſedere, tenere conſuetudinem decernendi, noſſe exempla majorum* &c. In ſtudiis autem vitandum eſt, ne ſcholæ, ſed vitæ diſcat, adeoque imitari debet Agricolam: *qui ſtudio ſcientiæ flagrantem animum coërcuit, tenuitque, quod eſt difficillimum ex ſapientia modum*, ut Tacit. *in ej. vita c.* 4. Vid. Eraſmus, Oſorius, Mariana & Balzacus *de Regis inſtitutione.* Prudens Grotii conſilium Carolo Guſtavo datum refert Pufend. *lib.* VII. *Hiſt. Car. Guſt.* §. 3.

§. III. Finis reip. non eſt otium & ſplendor Principis, ſed tutela populi & ſalus civitatis. Docet id auctoritas divina Deut. XVII. *vſ.* 19. & ſapientum conſenſus. Socrates apud Xenophont. *lib.* III. *Memorab. pr.* Cicero *lib.* I. *de Off. c.* 25. & *ad Att. lib* VIII. *epiſt* XI. *Ut gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria, ſic huic moderatori reip. beata civium vita propoſita eſt; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Hujus enim operis maximi inter homines & optimi illum eſſe perfectorem volo.* Quod autem ille finis imperii tam raro obtinetur, luxus, adulatio & artes miniſtrorum efficiunt, quibus privata ſtimulatio eſt, & vile decus publicum.

§. VI

IV. Diſcipli- næ publi- cæ cives aſſueface- re.

Ad internam Civitatum tranquillitatem requiritur, ut voluntates civium ita temperentur, & dirigantur, prout ſaluti civitatis expedit. Inde ſummorum imperantium eſt, non ſolum idoneas ei fini LEGES præſcribere: ſed & PUBLICAM DISCIPLINAM ita ſancire, ut non tam metu ſuppliciorum, quam aſſuetudine cives ad legum præſcripta ſeſe componant. Ad quem finem quoque facit curare, ut doctrina Chriſtiana, pura illa & ſincera, in civitate vigeat; ac in ſcholis publicis talia dogmata tradantur, quæ cum fine civitatum conveniunt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 4.

§. IV. Ex generali officio, §. *praced.* propoſito, ſalutem populi primam ſibi dicere legem, plura fluunt ſpecialia, quorum primum eſt, curare diſciplinam, ut cives ſint boni, honeſti, religioſi, &, quantum fieri poteſt, fugiant mendacium, ebrietatem, otium, luxuriem, atque alia id genus vitia. Romæ Cenſorum munus fuit, turpiter viventem Senatu movere; probroſo Equiti equum publicum adimere; plebem inhoneſtam in Cæritum tabulas referre, uti Val. Max. *l.* IV. *c.* 1. *n.* 10. Aſconius *in divin. pro Cæcil.* & Plutarchus *in Paulo Æmilio* teſtantur. Sub occupata autem republica Cæſar Præfecti morum titulo uſus eſt, Auguſtus vim & poteſtatem Cenſoriam in ſe traxit; ejuſque ſucceſſores, licet odioſo vocabulo abſtinerent, omne morum regimen tenuerunt, Suet. *Jul. c.* 76. *Claud. c.* 16. Cl. Thomas in Diſſ. *de judicio ſive cenſura morum.* Hodie vero Principem optimum dicemus Cenſorem, qui ſubjectis exemplo præit, in calcanda virtutis via, & ſequentes præmiis ornat: qui ſerio promovet religionem Chriſtianam, omnis virtutis, caritatis & obedientiæ magiſtram; quique diſciplinam eccleſiaſticam rite adminiſtrari curat. Vid. Puſendorf Diſſert. *de concordia veræ polit. cum relig. Chriſt.* & Buddeus in diſſert. de *concordia relig. Chriſt. ſtatuſque civilis*; ubi *c.* 3. religionis Chriſtianæ in hoc genere, præ gentili & Mahummedana, prærogativam pulchre demonſtravit.

Digitized by Google

V. Leges claras, nec nimis multas, ferre.

Ad eundem finem expedit, perſcriptas habere LEGES PERSPICUAS ET PLANAS circa negotia, quæ frequentiſſime inter cives verſari ſolent. Non tamen plura legibus civilibus ſancienda ſunt, quam ad bonum civitatis & civium conducunt. Nam cum de eo, quod facere vel non facere debent, ſæpius per rationem naturalem, quam per ſcientiam legum homines deliberare ſoleant; ubi plures leges ſunt, quam ut facile memoria comprehendi queant, & per eas prohibeantur ea, quæ ratio per ſe non prohibet: neceſſe eſt, ut per ignorantiam ſine ulla prava intentione incidant in leges, tanquam in laqueos. Quo ipſo civibus per imperantes ſupervacuum incommodum conciliatur; quod eſt contra finem civitatum.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 5.

Quia

§. V. Quemadmodum juvenes in ſcholis erudiuntur, ita adulti legibus regendi ſunt, quæ frenum quaſi injiciunt nimiæ libertati, & omnes ea privant, ut vere liberi eſſe poſſint. . Hoc eſt quod Demaratus apud Herodotum *lib.* II. c. 104. Xerxi dicebat: *Lacedæmonii ſunt liberi, ſed non per omnia: quippe quibus præeſt domino lex, quam multo magis metuunt, quam tui te.* Leges vero ſecundum regulas prudentiæ legislatoriæ condi debent, paucæ, juſtæ & honeſtæ; breves inſtar oraculi; ſimplices, ut imperia patrumfamilias; perſpicuæ, in lingua vernacula & intellectu faciles; genio populi, formæ, & ſtatui reip. accommodatæ; immotæ; de rebus poſſibilibus, & a lege naturæ non procul diſcedentes; quæ dubitationis minimum, litium vero celerrimam compoſitionem habeant, & denique majori parti & in ſummam proſint. Liv. l. XXXIV. c. 3. Ex ejuſmodi certe legibus incolumitas reip. æterna libertas, gloria decuſque perpetuum legislatori naſcitur. vid. Ant. Auguſtin. *de LL. diſp. gen. c.* 4. & Lipſ. *Mon. polit. l.* II. *c.* 10.

VI. Executionem, etiam per pœnas, procurare.

Quia autem fruſtra feruntur leges, ſi impune eas violari tolerent Summi Imperantes; igitur horum eſt EXSECUTIONEM earundem procurare, utque quivis ſuo jure potiatur citra lentas moras, eluſiones atque vexationes, efficere: POENAS quoque ſumere pro cujuſque facti conditione, transgreſſoriſque intentione & malitia: nec ſine ſufficiente cauſa veniam indulgere; cum iniquum ſit & ad irritandos civium animos efficaciſſimum, æqualiter meritos, cæteris paribus, non æqualiter tractare.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 6.

VII. Pœnas ad uſum civitatis temperare.

Ut autem nihil pœnis eſt ſanciendum quod non

§. VI. Non equidem illis aſſentior, qui putant, leges eſſe condendas, ut earum metu humana malitia coërceatur: potius laudamus Perſarum inſtituta, cum Xenophonte, quod multo magis cavebant, ut ne crimina apud eos reperirentur. *l.* 1. *de Cyri vita.* Ne vero impunita crimina augeant cupiditatem delinquendi, opus eſt, ut ſanctio executioni mandetur: nil enim intereſt non condantur Leges, an non obſerventur, & quid Leges ſine moribus vanæ proficient? quærit Horatius, *l.* III. *od.* 24. Non etiam venia temere legum violatoribus eſt indulgenda, quod Stoici miſericordiam vetantes indicare voluerunt, apud Senecam *l.* II. *de Clem. c.* 7. Media via inter ſeveritatem & clementiam hic eſt tutior, quam Juriſconſulti commendant in *l.* 19. *D. de off. Præſ.* & *l.* 11. *D. de pœn.*

§. VII. Homines delinquunt, propoſito, impetu, aut caſu: his ignoſcitur, iſtorum vero facta, dicta, ſcripta, aut conſilia prava puniuntur; ut tamen ſeptem illa conſideremus: cauſam, perſonam, locum, tempus, qualitatem & eventum, monente Saturnino in *l.* 16. *pr. D. de pœn.* Omnia certe peccata, uti non ſunt paria, ita nec iiſdem pœnis debent coërceri, contra quam Draco & Plato exiſtimarunt. Verum ſicut iſtius leges, impendio acerbiores, Athenis tacito illiteratoque conſenſu ſublatas eſſe, Gellius ſcribit *lib.* XI. *c.* 18. ita Platonis legislatio, ut ſummum ſtulti-

tia

Digitized by Google

non ad uſum civitatis facit: ita POENÆ quoque ſunt temperandæ, ut ad finem iſtum proportionem habeant, utque adeo cives non plus afflictionis, quam reſp. utilitatis, inde ferant. De cætero ſi ſcopum ſuum debent obtinere pœnæ, adparet eas eouſque eſſe intendendas, ut acerbitas earundem præponderet lucro & delectationi, quæ ex facto legibus vetito redundare poteſt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 7.

VIII. Civium inter ſe injurias prohibere.

Quia porro hoc fine in civitatem coiverunt homines, ut ſecuritatem adverſus injurias aliorum obtinerent; Summorum Imperantium eſt, eo ſeverius CIVIUM INTER SE INJURIAS PROHIBERE, quo faciliorem perpetua cohabitatio occaſionem ad lædendum præbet. Nec diſcrimina ordinum ac dignitatum eo valere debent, ut potentiores tenuioribus pro libidine inſultare poſſint. Sed & ſcopo ſummi imperii adverſatur, ut cives, quas ſibi factas arbitrantur injurias, privata violentia exſequantur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 1.

IX. Miniſtros ac judices

Pæterea quanquam ad omnia civitatis amplioris

tiæ exemplum traducitur a priſcis, & abiit in proverbium, nihil frigidius lege Platonis. vid. Ampl. Bynkersh. *l.* 1. *Obſ. c.* 3.

§. VIII. Cicero *l.* III. *de LL.* Republica conſtituta nihil minus civile & humanum eſſe, dixit, quam quicquam agi per vim; quia tota juris vis dependet à judiciis, nec civitas eſt civitas, niſi judicia recte fuerint conſtituta: cives enim jus decidendi lites ſuique tutelam detulerunt imperanti; ultio autem crimen imitatur, & aſſiduæ ſcelerum cauſæ ſeſe refellunt, ſi quisque doloris ſui vindex ſit, vid. *l.* 14. *C. de Juda.* Quintil. *decl.* XIII. & Struvius *de Vindicta privata.*

§. IX. Miniſtrorum requiſita Lipſius *L.* III. *Pol. c.* 3.

&

aptos & pruden-tes, adhi-bere,

oris negotia immediate obeunda unus Princeps non ſufficiat, ſic ut neceſſario Ministri in partem curarum ſint vocandi: tamen uti hi omnem à ſummo imperante poteſtatem mutuantur; ita & bene & male ab ipſis geſtorum imputatio ultimo demum in iſtum redundat. Quam ob rationem, & quia prout miniſtri ſunt, ita recte aut prave negotia expediuntur, ſummi imperantes tenentur ad munia civitatis adhibere viros probos, & idoneos, & in eorum acta ſubinde inquirere, eos denique, prout rem geſſiſſe deprehenduntur, præmiis vel pœnis mactare, quo cæteri intelligant, non minore fide ac diligentia publicam, quam propriam rem tractandam. Sic & cum pravi mortalium ad ſcelera perpetranda ſpe impunitatis alliciantur, quæ ipſis præbetur facillima, ubi Judices corruptionibus patent; Summorum Imperantium eſt, in ejuſmodi judices, tanquam fautores ſcelerum, queis ſecuritas civium abrumpitur, ſevero animadvertere. Præterea licet ordinaria negotiorum expeditio miniſtris credenda ſit: ſummi tamen inperantes querelis ac deſideriis civium patienter

& Naudæus in *arcan. polit.* quantum ſatis eſt explicarunt: ut ſint fidi, rerum hominumque periti, non nimis acuti, ut Machiavellus, non exteri, impii, ſenes potius, quam juvenes, quia conſilia ſenum, haſtæ juvenum ſunt. Caveat quoque Princeps, ne miniſtris fiat obnoxius, ut Reges Franciæ Majoribus domus; alii aliis miniſtriſſimis. vid. Hiſtoire des Favorits. Porro ne munera vendendo, aut exigua nimis ſalaria conſtituendo ſordibus det anſam. *Neceſſe eſt, ut qui emit, vendat.* Polim Severi vox erat, apud Lamprid. *c.* 49. Ultimo bene imperaturis illud Martialis inculcandum eſt *lib.* VIII. *Ep.* 15.

*Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.*

Digitized by Google

ter autem præbere nunquam detrectabunt.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 9.

Cum ad Tributa & alia onera ferenda cives nullo alio nomine teneantur, quam quatenus iſta neceſſaria ſunt ad ſumtus civitatis belli paciſque tempore tolerandos; igitur ſummorum heic imperantium officium erit, non plus extorquere, quam neceſſitates, aut inſignes reip. utilitates requirant; & quantum fieri poteſt ita onera temperare, ut quam minime cives iiſdem affligantur. Deinde ut juſta in proportione deſcribantur, nec aliquibus civibus immunitates concedantur, in fraudem & oppreſſionem reliquorum. Tum quæ collecta fuerunt, in uſus reip. impendantur: non per luxuriam, largitiones, ſuperfluam oſtentationem, aut inania diſſipentur. Denique providendum, ut erogationes reditibus reſpondeant, & qua hi non pertingunt, à parſimonia & circumciſis ſumtibus non neceſſariis ſubſidium petendum.

X. Tributa ad neceſſitatem imperare & adplicare.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 9. §. 10.

Dd Quan-

§. X. Nummos homini extorquere, in quibus vita & ſanguis, & vitam ei adimere, paria videntur: hinc aſpera vox tributi eſt in auribus civium, licet ſumma ejus ſit æquitas, ut qui commodis defenſionis vult frui, etiam onus ferat. Opus itaque eſt moderatione & prudentia in eorum indictione & diſpenſatione; quia ærarium Principis tutiſſimum eſt arca civium ſique onera neceſſitatibus reſpondent, & tributim exiguntur, & in uſus publicos impenduntur, frequentia populi attrahitur. *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere*, ajebat Tiberius apud Sueton. *c.* 32. Optimum genus vectigalis ex *l. f.* §. 7. *D. de publican.* diſci poteſt. vid. Lipſius *l.* IV. *Polit. c.* 6. & ſalubria monita apud Forſtner. ad Tacit. IV. Annal.

Digitized by Google

XI. Rei familiari civium providere.

Quanquam autem ſummi imperantes ſubditos alere non teneantur, (niſi quod eorum, qui per immeritam aliquam calamitatem ſe ipſos ſuſtentare non poſſunt, peculiarem curam agere caritas jubeat;) tamen quia non ſolum ex bonis civium colligendi ſunt ſumtus, civitati conſervandæ neceſſarii; ſed etiam robur civitatis in virtute & opibus civium conſiſtit: igitur illis, quantum in ſe, providendum erit, ut RES FAMILIARIS CIVIUM gliſcat. Ad hunc finem facit cives diſponere, ut quantum fieri poteſt, uberem proventum ex terra & aquis capiant; ut, quæ apud ipſos proveniunt, materiis induſtriam adhibeant, aut quem ipſi commode laborem obire poſſunt, ab aliis non redimant: quod fit, ſiquidem artes mechanicæ foveantur. Maximi quoque eſt momenti mercaturam, & in regionibus maritimis navigationem excolere. Nec ignavia ſolum proſcribendi, ſed & ad parſimoniam revocandi cives per leges ſumtuarias, queis ſuperflui ſumtus prohibeantur, inprimis illi, per quos opes civium ad exteros transferuntur. Etſi majorem heic, quam quævis leges, efficaciam obtinent ſummorum imperantium exempla.

Quia

§. XI. Accurate Auctor tres civitatis opulentæ venas, agriculturam, artificia & mercaturam hic conjungit, quibus concurrentibus, nihil uberius eſt, nam multa undique permutantur, & divitiæ in agros, & poſſeſſiones ſeſe diffundunt. Cicero *l. 1. de Off. c.* 42. 43. (2) Legum ſumtuariarum exempla, quibus conviviis & convivarum numero modus impoſitus eſt, habet Macrobius *l.* 11. *Sat. c.* 13. Gellius *l.* 11. *c.* 24. & Ammianus *l.* XVI. *c.* 5. Mox vero illæ iterum deſiere, ob luxum, qui moderatus ferendus erat, ut plebs haberet unde. (3) Principis parſimonia quanti ſit, exemplo Veſpaſiani

J. N. & G. *l. 7. c. 9. §. 11.*

XII. Omnes generis factiones præcavere.

Quia etiam ſanitas, ac firmitas interna civitatum ex UNIONE CIVIUM provenit, quæ quo accuratior fuerit, eo majore cum efficacia vis imperii per univerſum ſeſe civitatis corpus diſpenſat: igitur ſummis imperantibus incumbit providere, ne in civitate factiones oriantur; neve quidam cives inter ſe peculiaribus pactis connectantur; neve omnes aut aliqui ab ullo alio, ſive intra, ſive extra civitatem conſtituto, ſub quocunque obtentu, ſacro aut profano, magis dependeant, quam a legitimo ſuo Principe, & in nemine plus ſibi præſidii, quam in eodem repoſitum arbitrentur.

J. N. & G. *l. 7. c. 9. §. 12.*

XIII. Armis ſecuritati civium proſpicere.

Denique cum ſtatus civitatum inter ſe ſit pax ſatis infida; ſummorum imperantium eſt curare, ut VIRTUS CIVIUM, PERITIAQUE ARMORUM alatur, & omnia, quæ ad vim repellendam requi-



ſiani docuit Tacitus *l. III. Ann. c. 55.*

§. XII. Machiavellus factiones putavit ad æmulationem proficere, idque praxis in Ariſtocratiis probat. Principibus item placuit dudum; Divide & impera. Sed quia facilis ex factionibus in ſeditiones & bella civilia eſt lapſus, bene dixit Livius *l. IV. c. 9. factiones fuiſſe & fore pluribus populis magis exitio, quam bella externa, fames, morbive, quæque alia in Deûm iras, velut ultima malorum publicorum vertunt.* Coercendi ergo ſunt turbulenti tribuni & ſacerdotes; atque illicita collegia ſolvere oportet, exemplo Romanorum, qui ad crimina extraordinaria retulerunt *tit. de Colleg. & corp.* Sueton. *Auguſt. c. 32.*

§. XIII. Ultimum officium ſpeciale eſt, alere militem, eum exercitare, & duces peritos ei præficere; idque tempore pacis, priuſquam Hannibal ſit ante portas. Diſtinguendum vero eſt in-

requiruntur, mature parentur, munita loca, arma, milites, & rerum gerendarum nervus pecunia. Ultro autem etiam poſita juſta belli cauſa nemo laceſſendus, niſi tutiſſima arriſerit occaſio, & conditio civitatis commoda id ferat. Eundem quoque ob finem conſilia & molitiones vicinorum accurate exploranda & obſervanda ſunt; nec non amicitiæ & fœdera prudenter contrahenda.

J. N. *&* G. *l.* 7. *c.* 9. §. 13.

inter Reſpublicas, quæ gloriam bellicam pro ſcopo habent, & quæ divitias ex commerciis quærunt. Refert quoque, an populus ſua natura ſit Martius, tunc enim potius peritiæ armorum obex ponendus eſt. Tria belli requiſita pecuniam, commeatum & arma optime Lipſius *l.* v. *Polit. c.* 6. illuſtravit.

## CAPUT XII.

## *De Legibus Civilibus in ſpecie*

### SUMMARIA.

I. *Leges civiles quid?*
II. *Civiles dictæ vel reſpectu autoritatis vel originis.*
III. *Juri naturæ dant vim & efficaciam,*
IV. *adjecta ſanctione pœnali,*
V. *conceſſa actione,*
VI. *facta adplicatione & explicatione:*
VII. *Actionibus in ſe liberis dant formam:*
VIII. *Obligantque in conſcientia.*
IX. *Juſſa peculiaria imperantis quo uſque obligent ad actiones civi proprias & executionem actionum principis*

Dis-

Add. Grot. d. J. B. & P. *prolegem.* §. 15.

Disſpiciendum quoque jam reſtat de partibus ſummi imperii in ſpecie, & quæ circa eas peculiariter obſervanda occurrunt. Ubi primum locum occupant Leges Civiles, quæ ſunt decreta ſummi imperantis, civilis, per quæ civibus injungitur, quid in vita civili facere, quidve omittere debeant. I. Legum civilium deſcriptio.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 1. §. 1.

Dicuntur autem Leges Civiles duplici potiſſimum reſpectu, vel respectu auctoritatis, vel II. Leges civiles aliæ reſpectu



§. I. Leges naturales a civilibus differunt origine, promulgatione, fundamento, ſubjecto & attributis, ſed juris civilis ſunt fundamentum: adeo ut qui aliter, quam ex fonte naturæ, jus hauriunt, non tam juſtitiæ, quam litigandi tradant vias, auctore Cicer. *lib.* 1. *de LL. c.* 6. (2) Nec tamen merum jus naturæ ſufficere videtur malitiæ humanæ, & infinitis formis, quas natura edere properat: hinc ſecundum genium cujuſque populi & formam civitatis leges civiles, jubendo, prohibendo, permittendo, omnia flectunt, ad civium utilitatem *l.* 7. *D. de LL.* & hactenus non male Horat. cecinit. lib. 1. Sat. 3. vſ. 98. *Utilitas prope juſti mater & æqui eſt.* (3) Patet ſic quoque quanta ſit neceſſitas juris civilis, quo ſublato, judices neque bonum, neque æquum, melius pejus, profit obſit, nihil vident, niſi quod lubet, & ſententias in cujuſque gratiam vel odium ferunt. *Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo judiciorum, ſed etiam civitatis vitæque communis*, ait Cicero pro Cæcin.

§. II. Leges aliæ civiles ſunt ratione *auctoritatis*, aliæ ratione *originis*: ad illas pertinent, quæ in ipſo dictato rectæ rationis habent fundamentum, ſed a Principe majus robur acceperunt, v. c. præſtationes contractuum & coërcitiones delictorum. (2) *Hæ* vero a legiſlatoris pendent arbitrio, & res quam maxime indifferentes determinant. v. c. lex vetuſtiſſima, de bove aratore non mactando: Spartanorum, de barba non alenda: Athenienſium, ut pi-

auctoritatis; aliæ reſpectu originis. vel ORIGINIS. Priori ſenſu leges civiles vocari poſſunt omnes leges, juxta quas in foro civili jus redditur, undecunque demum illæ originem ſuam trahant. Poſteriori ſenſu leges civiles dicuntur, quæ primo a voluntate ſummi imperii civilis profectæ ſunt, atque circa ea verſantur, quæ jure naturali ac divino definita non ſunt, ſed ad peculiarem utilitatem ſingularum civitatum faciunt.

*dict.* §. I.

III. Legi naturali addunt vim & efficaciam: Cæterum uti legibus civilibus nihil eſt ſanciendum, quod non AD COMMODUM REIP. referatur; ita cum vitæ civilis decori & tranquillitati maxime expediat, legem naturalem a civibus

piſcium venditores ſtent in foro: Romuli, qua temetum matronis negavit. Atque hoc jus Theophilus ad §. I. *Inſt. de J. nat.* τοπικὸν καὶ χρειῶδες vocat, *locale & utile*, quia loco circumſcribitur ejuſque utilitati conſulit. (3) Idem quoque, ceſſante ratione ſæpe mutatur, unde Solon νόμους μετακινητοὺς, *leges mutabiles* appellavit. Quamvis ob quasvis utilitates lex non debeat mutari; quia vix mutando tantum conſequimur boni, quantum nocet conſuetudo non parendi, & novitas perturbat. Ariſtot. *l.* II. *Polit. c.* 8. (4) Sicut quævis lupata cuivis equo non conveniunt, ita quod uni civitati conducit, alteri aliquando nocet. Sic Athenis naucleris, qui frumentum invehebant, immunitas portorii erat concedenda, ne cives inopia, in ſolo tenui, laborarent: contra Alexandriæ id ridiculum fuiſſet. Athenis peregrinis ſtatuta erat miſericordiæ ara: Spartæ vero peregrini ſunt repulſi, ne civium mores corrumperentur, auctore Joſepho *contra Apion. l.* 2. Hinc Xenophon remp. Lacedæmoniorum admiratur, quod Lycurgus contrarias multas leges ferendo, iis effecit, ut ejus patria ceteris felicitate præſtaret.

§. III. Facile eſt legiſlatoribus juri naturæ vim impertiri; quia id civitati convenit, & facere id debent, quia

vibus probe obſervari, hinc ſummis imperantibus incumbit, iſti vim atque efficaciam legis civilis impertiri. Nam apud plurimos mortalium tanta deprehenditur malitia, ut neque manifeſta legis naturalis utilitas, neque metus divini Numinis ei reprimendæ ſufficiat. Quo igitur utcunque vitæ civilis honeſtas ſervari queat, ſummum imperium efficere poteſt, legibus naturalibus vim legum civilium tribuendo.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 1. §. 1.

Conſiſtit autem VIS LEGUM CIVILIUM in hoc, ut præceptis de faciendo vel omittendo addatur SANCTIO POENALIS; ſive ut definiatur, quæ pœna in foro civitatis ſit manſura eum, qui facienda omiſerit, aut fecerit omittenda. Qua ſanctione pœnali quæ deſtituuntur leges na-

IV. Per adjectam ſcil. ſanctionem pœnalem;



quia lex naturalis pœnas non determinat. Fallitur autem Hobbeſius, *c.* XIV. *de cive* §. 10. quod ante legem civilem nihil juſtum eſſe putat, & imperantem poſſe definire, quid ſit furtum, homicidium & adulterium: id quod ex falſa hypotheſi fluxit, quaſi ante civitates nihil proprium fuerit, ſed cuilibet in quælibet poteſtas. Nec magis probo, quod ait, leges civiles juri naturali repugnare non poſſe: multa enim talium exempla Grotius dedit *l.* II. *de J. B. & P. c.* 7. §. 1. *c.* 14. §. 2. *c.* 20. §. 33. *l.* III. *c* 23. §. 5. Non ergo ſubditos obligant leges ſtultæ, injuſtæ & illicitum jubentes, ut lex Cabadis Perſarum Regis, apud Procopium. vid. Op. maj. *l.* VIII. *c.* 1. §. 2. *ſeqq.*

§. IV. Legiſlatoria poteſtas aliter verſatur circa leges naturales *obligantes*, aliter circa *permittentes*: illas facere debet princeps, ut obſervent ſubjecti, eumque in finem ſpeciales juris naturæ concluſiones clarius proponit, easque munit ſanctione, ad vigorem publicæ diſciplinæ vindicandum. Sanctio enim illa comminationem pœnæ proponens, quaſi legis eſt conſecratio, & perfectio, ut Macrobius *Somn. Scipion. l.* II. *c.* 17. ait. Enimvero jus naturæ tantum

naturales, in foro humano impune violantur, ſalva tamen vindicta tribunalis divini.

*dict.* §. I.

V. Et accommodatam ad eam actionem in foro

Præterea quia vitæ civilis indoles non fert, ut quod quiſque ſibi deberi arbitratur, propriam per violentiam exigat: inde & in eo legi naturali ſubveniunt leges civiles; quod ad ea, quæ ex illa debentur, hæ ACTIONEM accommodant, cujus vi iſta in foro civili per ſubſidium magiſtratus exigi poſſunt. Quam vim quæ per leges civiles non acceperunt, ab invitis extorqueri non poſſunt, ſed ſolo debentium pudore & conſcientia ſtant. Solent autem leges civiles illis potiſſimum obligationibus actionem accommodare, quæ per expreſſa pacta inter homines contractæ ſunt. Cæteris, quæ ex indefinito aliquo officio legis naturalis debentur, fere actionem denegarunt, ut eſſet materia, qua vir-

tum pœnas naturales delictis comites dedit, cum mala conſcientia conjunctas; ſed lex civilis, ad homines pravos deterrendos eorumque cupiditatem comprimendam, ex læſione Reipublicæ majore vel minore, & delicti frequentia vel raritate, interdum pœnas certas adjungit, ut gratiæ & odii ſuſpicionem à judice amoliatur, aliquando etiam in quantum ea de re religioni judicantis videbitur, pœnam minatur *l. ult. D. de extr. cogn.*

§. V. Porro in negotiis civilibus officium principis eſt remedia coactiva introducere, quibus refractarii ad officium adigantur. Hæc autem vocantur actiones judiciales, quarum inventum divinum Juſtinianus miratur in *l. ſ. C. de præſcr. longi temp.* Multa autem vitia ad vindices Deos remittenda ſunt inprimis ea, quæ tranquillitatem publicam non ſemper lædunt, ut ebrietas, mendacia, ſuperbia &c. Latius namque patet officiorum, quam juris regula & lex

virtutem ſuam exercerent probiores mortalium; inſignemque pararent laudem, ſi citra coactionem recte feciſſe viderentur. Sæpe etiam tanti non fuit viſum negotium, ut ideo Prætor fatigaretur.

I. N. & G. *l.* 8. *c.* I. §. I. add. §. 3.

Cum etiam multa lege naturali indefinite præcipiantur, adplicatione in cujusvis arbitrio relicta: inde lex civilis ad decus & tranquillitatem civitatis ejusmodi ACTIONIBUS TEMPUS, MODUM, LOCUM, ET PERSONAS aſſignare, aliaſque circumſtantias determinare, quandoque & præmiis homines ad eas ſuſcipiendas allicere ſolet. Si quid etiam in lege naturali obſcuri ſit, legis civilis eſt EXPLICARE. Quam explicationem in agendo ſequi cives tenentur; utut fortaſſe privata ipſorum opinio in diverſum abeat. VI. Legem naturæ applicant, & explicant.

Dd 5 Cum

lex civilis magis actiones boni civis, quam hominis dirigit; Seneca II. *de Ira c.* 27. Hinc Athenis ſeparatum fuit Magiſtratus genus, quibus decem numero, de ſingula tribu lectis, curæ erant juvenum mores, ne in vitia effunderentur. Romæ de officiis non apud Prætorem, ſed apud Cenſorem quærebatur, teſte Varrone *L.* v. *de LL.* & Perſio *Sat.* 5. vid. Cl. Noodt. *Julium Paulum, c.* 10.

§. VI. Quæ indefinite in jure naturæ jubentur, ſpecialius determinat lex civilis, quæque obſcuriora ſunt, definit: nam licet lex naturæ per ſe ſatis evidens ſit, ſi dictamen rationis attendatur, tamen præjudicia infantiæ & auctoritatis, ſuperſtitio, abuſus juris civilis & Canonici & mille negotiorum circumſtantiæ obſcuritatem gignunt, maxime in caſibus neceſſitatis. Quemadmodum igitur Deus Opt. Max. in Theocratia Judaica gradus prohibitos in matrimonio, aliaque capita clarius explicavit, ſic & Legiſlator humanus appendicem quaſi juri naturæ addere debet, qua

VII. Negotiis per ſe liberis formam dant.

Cum etiam plurimæ actiones per legem naturalem cujusque judicio & arbitrio ſint relictæ, quas tamen in civitate uniformi modo temperari tranquillitatis & decoris publici intereſt: inde leges civiles ejusmodi actionibus & negotiis CERTAM FORMAM ſolent aſſignare; uti contingit in ultimis voluntatibus, in contractibus, & multis aliis. Ob eandem cauſam etiam leges civiles exercitium eorum jurium, quæ naturaliter competunt, circumſcribere ſueverunt.

VIII. Leges civiles in conſcientia obligant.

Debent autem cives legibus civilibus, quatenus aperte juri divino non repugnant, OBTEMPERARE, non velut ex nudo pœnæ metu, ſed

qua tempus, modus, locus, aliæque circumſtantiæ definiantur. Aliquando etiam juri naturæ efficaciam denegat, dum vel actionem ex pacto nudo, aut credita filiofamilias pecunia, non largitur; vel actus pravos petulantis, ingrati & perjuri non punit, aut per fictionem materiam legi ſubducit. Huc pertinet diſtinctio inter æquitatem naturalem & civilem, in *l.* 31. *D. depoſ.* & quod Ulpian. ait in *l.* 6. *D. de J. & J.* ubi aliquid addimus vel detrahimus juri naturali, jus civile naſcitur, quod ab illo non in totum recedit, nec per omnia ei ſervit.

§. VII. Circa leges naturæ *permittentes* jus civile libertatem circumſcribit, dum vel neceſſitatem illis imponit, vel eas tollit, reſtringit, aut formam negotiis aſſignat; uti in ſtipulatione, hierologia, oppignoratione vel reſignatione judiciali, teſtamentis, inſinuatione donationis, formulis actionum & occupatione ferarum. Reliqua vero jura permittentia, quæ humana ſocietas requirit, quæque vitam, corpus, vel opes reſpiciunt, imperanti non licebit civibus adimere, niſi ob delictum vel evidentem utilitatem civitatis.

§. VIII. Aliud eſt intrinſeca *obligatio*, aliud *puritas* interna: illa oritur ex ſubmiſſione voluntatis, & ſponſione totius civitatis: nam licet principi nullum jus ſit in civium conſcientiam, dum ta-

Digitized by Google

ſed ex intrinſeca obligatione, per ipſum jus naturale confirmata, quippe inter cujus præcepta quoque eſt, legitimis imperantibus eſſe parendum.

IX. Peculiaria juſſa imperantis quouſque ſequenda, in actione civi propria & executione actionis principis.

Denique non minus PECULIARIBUS JUSSIS ſummorum imperantium, quam legibus communibus cives obtemperare debent. Ubi tamen obſervandum eſt, utrum ſummus Imperans civem quid jubeat facere, tanquam ACTIONEM CIVI PROPRIAM; an vero mandet ſuſcipere nudam EXSECUTIONEM ACTIONIS, quæ propria imperantis eſſe debeat. Nam poſteriori caſu, neceſſitate-ab imperante adhibita, citra proprium peccatum poteſt aliquid agere civis, quo patrato ipſe imperans peccat. Sed ut civis

tamen omnes, qui civitati nomen dedere, expreſſe vel tacite promiſerunt, ſe ſecuturos, quod ſumma poteſtas conſtituit, pacto ſtare debent *v. l.* 52. §. 5. *D. de Obl. & act.* & Merill. VI. *Obſ. c.* 36. At vero *puritatem* illam internam legislator non valde requirit (1) quia civitatis non intereſt, virtutis amore, an formidine pœnæ cives abſtineant a malo, (2) ſolæ externæ actiones imperio civili ſunt ſubjectæ, (3) Legislatores & JCti non voluntatem, ſed implementum deſiderant; nec perſonam debitoris, ſed rem attendunt. Ariſtot. *l.* V. *Ethic. c.* 7. (4) Sæpe ſub pœna nullitatis lex aliquid præſcribit, & tunc, qui v. c. ſolennia non adhibuit, haud peccat in conſcientia, nec ulli facit injuriam, ſed ſufficit, ex actu illo, imprudenter ſuſcepto, nullum effectum oriri. v. Grot. *l.* II. *de J. B. & P. c.* 5. §. 16

§. IX. An juſſus Principis ſingulares, pariter ac leges univerſis latæ obligent, nemo dubitat, ſi recta jubeat: ſin prava, Auctor inter actionem propriam, & nudam actionis alienæ executionem diſtinguit: verum doctrina illa, ſi verum fatemur, etſi in Op. Maj. *l.* VIII. *c.* 1. §. 6. plenius inculcata, ambigua eſt, neque mentem ejus recte explicat. Potius videndum, (1) an moralitas facti ſit *dubia*, ejuſque nuda executio injungatur

vis velut proprio nomine peccatum legi naturali & divinæ repugnans perpetret, fieri recte non poteſt. Inde eſt, quod ſi in bello, etiam injuſto, civis juſſu ſummi imperantis arma gerat, non peccet. Sed ſi ejuſdem juſſu aliquis innocentem damnet, falſum teſtimonium dicat, calumniam alicui intentet, utique peccat. Nam civis militat nomine publico; ſed proprio nomine judicat, teſtatur, accuſat.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 1. §. 6-8.

tur militi, Legato, vel carnifici; & hi injuſta exſequentes, excuſationem merentur, v. Grot. *l.* 11. *de J. B. & P. c. ult.* at judex, cui imperatur, ut reum inauditum condemnet, contra conſcientiam dubiam agere nequit. (2) An res ſit *evidens*, ut occidere innocentes, cum matre concumbere; & tunc ſine crimine juſſus perfici non poteſt; licet Princeps, in caſum negati obſequii, mortem minetur; quia in hac colliſione præceptorum illud fortius eſt, quod fieri vetat, & Deo magis eſt obediendum, quam hominibus. Exemplum ſit in Papiniano, quem adverſus Bodini reprehenſionem, quod mori, quam conſcientiam vulnerare maluerit, Grotius defendit, in notis ad *l.* 11. *c.* 7. §. 1. Add. Papinianum meum *c.* 16.

Ca-

## Caput XIII.

# *De Jure Vitæ ac Necis.*

Summaria.

I. *Jus imperantis in vitam civium*
II. *aliud indirectum eſt, quo illam belli periculis exponit,*
III. *aliud directum, quo illam adimit pœnæ cauſa.*
IV. *Pœna quid ſit?*
V. *Imperans habet jus puniendi,*
VI. *propter utilitatem*
VII. *triplicem,*
VIII. *peccantis,*
IX. *læſi*
X. *& omnium.*
XI. *Pœnis humanis eximuntur actus interni,*
XII. *lapſus minutiſſimi,*
XIII. *quorum caſtigatio turbatura eſſet civitatem,*
XIV. *& communis hominum corruptio.*
XV. *Venia quibusdam, & quare, danda.*
XVI. *Delicti gravitas unde æſtimanda.*
XVII. *Pœnæ genus & quantitas ab imperante determinatur,*
XVIII. *perpenſa perſona peccantis.*
XIX. *Ob delictum alienum nemo puniendus,*
XX. *etſi occaſionem incommodi præbere poſſit innocenti.*

Grot. D. J. B. & P. *l.* 2. *c.* 20. & 21.

Summo imperio civili in vitam civium dupLici modo jus competit; indirecte vel directe: illud quidem ad defenſionem civitatis, hoc autem ad compeſcenda delicta. I. Jus imperantis in vitam civium.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 2. §. 1.

Cum

II. Indirectum, belli periculo eam exponendi;

Cum enim ſæpe vis exterorum per vim ſit repellenda, aut jus noſtrum violenter ab ipſis vindicandum; licet utique ſummo imperio cives ad hoc negotii compellere, ubi de induſtria non id agitur, ut cives vitam amittant, ſed duntaxat periculo mortis eorum vita exponitur. Qualibus in periculis ut ſtrenue & dextre ſeſe cives gerere poſſint, ſummum imperium exercere eos & præparare debet. Nulli autem civi ejus periculi metu ad munia militaria ſeſe inutilem reddere licet. Et qui militiæ eſt adſcriptus, haudquaquam aſſignatam ſtationem ex formidine deſeret, ſed ad extremum potius ſpiritum pugnabit: niſi intelligat imperantis voluntatem eſſe, ut potius vitam, quam locum conſervet; aut locus iſte tanti non ſit civitati, quam vita iſtorum civium.

Di-

§. II. Scopus civitatis eſt communis defenſio, & ſecuritas; hæc vero obtineri nequit ſine mediis, quorum præcipuum eſt, ut vis vi repellatur. Imperans ergo vitam civium pro ſalute reip. periculo vitæ exponere poteſt; quoniam illi in omnia, ſine quibus finis ille obtineri non poteſt, in pacto civitatis conſenſiſſe videntur. (2) In rebuspublicis, ubi militia non mercenaria, ſed ex civibus ſelecta obtinet, ad arma compelli poſſunt omnes, etiam Doctores & Clerici, licet hi plerumque, quamdiu alii adſunt, immunitate fruantur; uti de Levitis Joſephus. *l.* III. *Antiq. c.* 3. de Clericis Capitularia Caroli M. & Zigler. *de cler. mil.* Id vero Grotius monet, intelligendum eſſe, cum exceptione ſummæ neceſſitatis *l.* 1. *c.* 5. §. 4. (3) Patet etiam civibus non licere truncatione membrorum ſacramenta militiæ effugere; qua de re ſupra, & Menagius *c.* 3. *Amœn.* neque fugam cum ſummo reip. periculo, capere; aut alio quovis modo militiam detrectare. Hinc grave *ἀστρατείας* crimen Athenis, apud Demoſthenem & ejus Scholiaſten, Ulpianum. *Maledicite habitatoribus, qui non venerunt ad auxilium domini.* Jud. v. vſ. 23. Denique obſidum munus invito civi imponi poteſt, quia ſummum im-

*dict.* §. 1-4.

III. Directe autem vitam civibus adimere poteſt ſummum imperium ob atrocia delicta, & per modum Poenæ: quæ tamen & in alia hominis bona cadit. Quo loco de natura pœnæ quædam in univerſum erunt exponenda.

Dire-ctum, a-dimendi per mo-dum pœ-næ.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 1-3.

IV. Eſt igitur Poena malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis; ſeu malum aliquod moleſtum, quod per modum coactionis & pro im-

Pœna quid? E-jus ratio-nem quæ nam ha-bere poſ-ſint.

imperium continet jus in actiones ſubditorum. vid. Schilter. *de jure obſid.* & Grot. *l.* III. *c.* 20. §. 52.

§. III. Omnis delinquens tenetur tum ad damnum læſo reſarciendum, tum etiam ad pœnam Reipublicæ. Fundamentum ejus eſt, quod cives in pacto civitatis actiones ſuas ſubjecerunt voluntati Imperantis, qui ex natura Imperii leges pœnales, ad quietem publicam obtinendam, ferre, easque in recalcitrantes executioni mandare poteſt; ſive id ipſe faciat, ſive per Magiſtratus, qui ideo gladium gerere dicuntur, Rom. XIII. 4. ſive per patresfamilias, ut Romæ.

§. IV. Grotii hæc definitio *l.* II. *c.* 20. §. 1. non mage quam ſequens Auctoris, aut Ulpiani, qui noxæ vindictam, *l.* 131. *pr. de V. S*, vel Cujacii, qui delicti æſtimationem vocavit, eſt plena. Potius definiri poteſt, malum, quod a ſuperiore, propter delictum, ad ſecuritatem & tranquillitatem civitatis internam infligitur. Nihil enim intereſt an malum illud, agendo an patiendo, ſentiatur; uti damnati ad remum, ad operas publicas, ad metalla, vel in antliam, apud Sueton. in *Tib. c.* 51. & Ner. *c.* 31. (2) Recte Hugo Grotius, *l.* II. *de J. B. & P. c.* 20. §. 1. *n.* 2. magiſtratum non putat obligari ad delinquentes puniendos; ſi pax aliter haberi poteſt: alias vero ipſe Deus pœnas conſtituens præivit, & abominabilis dicitur, qui impium abſolvit. (3) Auctoris doctrina *l.* VIII. *c.* 3. §. 4. de delinquente ad pœnam non obligato, vera eſt, ſi de ſpontanea ad pœnam oblatione capiatur. At jus eam exigendi, & neceſſitas ſubeundi ex

con-

perio intuitu antegreſſi delicti alicui imponitur. Licet enim ſæpe alicui pœnæ loco imperentur quædam actiones; in iis tamen ſpectatur id, quod laborioſæ, & facienti moleſtæ ſint, quodque agenti paſſio quædam per eas inferatur. Invitis autem pœna eſt infligenda, quia alias illa non obtineret finem ſuum, qui eſt, acerbitate ſua homines a peccatis deterrere. Quem effectum non habent mala, quæ in bello pugnave inter repugnandum inferuntur; quia non pro imperio: neque quæ per injuriam quis patitur; quia non intuitu antegreſſi delicti inferuntur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 4.

V. Imperanti competit jus puniendi.

Sicuti autem libertas naturalis hoc habet, ut qui in ea conſtitutus præter Deum neminem habet ſuperiorem, divinis tantum pœnis ſit obnoxius: ita cum introducto inter homines imperio hoc quoque imperantibus ſalus ſocietatum attribuit, ut ipſi malo repræſentato malitiam ſubjectorum coërcere queant, quo plures homines ſecuri invicem poſſint vivere.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 6. 7.

Etſi

conſenſu illius, ſaltem conditionato naſcitur, vel ex re factoque illicito: hinc noſtri delictum malum contractum. *l.* 52. *D. de re jud. l.* 1. *C. ſi adv. del.* & Ariſtoteles conventionem invitam appellavit. *l.* v. *Nicom. c.* 2. Paulus ait, hæreticos à ſe ipſis damnatos eſſe *Tit.* III. *vſ.* 11. Pluribus Schilter Ex. *ad Pand.* 24. §. 46. & Thomaſius *Inſt. Jpr div. l.* III. *c.* 7. §. 98. Auctorem refellunt.

§. V. Imperantibus ſolis, vi ſummi imperii, jus puniendi competit, & male Grotius *l.* II. *c.* 20. §. 40. bellum punitivum ſtatuit: nam etſi injuriam vindicare, & populo oppreſſo auxilium ferre liceat; *v.* c. XVI. §. 11. par tamen in parem non habet imperium, & ſolus Deus omnium ſupremus eorum judex eſt, qui in ſta-

tu

Etſi autem in eo nihil videatur iniqui, ut malum patiatur, qui male egit: in pœnis tamen humanis non ſimpliciter reſpiciendum eſt quodnam malum ſit perpetratum; ſed & quæ UTILITAS EX POENA poſſit provenire. Sicuti & nequaquam eo fine pœnæ exercendæ, ut læſus animum paſcat, & voluptatem capiat ex dolore & ſupplicio lædentis, quippe cum hæc voluptas plane ſit inhumana, & ſocialitati repugnans. VI. In pœnis humanis reſpicienda utilitas.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 8.

GENUINUS POENARUM HUMANARUM FINIS eſt præcautio læſionum & injuriarum; quæ provenit, ſi vel in melius emendetur, qui peccavit, aut alii ejus exemplo, ne deinceps velint peccare; vel ſi ita coërceatur qui peccavit, ut non poſſit deinceps nocere. Id quod etiam ita poteſt exprimi; quod in pœnis reſpiciatur vel ejus, cujus intererat non fuiſſe peccatum, quique adeo per peccatum læſus fuit; vel indiſtinctum quorumlibet. VII. Aut peccantis, aut læſi, aut omnium.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 9.

Ee Pri-

tu naturali vivunt. *Tibi ſoli peccavi*, ajebat David. Ipſe etiam Grotius hoc dogma, paci turbandæ aptiſſimum, mitigavit ad *Matth.* v. 40.

§. VII. Finis pœnarum non eſt, ut male faciamus delinquenti: id enim eſt, malitiam ejus imitari: neque ut ultionem exerceamus; cujus vanus eſt triumphus, poſtquam factum infectum fieri nequit. Sed unicus finis eſt ſecuritas & tranquillitas civitatis; hæc autem promovetur emendatione, vel morte delinquentis, ſecuritate læſi & territione aliorum. Plerique veterum tres illos fines pœnarum ſtatuerunt; uti Seneca *L.* 1. *de clem. c.* 22. & Gellius *l.* VI. *c.* 14. Explicat eos Grotius *L.* II. *de J. B. & P. c.* 20. *vſ.* 6. *& ſeq.* Addit Seldenus. *L.* I. *de J. N. c.* 4. tres

Digitized by Google

VIII. Quomodo per pœnam promoveatur utilitas peccantis? Primum igitur in ſumenda pœna reſpicitur UTILITAS EJUS, QUI PECCAVIT, dum dolore pœnæ ipſius animus emendatur, & peccandi libido per eundem exſtinguitur. Quale genus pœnæ etiam in plerisque civitatibus in ſuos domeſticos exercere patribus familias relictum. Eo ſolo tamen fine ad mortem procedi poſſe non videtur; cum qui mortuus eſt, emendari nequeat.

*dict* §. 9.

IX. Quomodo utilitas læſi? Deinde in pœna verſatur UTILITAS EJUS, QUI LÆSUS FUIT, ne tale quid in poſterum ab eodem aut aliis patiatur. Quorum prius obtinetur, ſi vel tollatur, qui peccavit, vel vires nocendi, ſalva vita, ipſi adimantur; vel ſi malo ſuo dedoceatur delinquere. Poſterius autem obtinetur pœna aperta & conſpicua, cujuſque adparatus ad terrorem aliis incutiendum aptus ſit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 11.

X. Quomodo utilitas omnium? Denique in poena UTILITAS quoque OMNIUM quæritur, dum nempe id agitur, ut ne, qui uni nocuit, aliis deinceps noceat, vel ut exemplo territi cæteri à ſimilibus patrandis abſtineant. Quod modo atque prius obtinetur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 12.

XI. Pœnis humanis exemti actus interni: Quod ſi porro tum fines pœnarum, tum con-

tres alios; qui vel ad tribunal divinum, aut ad rempublicam Judaicam pertinent.

§. XI. In ſcholis Theologorum & Philoſophorum cupiditas quidem peccatum morale eſt, ut Grotius ad Matth. v. vſ. 28. docuit, & Juvenalis *Sat.* XIII. *vſ.* 209. agnoſcit, facti crimen habere, qui ſcelus ullum intra ſe cogitat: at cogitationum pœnam in fo-

ro

conditionem generis humani conſideremus, adparet, non omnia peccata esse ejusmodi indolis, ut in foro humano ea puniri omnino conveniat. Inde pœnis humanis eximuntur actus mere interni, i. e. cogitatio delectabilis de peccato aliquo, cupiditas, deſiderium, deſtinatio citra effectum; etſi poſtea per ſubſequentem confeſſionem ad notitiam aliorum perveniant. Nam cum ejusmodi motu interno nemini noxa inferatur: nullius quoque hominis intereſt, ut ob eundem quispiam puniatur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 14.

XII. Et lapſus minutiſſimi: Durum quoque nimis foret pœnis humanis ſubjicere minutissimos lapsus, quos in iſthac naturæ conditione non datur effugere, quantamcunque attentionem quis adhibere inſtituat.

Ee 2 Præ-

ro civili nemo patitur *l.* 18. *D. de pœn.* neque enim illæ ſubjacent actibus legum civilium, quia cogitans nemini facit injuriam, & noſſe cogitationes ſolius eſt omniſcii Dei: vid. Gell. *lib.* VII. *Noct. Att. c.* 3. Grot. *d. c.* 20. §. 18. & 20. Cujac. VIII. *Obſ. c.* 22. *l.* XV. *Obſ. c.* 25. Bynkersh. *l.* III. *O. c.* 10. (2) Quod ſi vero cogitatio in actum & conatum externum erumpat, videndum eſt, an crimen gravius ſit, an ultro abſtinuerit, an longius in conatu fuerit progreſſus. vid. Tabor *de conatu.*

§. XII. Lapſuum tres ſunt ſpecies: caſus, error & flagitium: prioris judex debet miſereri, ſecundum corrigere, tertium ulciſci. Errores intelligo, qui alias *quotidianæ incurſationis* vocantur, & plerumque ex ruſticitate, vel ſtupido ingenio manant. Sufficit autem damnum reſtitui, neque opus eſt, ut cum Romanis privatum delictum Legis Aquiliæ fingamus. Vid. Cl. Thomaſii Diſp. *Larva Legi Aquiliæ detracta.* In veris etiam delictis error aliquando, ſi non in totum excuſat, pœ-

*dict*. §. 14.

XIII. Et quæ ferre jubet civitatis tranquillitas;

Prætereà multos actus diſſimulant leges humanæ ob tranquillitatem civitatis, aut alias ob rationes; puta ſi ſplendidior futurus ſit actus, ubi ex intuitu pœnæ non videatur ſuſceptus, aut ubi operæ pretium non ſit judices inquietari, aut ſi obſcuriſſimæ res ſit diſceptationis, aut ſi inolitum plane malum citra convulſionem civitatis tolli nequeat.

J. N. & G. *l*. 8. *c*. 3. §. 14.

XIV. Aut communis hominum corruptio.

Denique & à pœna humana eximi neceſſe eſt illa vitia animi, ex corruptione mortalium communi resultantia, quæ ita fre-

pœnam tamen lenit, quum animi deſtinatio reſpicitur *l*. 4. & 18. *C. ad leg. Jul. de adult*. Communiter vero prætextus erroris, ſi vis vel cædes facta, non relevat, nec veritas rerum erroribus geſtarum vitiatur *l*. 6. §. 1. *D. de off. præſ. l*. 3. *C. de apoſt*. Perrenon. *lib*. 11. *animadv. c*. 9.

XIV. Quemadmodum in dubio ad jus imperfectum petendum nulla actio competit; ita otium, prodigalitas, ambitio, voluptas, ingratus animus, bibacitas, aliaque id genus vitia melius in ſcholis, ope Philoſophiæ moralis, quam virgis corriguntur; (1) quia vitioſus, ſi non turbat ſocietatem, v. c. invidus macreſcens, nemini facit injuriam. (2) Ex omiſſione virtutis nulla naſcitur pœna humana, ſed præmium virtutis denegatur, v. c. homini irreligioſo (3) virtus, ſeu animi perfectio, coactionem reſpuit (4) Deus ad talia vitia noſcenda ſolus eſt omniſcius, ad expendenda æquiſſimus, & ad vindicanda potentiſſimus. Non tamen negamus, ſuperiorem ex officio legem facere poſſe, ſi ſalus reip. id exigat: nam prodigos Lucani, ingratos Macedones, otioſos Athenienſes mulctarunt: ſed jus naturæ non præcipit, ut id fiat, nec ſemper id fieri conducit. Seneca *lib*. v. *de ben. c*. 21. *Multa legem non habens, nec actionem, ad quæ conſuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum.*

§. XV.

Digitized by Google

frequentia reperiuntur, ut defuturi eſſent, quibus imperaretur, ſi ſeveris iſta pœnis plectere velis, quouſque in enormes actus non eruperunt: uti eſt ambitio, avaritia, inhumanitas, ingratus animus, hypocriſis, invidia, ſuperbia, iracundia, ſimultas, & ſimilia.

*dict.* §. 14.

Neque tamen ſi quæ peccata ſint patrata pœnis humanis idonea, ſemper neceſſum eſt pœnam exigi. Quin aliquando contingit, ut delinquentibus recte peccati Venia fieri poſſit. Id quod tamen citra graves cauſas fieri non debet. Inter quas ſunt, ſi fines pœnarum in certo caſu non videantur neceſſarii; aut ſi venia majorem, quam pœna, producere utilitatem ſit idonea; aut ſi fines pœnarum alia via commodius obtineri poſſint. Item ſi qui deliquit, alleget ſua aut ſibi conjunctorum eximia in rempubl. merita, peculiari præmio digna; aut ſi ab alia quapiam inſigni re commendetur, puta, à raro aliquo artificio; aut ſi ſpes ſit fore, ut peccatum illud egregiis factis eluatur: præſertim ubi aliqua ignorantia, licet non plane inculpabilis, intervenerit, aut ſi particularis ratio legis

XV. Venia quibus caſibus recte fiat?



in

§. XV. Bene Grotius *l.* II. *c.* 20. §. 21. oſtendit, & ante legem pœnalem, & poſt eam ignoſcere licere: nam jus naturæ non dictitat pœnam certam, neque novit delicta per ſe capitalia; nec finis pœnæ ceſſat, ſi uni aut alteri venia delicti concedatur. (2) Injurius autem is quodammodo, & magis Auctor in Op. Maj. *l.* VIII. *c.* 13. §. 15. eſt in Stoicos: nolebant enim eradicatam miſericordiam, affectum maxime humanum, ſed anilem & otioſam reprehendebant. Seneca litem de verbis eſſe docuit *lib.* II. *de clem. c.* 5. *De verbo quæſtio eſt, de re quidem convenit.* v. Gataker. ad Marcum Antonin.

in aliquo facto ceſſaverit. Sæpe quoque ob multitudinem peccantium venia eſt danda, ne ſuppliciis civitas exhauriatur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 15-17.

XVI. Delicti gravitas unde ſit æſtimanda;

GRAVITAS autem DELICTORUM æſtimatur ex objecto, in quod peccatum fuit, prout illud nobile & pretioſum habetur: item ex effectu, prout multum aut parum damni in remp. inde redundat; & denique ex pravitate intentionis, quæ ex variis indiciis colligitur; puta, ſi facile potuit reſiſtere cauſis, quibus quis ad peccandum fuit impulſus; aut ſi præter communem rationem peculiaris quædam acceſſit, quæ a peccando debebat abſterrere; aut ubi circumſtan-

nin. *lib.* 1. §. 15. & *lib.* 11. §. 13. (3) Populus Romanus ſub libera Republica reis ſæpe ignovit, ſæpe damnatos reſtituit, ob merita ſingularia vel multitudinem delinquentium, Cicero 11. *Philipp. c.* 23. poſtea ſolus Princeps, quum ſupra leges erat, legibus ſolvere poterat, *tit. C. de ſent. paſſ.* unde Themiſtius *orat.* 19. eleganter ait: *Solius Principis eſſe, ex inferorum veſtibulo homines reducere in lucem.* (4) Magiſtratus non habent jus aggratiandi, quia legibus non ſunt ſoluti, nec leges tollere poſſunt: niſi ſumma poteſtas hoc eis conceſſerit, ut fieri ſolet, in levioribus. v. Carpz. *pr. crim. p.* 3. *qu.* 150. *n.* 75. 100. (5) Omnes uno ore negant Principi facultatem gratiæ faciendæ contra leges divinas, v. c. *Geneſ.* IX. *vſ.* 6. Sed vide Selden. de *jure nat. l.* 4. *c.* 1. & Thomas. *de jure aggrat. Princ. Evang. in homicidio.*

§. XVI Quantitas delicti civilis, ſeu ejus æſtimatio, uti vocatur in *l.* 41. *D. de pæn.* non ſecundum leges Reipublicæ Judaicæ, neque ſecundum proportionem Geometricam aut Arithmeticam fieri debet, neque ad paucas regulas contrahi poteſt, ſed præter ea, quæ Auctor hic attulit, genius populi, frequentia delinquentium, delicti facilitas & varius voluntatis influxus diverſas ſanctiones pœnales poſtulant. Sic apud Thurios cum armis in concionem venire capitale fuit. Diod. Sic. *lib.* XII. *c.* 12. Carthagini

Digitized by Google

ſtantiæ ſingulares factum aggravant; aut ſi animum quis habuerit idoneum ad reſiſtendum peccatorum illecebris. Sed & conſiderari ſolet, primus quis, an aliorum exemplo ſeductus, ſemel, an ſæpius, & poſt conſumtas fruſtra admonitiones quis peccaverit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 18 22.

XVII. Unde definiendum pœnæ genus & quantitas? Quod tamen POENÆ GENUS & QUANTUM præciſe ſingulis peccatis ſit infligendum, penes ſummum imperium civile eſt definire, quod heic unice utilitatem reipubl. præ oculis habere debet. Unde fieri poteſt & ſolet, ut ea-

 dem

gini Græcis literis ſtudere, Juſtin. *lib.* XX. *c.* 5. (2) Grotius *lib.* II. *de J. B. & P. c.* I. §. 14. negat, legem jus necis habere in omnes cives, ex quovis delicto, ſed demum ex tam gravi, ut mortem mereatur: hinc in nòtis redarguit leges, quæ venantes ruſticos morte puniunt; acerbius vero ad Matth. v. vſ. 40. (3) Generaliter ſufficit, reprimendam eſſe peccandi libidinem, & fugiendam ab altera parte Draconis acerbitarem, ubi quies civitatis non valde turbatur; ab altera vero nimiam lenitatem, quia mali deteriores fiunt impunitate, & creſcentibus delictis exaſperandæ ſunt pœnæ. (4) Nulli gentium mitiores, quam Romanis, placuiſſe pœnas, Livius gloriatur *lib.* I. *c.* 28. pœnarum quoque atrocium inventa in ipſos auctores recidiſſe, Perilli exemplo, Valer. Max. *l.* 9. *c.* 2. 9. docet.

§. XVII. Delictis inæqualibus eadem regulariter pœna ſine vitio imponi non poteſt; quia pœna delicto non proportionata ſcopum non conſequitur. Aliquando autem id accidit, quundo v. gr. homicidium pœna pecuniaria, ut in medio ævo, vel gladio, ſed furtum laqueo punitur; etſi gladio perire honeſtius ſit, & bonam mortem vocet Lactantius *de mort. perſec. c.* 22. laqueum autem informe lethum *c.* 30. ibique Cuperus *in notis*. Ratio ejus partim conſiſtit in lubrica delictorum æſtimatione & frequentia unius maleficii præ altero; partim quod occaſio delinquendi pœ-

dem pœna imponatur duobus delictis inæqualibus. Nam quæ æqualitas judicibus circa reos obſervanda præcipitur, illa intelligenda eſt de reis, qui idem ſpecie delictum commiſerunt, hactenus, ut quod in uno vindicatur delictum, alteri citra graviſſimam cauſam condonari non debeat. Etſi autem quantum fieri poteſt, homo in hominem lenior eſſe debeat: interdum tamen pœnas exaſperari ſalus civitatis, & ſecuritas civium jubet: puta, ſi contra gliſcentia vitia aſperiore medicina opus ſit, aut ubi delictum aliquod reip. ſit pernicioſiſſimum. Id autem omnino obſervandum circa magnitudinem pœnarum, ut illæ tantæ ſint, quantæ ſufficiant ad reprimendam libidinem mortalium, qua feruntur in peccatum, in quod pœnæ conſtituuntur. Tum etiam, ne exigantur graviores pœnæ, quam legibus definitæ ſunt; niſi atrociores circumſtantiæ factum aggravent.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 23. 24.

XVIII. In hoc attendenda perſona peccantis. Quia tamen eadem pœna non omnes æque afficit, adeoque apud omnes non parem effectum

pœnam vel auget, vel minuit, partim in defectu majoris pœnæ, partim in opinione vulgi, quod mortem, ſi non ſit naturalis, ſed βιαιοθάνατος & violenta, pœnam graviſſimam eſſe exiſtimet. At vita longa ac miſera longe eſt gravior, & Romani ad mortem damnatos virgis prius fere ad necem verberarunt, quia dolor & mora mortis plus pœnæ habet, quam mors ipſa. v. Sigon. *de judic. lib.* II *c.* 3. Seneca lib. VI. Q. N. *c.* 32. *Mors naturæ lex eſt: mors tributum officiumque mortalium.* & junior conſol. ad *Marc. c.* 19. *Mors nec bonum, nec malum eſt.* Idem epiſt. 69. Imperitiſſimi verbum vocat: *Bella res eſt mori ſua morte.* vid. Victor. *lib.* XII. *Var. c.* 8.

§. XVIII. Romæ impuberes, pubertati proximi, præ-

ctum producit, circa reprimendam peccandi libidinem; inde tam in generali pœnarum deſignatione, quam earundem ad ſingulos adplicatione reſpicienda eſt PERSONA IPSIUS DELINQUENTIS, & in eadem illæ qualitates, quæ ſenſum pœnæ augere vel minuere poſſunt; puta, ætas, ſexus, ſtatus, opes, vires & ſimilia.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 25.

XIX. Ob delictum alienum nemo puniendus.

Porro uti ob alienum delictum in foro humano pœna proprie dicta nemo poteſt affici: ita ſi AB UNIVERSITATE ALIQUA DELICTUM SIT ADMISSUM, eo non tenebitur, qui in id non conſenſerit. Atque inde iſti diſſentienti nihil poterit eripi, quod nomine & beneficio univerſitatis non obtinebat. Etſi ex occaſione pu-



prætor's arbitratu, verberabantur tergoribus anguillarum Plin. *l.* XVIII. *c.* 3. & in omnibus judiciis pœnalibus ætati pariter ac imprudentiæ ſuccurrebatur. Ulpianus ait, impuberes ſervos terreri tantum ſolitos, & habena vel virgula cædi *l.* 1. §. 33. *de Sto. Silan.* Exempla tamen impuberum pœna capitali, propter enormem malitiam, quæ ætatem ſupplebat, affectorum habet Struvius. *obſerv. crim. c.* 9. *n.* 2. & Brunnem. *cent.* 4. *deciſ.* 2. (2. Opificii quoque & virium habenda eſt ratio; quia pictori manus magis eſt neceſſaria, quam cantori; & homo robuſtus ſine diſpendio vitæ plures ictus excipere poteſt, quam teneræ ſtaturæ & dubiæ valetudinis homuncio.

§. XIX. Univerſitas non delinquit, niſi Optimates, vel Magiſtratus, cum plebis Tribunis iverint in conſilium, vel populi primores maleficium ratihabuerint, vel lucrum in rem collegii fuerit converſum. Tunc vero ſontes ab inſontibus pueris & feminis ſunt ſeparandi, & inter illos decimatio ſorte inſtituenda, ut timor ad omnes, pœna ad paucos perveniat. Aliquando ſufficit ſolos auctores puniviſſe; uti unde

punitæ univerſitatis & innocentes incommodum ſentire ſoleant. Exſpirant quoque delicta univerſitatum, quando nemo amplius ſupereſt eorum, queis conſentientibus & cooperantibus illud delictum fuit patratum.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 28-30. 33.

**XX.** *Etſi id occaſionem incommodi innocenti præbere poſſit.* Id tamen frequenter contingit, ut ALIENUM DELICTUM OCCASIONEM PRÆBEAT, ex qua in alios incommodum proveniat, aut bonum antea ſperatum intercipiatur. Sicuti bonis parentum ob delictum confiſcatis, ad paupertatem rediguntur etiam innocentes liberi. Et reo aufugiente fidejuſſor exſolvere mulctam cogitur, non ex delicto, ſed quia in talem eventum ultro ſeſe obligavit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 3. §. 31. 23.

Ca-

unde orta eſt culpa, ibi pœna conſiſtat. Grotius *l.* III. *c.* II. §. 5. Sæpe municipiis adimuntur privilegia *l.* 37. *D. de reb. auct. jud.* vel infamia inuritur *l.* 9. *C. Th. de indulg. crim.* aliquando etiam, aratro inducto, urbs deleta fuit *l.* 21. *D. quib. mod. uſusfr.* quam exemplis illuſtrat P. Faber. *l.* 1. *Sem.* *c.* 8. 9.

§. XX. Apte Cl. Barbeyrac. *h.* §. jungit parti §. præcedentis (2. ſed Auctor malum illud, quod ex contactu perſonæ delinquentis in alios ſæpe redundat, incommodum recte vocat: nam ubi demeritum non eſt, ibi pœna eſſe non debet *Ezech.* XVIII. *vſ.* 20. *Deuter.* XXIV. *vſ.* 16. *l.* 22. *C. de pæn.* (3) Effectum autem pœnæ alios ſentire, aliquando non eſt injuſtum; v. c. amiſſio bruti, quocum ſodomia commiſſa eſt, Levit. XX. *vſ.* 15. quodque liberis reorum perduellionis, quæ ſunt civilia & nondum quæſita adimuntur, ut amor eorum parentes amiciores faciat Reipublicæ *l.* 5. *C. ad L. Jul. Majeſt.* Grotius *l.* II. *c.* 21. §. 13. 15. (4. Quod autem de fidejuſſore hic adfertur, exemplum non ſatis aptum eſt, quia is non punitur, ſed obligationi ſponte ſuſceptæ ſatisfacere debet.

Digitized by Google

## CAPUT XIV.

# *De Exiſtimatione, & de Jure ſummorum circa eam Imperantium.*

### SUMMARIA.

I. *Exiſtimatio quid?*
II. *Duplex in duplici ſtatu.*
III. 1. *Simplex α. in libertate naturali*
IV. *eaque vel integra,*
V. *vel diminuta,*
VI. *vel exſtincta.*
VII. *β. in civitate,*
VIII. *ubi deficit vel ex mero ſtatu,*
IX. *vel ex delicto.*
X. *Naturalis non ſubeſt arbitrio imperantis.*
XI. 2. *Intenſiva, itemque honor.*
XII. *Varia hic conſideranda.*
XIII. *Fundamentum exiſtimationis intenſivæ.*
XIV. *Jus imperfectum & perfectum ad honorem.*
XV. *Jus ad præcedentiam inter principes.*
XVI. *Gradus dignitatis civilis deſignandi à ſummo imperante.*

EXISTIMATIO in genere eſt valor perſonarum in vita communi, ſecundum quem aptæ ſunt aliis perſonis exæquari aut com- I. Exiſtimatio in genere quid:

§. I. Hæc materia in jure privato ad tit. *de his qui not. inf.* tractatur, ſed quia imperans jus habet circa exiſtimationem civium, hinc inter partes ſummi imperii hic refertur, ut conſtaret, quid Imperanti in eam liceat. (2. Quemadmodum valor rerum, ex comparatione & idea relativa alicujus præſtantiæ exſurgens, *pretium* dicitur, ita valor perſonarum *exiſtimatio* audit; quæ homines natura æquales, morali æſtimatione & civili facit inæquales. Alias *opinio* vocatur, quia ex hominum opinione provenit. Quod ſi ea a pluribus agnoſcitur, *famam* vo-

rari compa, eisque vel antehaberi, vel poſtponi.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 1.

II. Duplex in duplici ſtatu. Dividitur illa in SIMPLICEM & INTENSIVAM. Utraque conſideratur vel inter eos, qui IN NATURALI LIBERTATE, vel qui in STATU CIVILI invicem degunt.

*dict.* §. 1.

III. Simplex in libertate naturali in quo ſita? EXISTIMATIO SIMPLEX INTER EOS, QUI IN NATURALI LIBERTATE VIVUNT, in hoc potiſſimum conſiſtit, ut quis talem ſe ferat, & pro

vocamus: *honorem* vero ſi ſigna & facta agnitionis accedunt, denique *gloriam*, ſi agnitio late ſpargitur. vid. Diſſert. Auctoris *de exiſtimatione*, Freherus *de Fama & infamia*, & Thomaſius *de exiſtimatione, fama & infamia*.

§. 2. Simplex exiſtimatio naturalis eſt, & cuivis viro honeſto competit: ſive is pauper, ſive dives ſit. Nulla ergo hic inæqualitas inter opificem & miniſtrum Principis, militem gregarium & ducem: nam ſanctitas morum non diſtat ordinibus, ait Plinius *l.* v. *epiſt.* 3. (2. Intenſiva vero eſt adventitia, & publicis Senatorum vel Conſulum annexa muneribus, hominum ordines quosdam inæquales conſtituit. (3. Prior conſiſtit in præſumtione bonitatis, nec dari, aut propter meritum inæquale, adimi poteſt ab imperante, ſed ad jura cujusvis hominis naturalia pertinet. Hæc vero pro fundamento habet honorem, lege vel pacto alicui tributum.

§. III. Neſcio, cur Auctor tam prolixe de exiſtimatione ſimplici ſummorum Imperantium inter ſe diſſerat, quum æqualis in æqualem, cum effectu juris, nullum habeat judicium, & regulæ prudentiæ ſatis moneant, quod caute ſit agendum cum illis, qui fidem federum & pacis, vel ſemel, nulla ſatisfactione læſis oblata, violarunt. (2. Is vero populus, cujus exiſtimatio per habitum peccandi eſt conſumta, pro hoſte haberi poteſt; quia quilibet vicinus facile præſumere debet, illum eodem animo con-

Digitized by Google

pro tali habeatur, quocum agi queat tanquam cum viro bono, & qui, cum aliis ad præſcriptum legis naturalis vivere ſit paratus,

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 2.

Atque iſthæc **integra** tamdiu habetur, quoad quis nondum per malitioſum aut enorme facinus ſciens volensque dolo malo legem naturæ adverſus alios violavit. Inde & naturaliter quilibet pro bono viro habetur, donec contrarium probetur. **IV.** **Manet integra quamdiu abſtinetur a criminibus.**

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 3.

Eadem exiſtimatio **diminuitur** per facinora enormia, contra legem naturalem malitioſe patrata; quæ efficiunt, ut majore circumſpectione opus ſit, ſi quis cum tali agere velit. Ea tamen macula elui poteſt præſtita ultro damni dati reparatione, & edito ſeriæ pœnitentiæ documento. **V.** **Diminuitur facinoribus.**

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 4.

Consumit eandem penitus vitæ genus & inſtitutum, directe ſpectans ad aliis promiscue nocendum, & rem ex manifeſtis aliorum injuriis faciendam. Cujus farinæ homines quamdiu reſipiſcere nolunt, tanquam communes hoſtes poſſunt tractari ab omnibus, quos ipſorum malitia **VI.** **Extinguitur ſcelerato vitæ genere.**

contra ſe fore, quo ſeſe geſſit contra alios. v. c. Algirienſes, Tripolitani & Tunitani, ſceleris cauſa ſociati. (3. Perperam Hobbeſius, omnes in ſtatu naturali viventes præſumit malos: nam quia probitas hominum externa in omiſſione delictorum conſiſtit, merito ea etiam in Regibus præſumitur, donec contrarium per facta probetur. Interna autem hominis bonitas in quovis homine natura corrupto deſideratur.

Digitized by Google

litia ullo modo poteſt tangere. Reparare tamen hi exiſtimationem poſſunt, ubi præſtita refuſione damni, aut obtenta condonatione; honeſtum vitæ genus, vitioſo ejurato, ſubierint.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 5.

VII. Simplex in civitate quæ? EXISTIMATIO SIMPLEX INTRA CIVITATES DEGENTIUM eſt, qua quis juxta leges & mores civitatis pro vitioſo ejusdem membro non fuit declaratus, & aliquo *civium* numero eſſe intelligitur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 6.

VIII. Ea deſicit vel ex mero ſtatu. Iſthæc in civitate DEFICIT vel EX MERO STATU, vel EX DELICTO. Prius contingit DUPLI-

§. VII. Exiſtimatio ſimplex in Civitate iisdem innititur fundamentis, quibus in ſtatu naturali, niſi quod ſimul ad leges civiles reſpici debet; qui enim contra has nihil commiſit, nec ſtatum iis improbatum elegit, integræ exiſtimationis eſſe cenſetur. Hinc Cl. Thomaſius d. diſſ. exiſtimationem in moralem & Politicam bene diſtinguit, aliamque in Monarchiis, aliam in Democratiis reperiri exemplis probat. Cl. Beyer *Them. Exerc.* VII. *n.* I. exiſtimationem naturalem cum valore monetæ interno, civilem cum externo, qui variat in ſingulis civitatibus, comparavit. Quantum hac in parte inſtituta gentium diſcrepent, vel unus Nepos *in præfat.* & in *Epaminond. c.* 2. monſtravit. Calliſtratus idcirco in *l.* 5. §. I. *D. de Extr. Cogn* exiſtimationem recte definit, quod ſit *dignitatis illæſæ ſtatus, legibus & moribus comprobatus.*

§. VIII. Servi loco exiſtimationis pretium habebant, uti de rebus diximus, & Romæ brutis æquiparabantur; per ſe autem minime erant turpes, ſed magis commiſeratione digni. Liberi autem homines in hoc §. viles magis, quam infames deſcribuntur, ut tamen vilitatis ſui ſint gradus. (1) enim levis notæ macula, ut vulgo dicitur, laborant ſpurii, inceſtuoſi, & adulterini, ob infe-

Digitized by Google

PLICI modo; vel ut ſtatus ille in ſe naturaliter nihil turpe habeat; vel ut cum vitio, aut ſaltem ejus opinione ſit conjunctus. Illud contingit in quibusdam civitatibus, ubi ſervi nullo numero ſunt. Hoc circa lenones, meretrices, & ſimiles obtinet; qui qvamdiu publice tolerantur in civitate, communi quidem defenſione fruuntur, honeſtorum tamen hominum conſortio excludendi. Quod idem contingit quibusdam circa fœda aut vilia, licet naturaliter non vitioſa, occupatis.

*dict.* §. 6.

Ex delicto autem eadem plane deficit, quando quis juxta leges civiles ob certum delictum INFAMIA notatur; idque ut vel morte ſimul plectatur, & ſic memoria ejus notetur, vel ut ci- IX. Vel ex delicto per notam infamiæ

infelicem nativitatem, vid. Deuter. XXIII. vſ. 2. *l.* 27. *C. de inoffic. teſt.* & Theoph. Schol. *ad* §. 1. *J. eodem*, (2) ob ſordidum vitæ genus averſamur carnificem; qui Romæ extra portam habitabat, Athenis accola aggeris erat, apud Rhodios urbem intrare non audebat: nam licet juſtitiæ eſſet miniſter, nec faceret quicquam inhoneſti & vetiti, horror tamen vulgo ſic injiciendus erat, ut metus & odium ſuppliciorum magis augeretur. (3) Propter delictum, quod in civitate toleratur, lenones & meretrices proprie non ſunt infames, conſumitur vero exiſtimatio, & majore macula laborant, quam priores, quia communis ſunt pernicies adoleſcentum, vid. Terentius in Adelphis act. 2. *ſcen.* 1. Pollux *Onomaſt.* *l.* 6. *c.* 31.

§. IX. Ex delictis, quæ non tolerantur, vera ſequitur infamia, eaque vel privat exiſtimatione mera, & naturalis, vel *facti* infamia vocatur; quia multa virorum gravium, & bonorum judicio, in republica relinquenda ſunt, eoque notæ Cenſorum Romæ pertinebant, Cicero *pro Cluentio c.* 42. 43. hodie *liederlyke Menſchen* appellamus. (2) Alia autem eſt macula *juris* poſitiva, quæ vel ipſo jure in deli-

civitate expellatur; vel ut in civitate retineatur tanquam infame & putridum membrum.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 7.

X. Naturalis honeſtas, arbitrio imperantis non ſubeſt.

Id autem manifeſtum eſt, exiſtimationem ſimplicem, ſeu NATURALEM HONESTATEM NON POSSE ALICUI ERIPI EX MERO ARBITRIO ſummorum imperantium. Cum id nullo modo ad utilitatem civitatis facere, adeoque in ipſos nullo modo collatum intelligi poſſit. Sicuti nec vera infamia videtur contrahi poſſe, dum quis jus civitatis per modum nudi miniſtri exſequitur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 8. 9.

XI. Exiſtimatio intenſiva, itemque honor.

EXISTIMATIO INTENSIVA eſt, ſecundum quam

delictis manifeſtis, vel prævia ſententia, in occultis & dubiis, inuritur, nec vitæ emendatione elui poteſt. Atque in hac infligenda Romani fuerunt faciliores, quam populi hodierni; uti ex actione injuriarum, depoſiti, tutelæ &c. liquet. v. Huber *Eunom. ad l.* 1. *D. de his qui not.*

§. X. Delictum contra leges naturales, & civiles commiſſum, unice operatur infamiam, eaque ſine ulla cauſa ab imperante inuri non poteſt; quia tanta poteſtas ei non eſt conceſſa, nec fieri poteſt, ut ſine ſcelere aliquis ſceleſtus evadat. *Quanta dementia eſt vereri, ne infameris, ab infamibus?* ait Seneca epiſt. 92. (2) Externa autem integræ famæ emolumenta per tyrannidem inſonti, fuſtibus cæſo vel in exilium acto, adimi poſſunt, ut tamen probata innocentia ceſſet effectus (3) Qui ad duellum provocatus non prodit, vel in ludo perditum non ſolvit, aut injuria laceſſitus gladio ſe non defendit, quique injuſte quæſtioni ſubjectus haud eſt infamis (4) De miniſtro ſceleris repete diſtinctionem ſupra ad *c.* 12. §. 9.

§. XI. Exiſtimatio intenſiva eſt valor hominis propter præſtantiam vel dignitatem competens, vi cujus unus alii præferri debet. [2. Titius eam diſtingnit in *ab-*

*ſo-*

Digitized by Google

dum quam perſonæ, alias quoad exiſtimationem ſimplicem æquales, ſibi invicem præferuntur, prout uni præ altero inſunt, queis aliorum animi ad exhibendum honorem permoveri ſolent. Eſt autem HONOR proprie ſignificatio judicii noſtri de alterius præſtantia.

tio intenſiva, itemque honor.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4 §. 11.

XII. Varia ad ejus intelligentiam notanda.

Hæc exiſtimatio intenſiva conſiderari poteſt vel INTER EOS, QUI IN NATURALI VIVUNT LIBERTATE, vel INTER CIVES EJUSDEM REIPUBLICÆ. Deinde expendenda ſunt ejuſdem FUNDAMENTA, & quidem prout producunt vel APTITUDINEM duntaxat ad honorem ab aliis exſpectandum, vel jus STRICTE DICTUM, quo idem ab aliis tanquam debitus poſtulari queat.

*dict.* §. 11.

XIII. Fundamenta intenſivæ exiſtimationis quæ?

FUNDAMENTA INTENSIVÆ EXISTIMATIONIS in genere cenſentur omnia illa, quæ inſignem perfectionem & præſtantiam habent, aut eandem judicantur arguere, & quidem talem, cujus effectus cum fine legis naturalis aut civitatum



*ſolutam*, quæ abſtrahit a ſtatu naturali vel civili, & in virtutis agnitione conſiſtit: & *hypotheticam*, ſeu civilem, quæ ex pacto vel lege orta reſpicit ſtatum naturalem vel civilem, & externos in vita civili effectus producit. Sed vid. Cl. Carmichael *h.* §. 13. Nemo præter Quakeros dubitat, honores inæquales a rectoribus civitatum inſtitui poſſe & debere, eosque a contemtu vindicari poſſe. Licet homines vere virtuoſi, de honore ſibi exhibendo, non valde ſint ſoliciti, cum ille ultro virtutem, velut umbra corpus, comitetur.

§. XIII. Præſtantia illa non omnis eodem loco eſt habenda: alia enim *vera* eſt, alia *falſa*, alia *indifferens*. Veræ exempla locat Auctor in exercitio virtutum moralium & dotibus ingenii; modo illæ ad bonum finem adhibeantur. (2. Falſa cernitur in ſtrenuis potatoribus, ſacculariis &c. qui inter ſuos tan-

tum congruit. Uti ſunt perſpicacia mentis, & capacitas varias ſcientias & artes addiſcendi, acre judicium in rebus gerendis, animus firmus & per externa inconcuſſus, illecebriſque ac terroribus ſuperior, eloquentia, forma & dexteritas corporis, bona fortunæ, & inprimis res egregie geſtæ.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 21.

XIV. Jus imperfectum & perfectum ad honorem.

Hæc tamen omnia non producunt NISI JUS IMPERFECTUM ſeu aptitudinem ad habendum ab aliis honorem & venerationem. Unde ſi quis eundem aliis etiam bene meritis denegaverit, non injuriam facit, ſed duntaxat ob inhumanitatem & velut incivilitatem male audit. Sed jus PERFECTUM ad habendum ab altero honorem, aut ejus inſignia, provenit vel ex imperio, quod quis in iſtum obtinet; vel ex pacto cum eodem ea ſuper re inito; vel ex lege per communem dominum lata aut approbata.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 13, 14.

XV. Jus ad

INTER PRINCIPES autem & integros populos

tantum laudem habent. [3. Indifferens in bonis corporis & fortunæ, v. c. in pulchritudine, juventute, ſenecta viridi, vel divitiis conſiſtit, quæ malorum æque ac bonorum inſtrumenta eſſe poſſunt.

§. XIV. Ex dotibus animi vel corporis moralis exiſtimatio & aptitudo intenditur, non tamen illæ pariunt jus ad honores perfectum; quia alii eadem vel majora fundamenta urgere poſſunt, & ipſa virtus, non indiga laudis divitiiſque ſuis contenta, ſtudet humilitati; uti Claudianus, in *conſul. Mallii*, cecinit, quinimo omnis agnitio exiſtimationis voluntaria eſſe debet, nec cogi poteſt.

§. XV. Omnes in ſtatu naturali ſunt æquales, niſi pactum expreſſum vel tacitum refragetur. Hinc Reges ſe invicem *fratres* appellarunt,

los pro eminentia & Præcedentia ſolet allegari potiſſimum antiquitas regni & familiæ; amplitudo & opulentia ditionum, & potentia; qualitas poteſtatis, qua quis imperium in ſuo regno obtinet, & ſplendor tituli. Quæ tamen omnia per ſe non pariunt jus perfectum ad præcedentiam adverſus alios Reges populoſve, niſi pacto aut conceſſione horum iſtud quæſitum fuerit. præcedentiam inter principes unde ?

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 15-22.

XVI. Gradus dignitatis civilis deſignandi a ſummo imperante.

Inter cives autem Gradus Dignitatis designare summi imperantis eſt; qui tamen heic recte cujusque præſtantiam, & ad conferenda in remp. merita aptitudinem reſpicit. Quem autem iſte civi dignitatis gradum aſſi-



runt olim, & nunc appellant, licet non ſint conſanguinei 1 *Reg.* xx. *vſ.* 31. Ammian. Marcellin. *l.* XVII. *c.* 5. ibique Valeſius in notis, ut & Mabillon *lib.* II. *de re dipl.* *c.* 2. *n.* 15. (2. Male Hobbeſius in *Leviath.* *c.* 20. potentiam nocendi perfectum venditat fundamentum præcedentiæ, cui etiam Furſtenerius ſuprematum, & Lynckerus potentatum ſuperſtruxit. Enimvero in praxi multum momenti habet multitudo legionum, quæ etiam ſuadet, ut honos potenti exhibeatur: minime vero eſt juſta cauſa honorem poſtulandi; quia potentia terrorem injicit, terror odium generat, & ab aliis ſœpe idem, ab aliis major, a Diabolo maximus injici, ab hoſtibus item eripi poteſt. Affectibus certe internis aliorum Principum movendis non eſt idoneus. (3. Quid de antiquitate regni vel familiæ, de ſplendore titulorum & modo regnum habendi dicendum ſit, Auctor Op. Maj. *l.* VIII. *c.* 4. §. 13. Jac. Gothofr. *de jure præced.* & Zwanzig. *theatr. præced.* excuſſerunt.

§. XVI. In civitate imperantis exiſtimatio eſt tanta, quantam reſpublica ei dedit, vel ipſe, pro abſoluto, quod habet imperio, ut paterfamilias domeſticis ſuis, præſcripſit. Subditorum autem dignitas a lege, pacto, & voluntate imperantis pendet, qui quidem bene meritis tan-

aſſignaverit, eum recte hic contra concives ſuos tuetur, nec minus eodem ipſe adquieſcere debet.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 4. §. 23-32.

tantum & probis exiſtimationem intendere debebat, verum quidam inſignia virtutis ſine virtute conſequuntur. Fato Metelli Romæ fiunt conſules.

# CAPUT XV.

## *De Poteſtate Summi Imperii in Bona Civitate contenta.*

SUMMARIA.

I. *Jus imperantis* 1. *in bona civium triplex:*
II. (α) *leges ferendi de eorum uſu,*
III. (β) *tributa eis imponendi,*
IV. (γ) *dominium eminens.*
V. 2. *in fiſcum & ærarium.*
VI. 3. *in rempublicam alienandam.*

Add. GROT. J. B. & P. *l.* 1. *c.* 1. §. 6. *l.* 2. *c.* 14. §. 7. *l.* 3. *c.* 1. §. 15. *c.* 19. §. 7.

I. Jus imperantis 1. in bona civium triplex: QUEMADMODUM ubi Bona abs ſummis imperantibus in cives profecta ſunt, in iſtorum arbitrio eſt, quid hi in ea juris obtineant: ita in ea bona, quæ cives propria ſibi

§. I. Poteſt quidem evenire, ut proprietas bonorum, quæ a ſubditis poſſidentur, ſit reipublicæ; ſi v. gr. victor bona in ſubditos, vi ſubactos, vel in novos colonos diſtribuit: reſervata ſibi proprietate: uti Romani in provinciis ſolebant: vel ſi privati res ſuas imperanti offerunt, uti Ægyptii tempore famis, Geneſ. XLVII. *vſ.* 13. *ſeqq.* & in herilibus rebuspublicis Aſiaticis & Africanis,

ſibi induſtria, aut alio modo plene quæſiverunt, TRIPLEX potiſſimum Jus, ex indole civitatum reſultans, & ad harum finem neceſſarium, ſummis imperantibus competit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 5. §. 1-3.

Primum jus in eo conſiſtit, ut civibus iſti II.
poſſint LEGES PRÆSCRIBERE circa uſum eorundem ad utilitatem civitatis adtemperandum; aut circa modum qualitatemque poſſeſſionum;

*a* Leges ferendi circa eorum uſum;



nis, in regno Magni Mogolis, regno Siamenſi & Imperio Habeſſiniorum: id quod Auctor *l.* VIII. *Op. Maj. c.* 5. §. 1. ibique Hertius multis teſtimoniis firmarunt. (2. In civilibus autem rebuspublicis rarius eſt, quod Hobbeſius *de cive c.* VI. §. 15. nimis large Monarchiis tribuit, ut bona ſubjectorum peculii profectitii naturam referant: quia dominia privata ſegregum familiarum, antiquiora ſunt civitate, neque illas coëuntes juri ſuo renunciaſſe eſt veriſimile. Dominium ergo rerum ad ſingulos, poteſtas & imperium ad Principes pertinet, ut Seneca ait *lib.* VII. *de benef. c.* 4. (3. Ita quoque accipi debet, quod Theophilus in §. 7. *Inſt. de jure nat.* ſcripſit: Principem, non modo fortunarum noſtrarum, ſed etiam corporum noſtrorum dominum eſſe; quaſi diceret, ſi Principi, ex unione virium, jus competit in civium vitam, ſi id urgeat neceſſitas, quanto magis in eorum bona. Ambroſius Epiſt. 14. *Imperatorem jure ſuo uti, quod in poteſtate ejus eſſent omnia.* Iſocrates ad Nicoclem: *Bona omnia urbem inhabitantium ad Reges pertinent bene imperantes.* [4. Ne quidem in magna illa gentium migratione, ubi multitudo quædam, ſub auſpiciis ducis ſui, magnos terrarum tractus occupavit, dici poteſt, dominium agrorum, mox diſtributorum, Regis manſiſſe: neque Saxones, a Francis ſubacti, proprietatem rerum ſuarum, niſi ſub conditione defectionis, Regi permiſerunt. Annal. Fuld. *A.* 737. [5. Pleraque autem, in ſingulos non diviſa, communiter reip. ceſſiſſe credendum eſt, cujus caput vaſallos ſuos fideles iterum de iis inveſtit. v. ſupra *ad cap.* XII. §. 6.

• §. II. Imperium civile uſum bonorum moderatur, dum modos acquirendi, conſervandi, vel amittendi dominii, & diſponendi licentiam, inter vivos vel mortis cauſa, circumſcribit;

uti & rationem transferendorum in alios bonorum, & quæ ſunt ejus generis alia.

*diſſ.* §. 3.

III. Decerpendi de eis vectigalia & tributa. Alterum jus in hoc conſiſtit, ut poſſit particulam aliquam de ipſorum bonis TRIBUTI aut VECTIGALIS nomine decerpere. Cum enim civium vita & fortunæ per civitatem ſint defendendæ, oportet ut hi conferant, unde ſumtus ad eum finem neceſſarii tolerentur. Sic ut valde impudens ſit, qui defenſione quidem & commoditate civitatis frui vult, & tamen nihil operæ aut rei ad eandem ſervandam conferre. Etſi heic merito prudentes ſeſe Rectores ad querulum vulgi ingenium adtemperent, & ut quam minimo cum ſenſu iſta corrogari queant, laborent; inprimis æqualitatem obſervando: & modica potius, ac varia, quam grandia ac uniformia exigendo.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 5. §. 4. 6.

ma-

commercia dirigit, inſtituit nundinas, pretia rerum, pondera & menſuras definit; modum ponit poſſeſſioni agrorum, vel donationi, aut legibus ſumtuariis ſubditos ad frugalitatem & parſimoniam voçat; cujus rei exempla in jure prodigorum, aleatorum & foro cedentium, in jure Romano, occurrunt. Eoque lex Cincia de donis & muneribus pertinuit. Intereſt enim reip. ne quis re ſua male utatur §, 2. *Inſt. de his qui ſunt ſui.*

§. III. Tributa a ſubditis vi imperii, & virium unitarum conferenda ſunt, ut miles adverſus hoſtium incurſus alatur: Vectigalia vero & a civibus, & a tranſeuntibus, ob ſecuritatem viarum, & commoditatem fluminum, vel ob libertatem commerciorum exiguntur. Cicero lib. III. *ep.* 8. *Optime meritis militibus promiſſa ſolvantur, quod ſine tributo fieri poſſe non arbitror.* Theoph. ad §. 40. *Inſt. de rer. div.* tributa ideo indici ait, a Principe, *quod is magnos alendis exercitibus ſumtus faceret.* Auguſtinus

con-

Tertium jus eſt DOMINIUM EMINENS, quod in eo conſiſtit, ut urgente reip. neceſſitate bona ſubditi cujuſpiam, quibus præſens tempus maxime opus habet, ad uſus publicos arripi & adplicari queant; licet iſta longe ſuperent ratam partem, quam is ad ſumtus reip. conferre tenebatur. Ob quam tamen rationem iſti civi, quod excedit, de publico, aut ex collatione cæterorum civium, quantum ejus fieri poteſt, refundi debet.

IV.
γ Caſu neceſſitatis ad uſus publicos applicandi, ſive dominium eminens.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 5. §. 7.



contra Fauſtum: *Ad hoc enim tributa præſtantur, ut propter bella neceſſario militi ſtipendia præbeantur.* (2. Vi imperii quoque bona caduca patrimonio publico addicuntur, alia ab indignis fiſco vindicantur, vel de bonis emigrantium portio aliqua detrahitur; tum quia illa cataſtro eximuntur, cui jus erat quæſitum: tum etiam in grati animi ſignificationem, quod bona in illa civitate acquiſita fuerunt.

§. IV. Dominium illud eminens re ipſa agnoſcunt Zieglerus, Feldenus & Leyſerus, ſed vocabulum, tanquam nimis ambitioſum, damnant, quaſi Principi facultatem graſſandi in bona ſubditorum permittat. Sed nobis perinde eſt, imperium, an dominium eminens, cum Grotio appelles, qui hujus appellationis primus eſt auctor *l.* 1. *de J. B. & P. c.* 1. §. 6. *l.* II. *c.* 14. §. 7. & *l.* III. *c.* 20. §. 7. (2. Fundamentum ejus eſt, quod reſpublica unam perſonam & commune quaſi patrimonium refert, quapropter omnes viribus communibus communem utilitatem promovere debent. (3. Dividi poteſt in *ordinarium* & *extraordinarum*: illius exempla vidimus in §. 2. & 3. Extraordinarium autem, tempore neceſſitatis, quæ legem non habet, in urbibus v. gr. muniendis, vel defendendis obtinet, & ſatis juſtum eſt, ſi cancellis ſequentibus circumſcribatur: ut α. non niſi ob neceſſitatem publicam, vel utilitatem civitatis evidentem exerceatur. β Ceſſante neceſſitate ceſſet; & γ damnum uni civium illatum a ceteris reſarciatur. (4. Minime vero is ſenſus eſt, quaſi Principi liceat absque

cauſa

V.
2. Jus principis in fiſcum atque ærarium.

Præter hæc tria jura in multis civitatibus dantur peculiaria Bona publica, quæ patrimonium reip. aut regni ſolent appellari. Quod alicubi iterum diſtinguitur in Patrimonium Principatus, & Reipublicæ, ſeu in Fiſcum, & Ærarium. Quorum prius deſtinatum eſt ad ſuſtentationem Regis, ejusque familiæ: poſterius ad publicas utilitates regni. Circa prius Rex habet uſumfructum, & de fructibus inde provenientibus pro ſuo arbitrio diſponere poteſt. Circa poſterius autem adminiſtratoris munus obit, idemque uſibus, quibus deſtinatum eſt, adplicare debet. Neutrum niſi conſenſu populi alienare poteſt.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 5. §. 8.

Mul-

cauſa aliquem ſpoliare, vel cum alterius detrimento quicquam alteri largiri; id quod etiam leges Romanæ vetant *l.* 2. §. 10. & 16. *D. ne quid in loc. publ. l. pen. & ult. D. de nat. reſt. l.* 3. *C. de reſc. vend. l.* 3. *C. unde vi* (5. Scripta eriſtica, huc pertinentia, Cl. Buddeus in *hiſt. jur. nat.* §. 53. recenſuit. V. Bœcleri diſſ. *de dom. emin.* Cl. Gribnerus *princ. Jurispr. nat. l.* 11. *c.* 4. & Rad. Forn. *lib.* v. *rer. quot. c.* 26.

§. V. Alia ſunt bona Principis (1. *Patrimonialia*, in quibus is exemplo privatorum, dominium vel aliud jus in re habet. (2. *Domanialia*, quorum proprietas eſt populi, uſusfructus Principis: qualia apud Gallos multis privilegiis lege regni ſunt munita, quæ ad bona Principum cameralia, aut ad menſalia Epiſcoporum haud tuto applicari poſſunt. (3. *Fiſcalia*, quæ pleno jure Principi ad tuendam dignitatem & aulam ſplendide ſuſtentandam ſunt conceſſa: eoque pertinent ἀδέσποτα; quæcunque enim in territorio reperiuntur, nec actu a privatis ſunt occupata, univerſæ civitati relicta cenſentur. (4. Ærarii dominium directum & utile apud populum; imperium apud Principem eſt. Plinius in Paneg. *c.* 36. *At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes: immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Dicitur acto-*

*ri*

Multo minus autem, qui regnum non habet in patrimonio, totum regnum, aut ejus partem ALIENARE poteſt, niſi accedat conſenſus populi, & poſteriore caſu, etiam peculiariter conſenſus partis alienandæ. Sicuti nec vice verſa membrum aliquod a civitate invita ſeſe abrumpere poteſt, niſi per vim externorum hoſtium in eam ſit redactum conditionem, ut aliter nullo modo ſalvum eſſe queat.

VI. 3. In remp. totam, vel ex parte alienandam.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 5. §. 9-11.

*ri atque etiam procuratori tuo: In jus veni, ambula ad tribunal.*

§. VI. Regulariter cives ita nomen civitati dediſſe cenſendi ſunt, ut libera ſit facultas emigrandi, *& de ſua cuique civitate ſtatuendi*, *l.* 12. §. 9. *D. de capt. & poſtl.* modo (1. non diſcedant gregatim, magnis catervis. [2. Leges non prohibeant, uti olim apud Argivos, Ovidius lib. 11. Met. *vſ.* 38. *prohibent diſcedere leges, pœnaque mors poſita eſt, patriam mutare volenti.* & hodie apud Ruſſos, Thuan. *l.* 21. (3. Non interſit civitatis, ſi v. gr. fiducia multitudinis bellum eſt ſuſceptum, vel magnum æs alienum contractum: quia ne quidem ſocietati mercatoriæ intempeſtive renunciare licet. vid. Grot. *lib.* 11. *c.* 5. §. 24.



Digitized by Google

# CAPUT XVI.

## *De Bello & Pace.*

### SUMMARIA.

I. *Bellum neceſſarium prudenter movendum,*
II. *ob cauſas juſtas, tam in bello defenſivo, quam offenſivo.*
III. *tentata prius amica via.*
IV. *Cauſæ belli injuſtæ.*
V. *In bello dolus licitus,*
VI. *Itemque vis, quæ tamen moderanda.*
VII. *Bellum aliud ſolenne, aliud minus ſolenne.*
VIII. *Jus belli competit ſummo imperanti,*
IX. *interdum ex privata injuria.*
X. *Repreſſaliæ.*
XI. *Bellum pro altero quando geri poſſit.*
XII. *Licentia in bello quanta.*
XIII. *Res bello captæ cui cedant?*
XIV. *Imperium bello quæſitum qui fiat legitimum?*
XV. *Bellum ſuſpenditur induciis,*
XVI. *quæ vigent, vel retento vel diſſoluto belli apparatu:*
XVII. *finitur.*

GROT. d. J. B. & P. *l.* 1. *c.* 2. & 3. *l.* 2. & *l.* 3. *paſſim.*

I. Bellum & juſtum & prudens eſſe debet.

QUANQUAM id legi naturali maxime ſit conveniens, ut homines Pacem invicem agitent, ultro ea præſtando, quæ debebant; imo pax ipſa ſit ſtatus homini, quatenus

§. I. Bellum eſt ſtatus præternaturalis, & felicitati humani generis inimicus, quæ in pace conſiſtit, ad quam colendam Deus hominem idoneum creavit, quicquid Hobbeſius philoſophetur, & homines, ut meros centauros nobis depingat. (2. *Permittitur* bellum, tanquam remedium contra malitiam extraordinarium, non vero *præcipitur*: quæque de jure defenſionis, & moderamine in-

mus a brutis diſtinguitur, peculiaris: aliquando tamen ipſi quoque homini Bellum fit licitum, & quandoque neceſſarium, quando nempe per alterius malitiam noſtra ſervare, aut jure noſtro potiri citra vim adhibitam nequimus. In quo ipſo tamen prudentia, & humanitas ſuadet, ut ne ad arma eamus, ubi ex injuriarum noſtrarum perſecutione plus mali in nos noſtrosque, quam boni ſit redundaturum.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 1-3.

II. Belli defenſivi & offenſivi juſtæ cauſæ.

JUSTÆ CAUSÆ, ob quas bellum ſuſcipi poſſit, huc redeunt, ut nos & noſtra ſervemus ac tueamur contra injuſtam aliorum invaſionem, aut ut quæ nobis debita ab aliis exhiberi renuuntur, aſſeramus, aut injuriæ jam illatæ reparationem & cautionem in poſterum obtineamus. Ob

inculpatæ tutelæ ſupra diximus, in ſtatu naturali obtinere, hic etiam ſunt obſervanda. (3. Eraſmus, in *milite Chriſtiano*, & ad adagium, *Dulce bellum inexpertis*, Chriſtianis arma interdicit, ſed ut Grotius in *proleg.* §. 29. arbitratur, eo conſilio, quo ſolemus in alteram partem flectere, quæ in unam exierunt. Bellum quidem belluinum eſt, at ubi pax haberi non poteſt, omnis ratio honeſta eſt expediendæ ſalutis. Hinc ipſe Deus bella geri juſſit, & niſi hanc permiſſionem aſſeramus, injuſtus invaſor impune quemvis aggredi, ſuasque res feliciter gerere poſſet. (4. Cicero bellum appellat certationem per vim. Grotius ſtatum per vim certantium, qua tales ſunt. Alb. Gentilis *l.* 1. *de jure belli c.* 2. juſtam publicorum armorum contentionem definivit. Poſſet etiam dici, ſtatus ſummarum poteſtatum de jure controverſo per vim certantium.

§. II. Juſtum bellum dicitur (1. intuitu gerentis, qui jus armorum habet, & excludit latrones. (2. Reſpectu modi, quo geritur, & dividi poteſt in defenſivum & offenſivum (3. Ratione cauſæ. Hæc vero unica eſt defenſio adverſus injuriam, ſive per illam jus nobis perfecte competens negetur, ſive malum

Ob priorem cauſam quod geritur BELLUM DEFENSIVUM: quod ob poſteriores, OFFENSIVUM dicitur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 3-4.

III. Prius ſemper tentanda via amicitiæ.

Neque tamen confeſtim, ubi quis ſeſe læſum arbitratur, ad arma eſt decurrendum, inprimis ubi adhuc dubii aliquid circa jus aut factum occurrit: ſed tentandum, num AMICA VIA res poſſit componi; puta, colloquio inter partes inſtituto, provocatione ad arbitros facta, aut re ſorti commiſſa. Præcipue autem hæc via tentanda illi qui petit; quippe cum poſſeſſionem cum aliquo titulo favor utique comitetur.

*dict.* §. 4.

IV. Injuſtæ belli cauſæ quæ & quales?

INJUSTÆ porro bellorum CAUSÆ, vel APERTE tales ſunt, vel COLOREM aliquem licet dilu-

lum aliquod inferatur: eoque ſenſu bellum offenſivum non datur; quia neminem jure naturali offendere licet. *Illa bella injuſta ſunt, quæ ſunt ſine cauſa ſuſcepta,* ait Cicero *lib.* III. *de rep.*

§. III. Dubium, in bellis ſuſcipiendis, oriri ſolet, vel ex ignorantia facti, vel ex obſcura interpretatione juris ſtricti, vel ex illiquida proportione utilitatum, quas ex bello ſuſcepto vel intermiſſo ſperare liceat, uti Cl. Treuer bene obſervavit. [2. Atque his in caſibus non modo honeſtius, ſed etiam tutius eſt, tres vias molliores ex Grotio *l.* II. *c.* 23. §. 7. *ſeqq.* allatas amplecti; licet manifeſto læſus viam amicabilem ingredi non teneatur; quia ſub petito colloquio ſæpe inſidiæ latent, & via compromiſſi a potentioribus plerumque ſpernitur. (3. Non etiam convenit regulis prudentiæ conſilium Grotii *d. l.* §. 8. de univerſali tribunali conſtituendo, quod inter moraliter impoſſibilia eſt referendum. Simile fœdus Henricus IV. molitus eſſe dicitur, in *memoires du Duc de Sully t.* 2. *pag.* 413. ſed alii cum Victorio Siri de eo dubitant.

§. IV. Diſtinguendum eſt (1. inter cauſas belli juſtificas, qui-

lutum admittunt. Illæ ad duo potiſſimum capita referuntur, avaritiam & ambitionem, ſeu habendi, & dominandi libidinem. Hæ variæ ſunt; puta, metus ex opibus & potentia vicini, utilitas jure deſtituta, amor ſedes meliores parandi, denegatio eorum, quæ ex ſimplici aliqua virtute debebantur, ſtoliditas poſſeſſoris, cupido extinguendi jus alterius legitime quæſitum, quod nobis paulo moleſtius videtur: & ſimilia.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 5.

V. Dolus absque perfidia, in bello licitus.

Etſi autem modus agendi in bello maxime proprius ſit vis & terror non minus tamen adverſus hoſtem fraude ac dolo uti licet, modo fides data non lædatur. Inde hoſtem licet decipere ſermone aſſertivo, ſeu per fictas narrationes; nequaquam autem per promiſſa aut pacta.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 6.

Cir-

quibus belli juſtitiam in publicis manifeſtis peroramus, & ſuaſorias. (2. A cauſis ſeparandi ſunt colores, ſeu prætextus, quos vocat Suet. *l.* 1. *c.* 30. (3. Alia ſunt belli principia, ſeu primi partium conflictus, etſi hæc ſæpe confundantur. v. Grot. *l.* 11. *c.* 1. §. 1. & *c.* 22. §. 1. Metum ſane ex potentia vicini tunc demum inter cauſas agnoſcimus, ſi mediis injuſtis potentia augeatur, alias a poſſe ad eſſe non valet conſequentia, & argumenta diſſentientium eo redeunt, licere opem ferre Principi, a potentiore invaſo, quod extra controverſiam eſt poſitum. Idem de utilitate jure deſtituta, & conſilio novas quærendi ſedes, eſto judicium.

§. V. Hoſtis illimitatum nocendi habet propoſitum, & vincula ſocietatis abrupit, ergo non modo vi aperta, ſed & dolo, & ſtratagematibus in ſermone aſſerente, non vero in promittente, lædi poteſt, ut pax obtineatur.

Vir-

Digitized by Google

VI. Viin bello adhibendum moderamen.

Circa vim. quæ in bello adhibetur adverſus hoſtem ejusque res, diſtinguendum eſt inter id, QUOD HOSTIS SINE INJURIA PATI POTEST, & QUOD IPSI SALVA HUMANITATE NOS INFERRE POSSUMUS. Qui enim hoſtem ſeſe mihi declaravit, cum in hoc ipſo ſit profeſſio extrema mala mihi intentandi, eo ipſo quoque quantum in ſe mihi indulget facultatem adverſus ſe in infinitum. Humanitas tamen jubet, ut quantum armorum impetus patitur, non plus mali hoſti inferamus, quam defenſio aut juris noſtri vindicatio, & in poſterum ſecuritas requirit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 7.

VII. Bellum ſolenne, minus ſolenne.

Solet bellum dividi in SOLENNE & MINUS SOLENNE. Ad illud requiritur, tum ut geratur auctore utrinque eo, qui ſummum habet im-

Virgil. *l.* II. *Æneid vſ.* 390. *Dolus an virtus quis in hoſte requirat.* Plene hoc argumentum Grotius tractat *l.* III. *c.* I. §. 6. 17. & 18. Diſſentienti autem Ameſio ſatisfeci, in diſſert. *X. de dolo bono c.* 2. §. 2.

§. VI. Late Grotius *l.* III. *à c.* 4. *ad cap.* 8. explicavit, quid jus belli ſtrictum in hoſtem permittat; vaſtando, eripiendo, occidendo, & in ſervitutem redigendo: neque enim mala belli magis, quam vulnera ad menſuram infligi poſſunt: neque dux militem ita, ac judex lictorem, cohibere poteſt: & ſufficit præcepta humanitatis, & regulam, de non lædendis aliis inter hoſtes ceſſare: denique licita eſſe media omnia, quibus ad finem belli, id eſt ad pacem venitur. Quod ſi autem hoſtis fractus eſt: temperamentis opus eſt, inter meros etiam gladios decorum bellicum, *la raiſon de guerre* obſervari debet: de quibus rurſus Grotius *lib.* III. *à cap.* XI. *ad* XVI

§. VII. Grotii hæc doctrina *l.* III. *c.* 3. ex regulis decori & prudentiæ eſt petita, quamvis Thomaſ. ad Hub. *de jure civit. l.* 3. *ſect.* 4. *c.* 4. *n.* 27. exiſtimet, hunc morem Romanum, quo bella injuſta tegebant, alias gentes non obligare, nec belli effectus ceſſare, ſi indictio fuerit omiſſa. v. Serv. ad

Digitized by Google

imperium, tum ut præceſſerit indictio. Minus ſolenne eſt, quod denunciatum non eſt, aut quod in privatos geritur. Quo etiam pertinent bella civilia.

J. N. & G. l. 8. c. 6. §. 9-15.

VIII. Jus bellum movendi penes imperantem eſt.

Jus bellum movendi in civitate, uti eſt penes eum, qui ſummum habet imperium; ita iſtud uſurpare citra delegatam ab illo facultatem ſupra menſuram magiſtratus eſt, etiam ubi hic conjicit, ſummæ poteſtati, ſi conſuleretur, placiturum hcic & nunc bellum geri. Etſi omnibus, qui alicui provinciæ aut loco munito, cum copiis militaribus præficiuntur, ex fine muneris ſui id quoque injunctum intelligatur, ingruentem hoſtem quovis modo a locis ſibi commiſſis repellere: ut tamen non temere bellum in ditionem hoſtilem transferat.

J. N. & G. l. 8. c. 6. §. 10, 11.

Cæ-

ad Virg. *lib.* IX. *Æneid. vſ.* 53. Briſſon. *de form. p.* 343. (2. Plane ſi ſatis conſtat, partem adverſam, quæ noſtra tenet, ea reſtituere nolle, fruſtra denunciatio requiritur, quia ejus non alius foret fructus, quam ut is bellum parandi ſpatium nanciſcatur. (3. Alias vero uti nemo vir honeſtus civem non admonitum in jus rapit, ita Imperans male morati notam incurret, qui bellum offenſivum ſuſcipiat, ſine ſpatio deliberandi conceſſo, an adverſarius cedere, an contendere malit. vid. Bœclerus *de manifeſtis & clarigatione*, & Ziegl. ad Grot. *l.* III. *c.* 3.

§. VIII. Ne incidamus in logomachiam, diſtinguenda ſunt ſequentia (1. in ſtatu naturali quilibet ſeſe defendere poteſt. (2. in civili jus belli in ſummam poteſtatem eſt collatum, in quantum ſecuritas civitatis id poſtulat; eumque in finem jus arma parandi, militiam conſcribendi, jus ſequelæ, metatorum, præſidii, & fortalitii ei eſt conceſſum, (3. Præſides & magiſtratus vim tantum arcere, non autem inferre poſſunt, licet juſtam cau-

IX. Quæ privata injuria fundet juſtum bellum? Cæterum ut qui in naturali libertate vivit, ob injurias tantum abs ſe patratas bello poteſt peti: ita in civitate ſæpe bello INVADITUR RECTOR CIVITATIS, aut TOTA CIVITAS, etſi iſte auctor injuriæ non fuerit. Ac rectores quidem civitatum ex injuriis per antiquos cives, aut qui recens ad eos confugiunt, patratis participant, ſi PASSI fuerint eas patrari, aut ſi RECEPTUM præſtent. Ut patientia ſit culpabilis, requiritur, ut quis & ſciat delinqui, & poſſit prohibere. Sciri autem a rectore civitatis præſumitur, quæ a civibus aperte & frequenter fiunt. Facultas prohibendi ſemper præſumitur, niſi ejus defectus manifeſte probetur. Ut tamen, qui noxium ad ſe confugientem pœnæ duntaxat declinandæ cauſa recipit & protegit, bello peti poſſit, id magis ex peculiari pacto inter vicinos & ſocios, quam communi aliqua obligatione provenit; niſi iſte profugus apud nos hoſtilia in eam civitatem, quam deſeruit, machinetur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 12.

Sed

cauſam habeant, niſi adverſus ſubjectos contumaces, vel extraneos invadentes, vel ſi eousque mandatum eorum ſeſe extendat; quod in longe diſſitis provinciis Gubernatoribus Hiſpanorum, Luſitanorum & Belgarum fieri ſolet. [4. Privati, in caſu neceſſitatis, & ubi judicem exſpectare ſerum eſt, jus armorum habent, adverſus latrones, piratas & injuſtos invaſores, quaſi reviviſcente ſtatu naturali, Grotius *l.* 1. *c.* 3. §. 1. *& ſeqq.*

§. IX. Raro contingit, ut ob injurias unius vel paucorum privatorum bellum ſuſcipiatur, ſi vero id eveniat, optime ab obligatione patris vel domini, ſervum peccare non vetantis, cum vetare poſſet, argumentum ducere licebit, ut fuſe Grotius *l.* II. *c.* 21. quamvis perperam cum patre pœnam communicari ſcribat, quum ipſe, tanquam cau-

Digitized by Google

Sed & illud inter gentes receptum, ut pro debito civitatis proprio, aut quod juſtitiam requiſitam non adminiſtrando in ſe derivavit, ſingulorum civium bona teneantur hactenus, ut extranei, quibus debetur, iſtis apud ſe deprehenſis manus injicere queant: ita tamen ut civibus, quibus hoc modo ſua eripiuntur, refuſio ſit procuranda ab illis, qui debitum contraxerunt. Quales exſecutiones ſolent vocari Repressaliæ, quæ frequenter ſunt bellorum præludia.

X. Repreſſaliæ. præludia bellorum.

J. N. & G. l. 8. c. 6. §. 13.



cauſa maleficii moralis, puniatur *l. 1. §. 1. D. ſi fam. furt. l. 50. D. de R J* (2) Contra non ſatis cauſæ habuit Auctor, cur in fine a Grotio diſceſſerit, & pacto quodam ad obligationem deditionis opus eſſe voluerit; qui enim perſecutionem injuriæ impedit, illius ſe reddit participem, nec ſcilicet vere noxium defendere, ne delicta maneant impunita. (3) Noxii aliorſum fugientes ut dedantur reip. in qua delictum eſt commiſſum, utile eſt, quo in loco delicti exemplum ſtatuatur; atque ita olim ſub uno imperio Romano transmiſſio erat neceſſitatis, hodie vero humanitatis *l. 22. D. de accuſ. Nov. 134. c. 5.* (4) Civis autem vel advena aperte innocens hoſti poſtulanti non tradi, ſed deſeri poteſt, ut capite unius civis pax redimatur Joh. XVIII. vſ. 14. v. Grot. *lib. II. c. 25. §. 3.*

§. X. Grotius *lib. III. c. 2. §. 1.* repreſſalias ex jure gentium voluntario repetit; quia naturaliter ex facto alieno nemo tenetur *tit. C. ut null. ex vican. ne fil. pro patre Nov. 52. c. 1. Nov. 134. c. 4.* (2) Ratio autem earum partim quærenda eſt in habitu civitatum, quæ unam quaſi perſonam eo uſque referunt, ut factum civitatis ſingulis, & factum ſingulorum civitati imputetur, ſi illa ſuo facto, vel non facto, injuriæ ſe participem reddidit. Partim etiam neceſſitas & utilitas eas ſuaſit, poſtquam orbis in tot minutos dominos ſciſſus eſt, neque expedit, propter injuriam, uni civium illatam, confeſtim bellum moliri v. Matth. *de crim-*

Digitized by Google

XI. Pro altero bellum gerere qui poſſint? Bellum gerere poteſt non ſolum QUILIBET PRO SE, ſed & unus PRO ALTERO. Quod tamen ut recte fiat, requiritur in eo, pro quo bellum geritur, juſta cauſa; in auxiliatore autem probabilis ratio, cujus intuitu pro iſto in alium hoſtilia exercere queat. Inter eos autem, pro quibus non ſolum poſſumus, ſed & debemus arma ſumere, primo loco ſunt ſubditi noſtri, non univerſi ſolum, ſed & ſinguli; modo ex hocce civitas non evidenter majoribus malis ſit involvenda. Sequuntur ſocii, in quorum fœdere id comprehenſum eſt. Qui tamen non modo civibus noſtris cedunt, ubi ipſi eodem tempore auxilio opus habent; ſed & apud eoſdem juſta belli cauſa, & aliqua prudentia in bello ſuſcipiendo præſupponitur. Hos excipiunt amici, etſi peculiariter id ipſis non ſit promiſſum. Denique ubi nulla alia ratio eſt, vel ſola communis cognatio ſufficere poteſt, ut injuſte oppreſſum, noſtra auxilia implorantem, quantum commode facere poſſumus, defenſum eamus.

J. N. & G. *l.* 1. *c.* 6. §. 14.



*crim. lib.* 47. *t. f. c.* 5. *n.* 3. (3) Inter cives autem ejusdem reip. merito jus illud *marca* & *withernamii*, ut vocant, prohibetur; quia aut principium aut ſpecies belli eſt, quod ſoli majeſtati ſuſcipere competit *l.* 13. §. *f. D. de inj. l.* 173. §. *pen. de R. J. l.* 4. *C. de exec. c. un. de injur. in* 6. Diſſentienti Bodino *l.* 1. *de Rep. c.* 10. Ziegler *de jure maj. l.* 1. *c.* 34. §. 8. & Hert. *de diff. ſtat. nat. & civ. ſect.* 2. §. 7. ſatisfecere.

§. XI. Tueri tenemur cives, ex pacto Civitatis, ſocios ex fœdere; verum ex humanitate, vel prudentiæ regulis, agnatis, amicis & quibuslibet vi injuſta oppreſſis, opem, quam implorant, ferre licet: nam ſicut feræ refugium habent petram, ſervi aras Deorum, ita homo hominis eſt ſervator, ut dixit Euripides. (2) Si vero

XII. Licentia in bello quouſque pateat.

**Licentia in bello** eouſque ſe extendit, ut quamvis quis cædes patrando aut res vaſtando atque eripiendo, ultra quam humanitas admiſerit, ſit graſſatus: gentium tamen opinione pro infami, & quem honeſti viri averſari debeant, non habeatur. Niſi quod cultiores gentes modos quosdam nocendi hoſtibus viles habent; puta: veneno uti, aut alterius cives militesque in dominorum cædem corrumpere.

*J. N. & G. l. 8. c. 6. §. 16-19.*



ro amicis nil promiſſum eſt, non niſi imperfecte ad auxilia obligamur, & nexus aliquis intercedat oportet, ut alium, qui nos non læſit, hoſtiliter habeamus. vid. Grot. *lib.* II. *de J. B. & P. c.* 25. §. 4. *ſeqq.* (3) Cicero lib. I. de Off. c. 7. *Præclare ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolum nati ſumus ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici: atque ut Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari; homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſent.*

§. XII. Primus belli ſolennis effectus eſt licentia, ſive impunitas externæ, omnibus modis hoſtem frangendi, ut ad pacem redeat; niſi jure gentium modi quidam viles habeantur; de quibus Zentgravius de *armis in bello prohibitis*, & Coccejus *de armis illicitis* plenius, quam Grotius *l.* III. §. 15. tractarunt. Videndum erit, an pacta intervenerint, vel an hoſtis illis utatur. (2) Venenum, & uſus belluarum non magis illicita ſunt jure naturæ, quam cædes per incendium vel famem patrata; ideoque Getæ & Parthi armis venenatis uſi fuerunt, teſte Plinio *l.* XI. *c.* 53. & Lucano *l.* VIII. *vſ.* 304 Sed quia hoſtes ſimiliter veneno in nos uti poſſunt; & nimia ſtrages fontibus venenatis editur; alii etiam clanculum ſub perſona hoſtis venena poſſent miſcere, & rurſus alii non hoſtes illis perire; ideo novum hic juris gentium, a jure naturæ diſtincti, exemplum habemus, poſtquam Romani inprimis venena abominati ſunt. Gellius *l.* 3. *cap.* 8. Tacitus *l.* II. *Ann. c.* 88. Florus *l.* II. *c.* 20. quos gentes recentiores ſequutæ

XIII. Res bello captæ quibus cedant?

Res mobiles in bello tunc demum CAPTÆ intelliguntur, quando perſecutionem hoſtilem effugerunt: immobiles autem, quando ita à nobis detinentur, ut hoſtem inde arcendi ſit facultas. Etſi ut prioris domini jus ad eas res recuperandas plane exſtinguatur, neceſſum ſit, ut per ſubſequens pactum omni prætenſioni renunciaverit. Alias enim vi partum vi licebit iterum eripere. Cæterum uti milites auctoritate civitatis belligerant: ita quæ ipſi hoſtibus eripiunt, proprie civitati, non ſibi adquirunt. Etſi paſſim receptum, ut mobilia, præſertim quæ non ſunt magni pretii, militibus qui ceperunt relinquantur per conniventiam, aut præmii, vel quandoque ſtipendii loco; aut ut alliciantur, qui citra neceſſitatem ſanguinem ſuum locare velint. Quando autem res captæ iterum hoſti eripiuntur, immobiles quidem ad antiquos dominos redeunt; nec minus mobiles debebant; etſi apud pleroſque populos & hæ militibus in prædam concedantur.

J. N. & G. *l.* 7. *c.* 7. §. 20. 23. 25.

So-

quutæ ſunt, apud Alb. Gent. *de jure belli l.* II. *c.* 6. (3) Uti ſtupra & adulteria, ita & immiſſio ſcortorum, lue venerea affectorum, iniqua eſt & indecora, quia invitat ad delinquendum. (4) Ut percuſſor hoſti immittatur, Grotius *l.* III. *c.* 4. §. 18. non quidem injuſtum, ſed vile vocat, minime vero hoſtis domeſticos ad perfidiam poſſe ſollicitari. Sane generoſius eſt, hoſtem armatum palam aggredi, quam victoriam furari; & jure gentium hodierno illud improbatur; ne nimia pericula Regum & Ducum capitibus ab utraque parte imminerent.

§. XIII. Alter belli *ſolennis* effectus eſt acquiſitio bellica, veluti rei nullius, aut certe ejus, in quem omnia licent. Enimvero Reipublicæ, cujus auſpiciis & ſtipen-

Solet denique **bello adquiri** etiam **imperium** tam in ſingulos, quam in integros populos victos. Quod tamen ut fiat legitimum, &

XIV. Imperium bello quæſitum qui fiat legitimum?



pendiis bellum geritur, res mobiles pariter ac immobiles acquiruntur, ſine diſtinctione in actu privato, an publico illæ captæ fuerint; quia miles nunquam extra miniſterium eſt, vi mandati generalis & belli declarati v. Grot. *lib.* III. *c.* 6. §. 12. & *Op. maj. l.* VIII. *c.* 6. §. 18. (2) Præda, intuitu tertii, *ſtatim* cedit victori occupanti; qui illam conſumere, perdere, in ærarium referre, vel militi, ad acuendam fortitudinem, totam per traditionem brevi manu, velut incertæ perſonæ, largiri poteſt *l.* 5. §. 7. *D. de adq. rer. dom.* (3) Reſpectu hoſtis autem, cujus res captæ ſunt, poſſeſſio magis, quam dominium, durante bello, capienti acquiritur; eodemque jure ipſi, non vero tertio neutrarum partium emtori, iterum eripi poſſunt, donec in pace illis fuerit renuntiatum *l.* 12. *pr. l.* 19. *l.* 28. *D. de captiv. & poſtl.* (4) Quod ad hoſtes inter ſe ſpectatos attinet, non requiritur, ut res in præſidia ſint deductæ; id enim ad jus poſtliminii Romanorum pertinet, quo cives junctis manibus hoſtem lubentius perſequerentur, ſecuri omnia ſe recuperaturos, quæ vel ipſi vel commilitones recepiſſent. Hodie ſpatium viginti quatuor horarum attenditur, Grot. *d. c.* 6. §. 3. (5) Poſtliminium in omnibus rebus captis & recuperatis, intuitu gentium bellagerentium & ſubjectorum naturali æquitate obtinet; quia horum jura ſalva manent, nec per poſſeſſionem alterius extinguuntur. (6) Romani autem non in omnibus rebus poſtliminio locum dederunt, ſed tantum in hominibus, rebus immobilibus, & navibus, mulis & equis; reliquas vero, ob dominii incertum, militi ſuo recuperanti conceſſerunt in prædam *l.* 2. *ſeq. D. de captiv. & poſtl.* Cicero *in Topic.* vid. Ampl. Bynkershoek *lib.* I. *Obſ. c.* 20. *l.* III. *Obſ. c.* 6. *& lib.* IV. *c.* 14. & Titius ad Lauterb. *obſ.* 1431. *& ſeqq.* De *lytro* erudita Hertii diſſertatio exſtat.

§. XIV. Præter res mobiles & immobiles acquiruntur etiam victori res incorporales, ſive jura rebus & territorio competentia, hoc effectu, ut is quæ reip. occupatæ debentur, exigere & ſecuta ſolutione, debitores liberare poſſit. (1) Idem eſt, ſi victor occupatum chirographum, publicum debitori reddidit, &

& conſcientias ſubjectorum ſtringat, neceſſum eſt, ut victi victoribus fidem dederint, & hi hoſtilem ſtatum, animumque adverſus illos exuerint.

1. N. & G. *l.* 8. *c.* 6. §. 24.

**XV.** Inducia bellum ſuſpendunt. Suſpenduntur actus bellici per INDUCIAS, quæ ſunt conventio, per quam ad tempus, manente

& acceptum tulit, uti Alexander Magnus Thebarum chirographum Theſſalis donavit; jura autem *privata* integra manent civibus, nec Cæſar recte Flavii nomen Dyrrachinis dare potuit. v. Quintil. *lib.* v. *Inſt. c.* 10. Hotm. *ill. qu.* 5. (3) Coccejus *de jure victoris diverſo a jure belli* ſolam violentam occupationem ad imperium ſufficere putat; quia fruſtra occupatio facta fuiſſet, ſi iterum cedendum eſſet victori, cujus ſolus victoriæ titulus ſufficere poſſet. Sed Auctor verius conſenſum expreſſum vel tacitum eorum, qui victi ſunt, requirit: nam quod diximus de rebus, idem in imperio obtinet, nec quisquam in alium jus habet, niſi ex conſenſu, & injuſtus invaſor alias imperio gauderet. (4) Poſt fidem ergo datam vel metu expreſſam ſtatim victi fiunt ſubditi; licet prior imperans jus ſuum retineat, donec aliud fuerit conventum, vel ejus familia fuerit extincta. vid. Cl. Treuer *h.* §.

§. XV. Omnia quidem juris & humanitatis officia exorto bello ceſſant, ſed Cicero *lib.* 1. *de Off. c.* 24. valde conſiderandum monet, ne quid temere, ne quid crudeliter, ne quid perfide agatur. Illa inprimis promiſſa ſervanda ſunt, ſine quibus mentes exulceratæ in concordiam redire non poſſunt, atque ideo pacta de commeatu, vulgo *Paſſeports*, de lytro, *Cartel*, de urbibus dedendis, *capitulationes*, vel de armis prohibitis ſancte ſunt cuſtodienda; quia dum paciſcimur, hoſtilem animum deponimus, atque hinc obligatio Induciarum eſt repetenda; de quibus omnia Strauchius, in diſſ. *de induciis* exhauſit. (2) Circa originem vocis ab *indoitia* Grotius *l.* III. *c.* 21. §. 2. Grammaticum egit; nec ſatis cauſæ habuit, cur Pauli definitionem, ab eo quod ut plurimum fit petitam refelleret. *Induciæ ſunt cum in breve & in præſens tempus convenit, ne invicem ſe laceſſant l.* 19. §. 1. *D. de capt.* (3) Differunt in-

te belli ſtatu ac lite, ex qua bellum fuit ortum, bellicis actibus offenſivis eſt abſtinendum; quibus elapſis, ni interea pax coiverit, citra novam indictionem ad hoſtilitatem reditur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 7. §. 3-12.

Poſſunt autem INDUCIÆ DIVIDI in eas, quæ ineuntur ſubſiſtentibus in expeditione exercitibus, retentoque utrinque bellico adparatu; quæ ad modicum fere tempus ſumuntur: & inter eos, quibus adparatus bellicus utrinque diſſolvitur. Hæ in ſatis longum tempus iniri poſſunt & ſolent; & plenæ pacis faciem gerunt, ac aliquando etiam pacis vocabulo inſigniuntur cum adjectione certi temporis. Nam alias regulariter omnis pax æterna eſt, ſeu in perpetuum exſtinguit controverſias, ob quas bellum conflatum erat. Quæ autem ſolent vocari induciæ tacitæ, nullam continent obligationem; ſed partes ubi pro lubitu utrinque quieſcunt, & ad actus bellicos, quandocunque placitum fuerit, procurrere iterum poſſunt. XVI. Variæ earum notatæ ſpecies.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 7. §. 3.

Penitus autem tollitur bellum, ſancita per XVII. Pax. Ejus natura, conditiones, firmitas.

 ſum-

induciæ a pace: in hac enim & apparatus & cauſa belli tollitur, in illis tantum apparatus & actus hoſtiles ceſſant (4) Dividuntur in expreſſas, ſeu veras, & tacitas, ſive apparentes, quando hoſtes feſſi, ſine conventione, vel tempore hiemis ultro quieſcunt. Veræ vel breviores ſunt & bellicæ, vel longiores & pacificæ ad centum vel plures annos; illæ vulgo *armiſtitium* dicuntur; hæ vero in effectu a pace non differunt, quæ ſæpe etiam in certos annos initur. Exemplum eſt in Turcarum induciis.

§. XVII. Inter privatos non

ſummos utrinque imperantes PACE; cujus leges & conditiones definire uti eſt penes paciſcentes; ita illæ fideliter & convento tempore exſecutioni dandæ & ſervandæ ſunt. In cujus rei firmitatatem non modo jusjurandum ſolet interponi, & obſides dari; ſed & ſæpe alii, imprimis qui paci conciliandæ interveniunt, ejus obſervationem præſtandam recipiunt, auxilio promiſſo ei, qui contra leges pacis ab altero læſus fuerit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 7.

non debet ratum eſſe quod per vim actum eſt: *Lex enim vim paſſo ſuccurrit, & iniquum illi videtur id ratum eſſe, quod aliquis non quia voluit pactus eſt, ſed quia coactus eſt*, ait Seneca *lib.* IV. *contr.* 27. (2) Inter gentes vero non intereſt, an libera voluntate pax ineatur, an vi armorum conſenſus extorqueatur; quia coacta voluntas hic voluntas eſt, & victor jure ſuo utitur; alias quoque omnis pax exceptione quod metus cauſa eludi & violari poſſet; (2) Hoc adeo verum eſt, ut etiam ſubjectis rebellibus, aut prædonibus & piratis promiſſa ſint ſervanda; quia cum his paciſcendo exceptionibus renuntiamus, nec metus fuit præſens & tantus, qui libertatem conſenſus tollat. vid. Grot. *l.* III. *c.* 19. §. 6. Cl. Leyſer *medit. ad D. Spec.* 58. *n.* 6. (3) Nulla eſt ratio, cur jus quæſitum hæretico aut infideli ſit negandum: nam religio neminem facit incapacem jurium humanorum, & alias hæreticis idem viciſſim in nos liceret, v. Joſ. IX. vſ. 2. 2 Reg. XVII. vſ. 4. XVIII. vſ. 8. Grot. *l.* III. *c.* 19. §. 1. & Op. Maj. *l.* IV. c. 2. §. 8. (4) Firmamenta pacis ſolent eſſe obſides, jusjurandum & fidejuſſores, qui vulgo *Guarandeurs* vocantur. vid Schilteri diſſert. *de obſidibus.* & Coccej. *de Guarantia pacis.*

CAP.

Digitized by Google

## Caput XVII.

# *De Fœderibus.*

### Summaria.

I. *Fœdera duplicia,*
II. *alia amicitiæ,*
III. *alia ſpecialis præſtationis, eaque vel æqualia,*
IV. *vel inæqualia;*
V. *cum vel ſine imminutione ſummi imperii.*
VI. *Singula diverſos habent fines,*
VII. *ſuntque alia realia, alia perſonalia,*
VIII. *& conjunctas habent ſponſiones.*

Grot. d. J. B. & p. *l.* 2. *c.* 15. Add. *l.* 1. *c.* 3. § 21.

Belli juxta ac pacis temporibus inſerviunt Foedera, ſeu pacta inter ſummos utrinque imperantes inita. Iſtæc intuitu materiæ possunt dividi in ea, quæ conſtituunt de aliquo officio invicem præſtando, quod I. Fœdera amicitiæ, vel specialis præſtationis.

Gg 5 jam

§. 1. Quemadmodum conventiones privatorum de rebus ſuis, contractus, pacta & ſocietates dicuntur; ita Rectores liberarum gentium, quæ de rebus publicis ſibi promittunt, federa, a fedo, id eſt ſanguine effuſo vocant, is enim ritus non a Theſeo primum inventus eſt, ut Plin *lib.* VII. *Hiſt. nat. c.* 56. exiſtimavit, ſed omnibus antiquioribus fuit communis. v. Gen. XV. vſ. 9. Jer. XXXIV. vſ. 18. (2) Hæc jure naturæ non differunt a pactis ratione obligationis aut interpretationis, ſed tantum ſubjecto & objecto. Hinc pactum Regis de utilitate privata manet pactum; & contra ſubditi federa non ineunt, niſi forte deſerantur, aut commerciorum cauſa ipſis à ſummo Imperante Admiralitas permittatur. (3) Non eſt dubium, quin cum Turcis aliiſque infidelibus fœdus inire liceat, modo illicitæ abſint conditiones, quæ vergant

jam antea lege naturali præcipiebatur; & quæ officiis legis naturalis aliquid ſuperaddunt, aut ſaltem eadem, ubi indefinita videntur, ad certi quid determinant.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 9. §. 1.

II. Illorum præcipua quædam capita.

Ad priorem claſſem referuntur fœdera, quibus de ſimplici duntaxat humanitate exercenda, aut noxa non inferenda convenitur. Quo pertinent & ea, quibus ſimplex duntaxat amicitia citra peculiarem præſtationem ſancitur. Aut quibus jus hoſpitii, aut commerciorum, quatenus id naturali lege debetur, ſtabilitur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 9. §. 2.

Po-

gant in perniciem purioris doctrinæ. Cum illis enim non tantum eſt communio juris naturalis, ſed exemplis quoque Sanctorum veteris teſtamenti id firmatur; quia Abrahamus cum Abimelecho, David cum Hiramo, Judas Maccabæus & Hircanus, Alexandri filius, cum Romanis fœdus iniverunt. Nil ſane idololatria cum fœdere habet commune, & ſi commerciorum cauſa cum illis contrahere licet, quidni & defenſionis? cujus major eſt favor. Vid. Grammond. lib. III. ad A. 1618. Grot. *libr.* II. *c.* 15. §. 8. & Budd. *de rat. ſtatus circa fœd.* §. 12.

§. II. Exempla hujusmodi fœderum, quæ nihil ſuperaddunt juri naturali, dabit Grotius *l.* II. *c.* 15. §. 5. Omnia vero nomen fœderum non merentur, immo quædam pudenda ſunt generi humano, uti Auctor in *Op. Maj.* ait; contra quem Kulpiſius ad Grotium fruſtra diſputavit. Barbaris enim temporibus, ubi latrocinari decorum erat, & omnes peregrini pro hoſtibus habebantur, magis conveniunt fœdera, de innocentibus non lædendis. Niſi quod (1) hodie bello finito ejusmodi pactiones tabulis pacis inſeruntur, nec ſine utilitate. v. Obrecht *de ſponſor. pac. c.* 1. §. 3. (2) Cum piratis Africanis, & Indiæ regulis crebro ineuntur (3) Quæ ex jure imperfecto vel dubio faciunt jus perfectum, ut de commerciis & hoſpitiis recte nomen fœderis habent. *Formulam juris exequendi* Livius appellavit.

III. Hæc æqualia aut inæqualia; & quæ illa?

Poſterioris claſſis fœdera ſunt vel ÆQUALIA, vel INÆQUALIA. Illa ſunt, quæ utrinque eodem ſe modo habent; ſeu quando non ſolum æqualia utrinque promittuntur, ſimpliciter aut obſervata proportione virium; ſed & æquali modo, ita ut neutra pars præ altera ſit deterioris conditionis, aut alteri obnoxia.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 9. §. 2.

IV. Inæqualia quando & à quibus contrahantur?

Inæqualia ſunt, quando vel inæquales præſtationes invicem exhibentur, vel altera pars eſt deterioris conditionis. Promittuntur autem inæqualia vel a fœderato digniore, vel a minus digno. Prius fit, ſi potentior auxilia promittat alteri, nec reſtipuletur, aut ſi majori proportione quam alter promittat. Poſterius contingit, ſi fœderatus inferior plura teneatur præſtare, quam ab altero recipit.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 9. §. 4.

V. Summum imperium aut minuunt aut non.

Eorum, quæ a fœderato inferiore præſtantur, quædam ſunt CONJUNCTA CUM IMMINUTIONE SUMMI IMPERII, puta ſi conventum ſit, ne inferior ſocius partem aliquam ſummi imperii

§. III. Inæqualia ſunt *(1)* ratione præſtandorum militum vel nummorum. (2) reverentiæ, ut vela verbi gratia demittantur, (3) ratione imperii, ut alter populus non modo ſuperioris majeſtatem comiter colat, ſed etiam ſummum imperium pro parte non exerceat. (2) Bene Grotius *l.* I. *c.* 3. §. 21. *n.* 10. & Forſtnerus ad Tacit. *l.* XIV. *Ann.* monuerunt, plerumque eos, qui ſuperiores ſunt in fœdere perpetuo, ſibi imperium, vel ejus particulam arrogare; ſicut Romanorum fœderati quidam *in ditione populi Romani erant*, Liv. *lib.* IX. *c.* 20. *lib.* XXXIV. *c.* 57. & liberæ civitates precariam magis libertatem habebant, ideoque in cives earum damnatos a Romanis animad-

vers

rii exerceat, niſi cum conſenſu ſuperioris. Quædam autem SUMMUM IMPERIUM NON DIMINUUNT, licet adjunctum habeant aliquod onus tranſitorium, ſeu quo ſimul & ſemel licet defungi; puta, ſi ex fœdere pacis alter teneatur ſtipendium ſolvere alterius militibus, belli ſumtus reſtituere, certam ſummam pecuniæ ſolvere, mœnia diruere, obſides dare, naves, arma tradere, &c. Imo nec quævis perpetua onera ſummum imperium diminuunt. Qualia ſunt; eosdem cum altero amicos & hoſtes habere, ſed non reciproce; ne liceat certis locis munitiones exſtruere, ne ad certa loca navigare, &c. Item ſi unus ſociorum alterius ſocii majeſtatem comiter teneatur colere, ſeu reverentiam quandam ipſi exhibere, & ſeſe ad ejuſdem placitum modeſte adtemperare.

*dict.* §. 4.

**VI. Fœdera politica, bellica, commerciorum.** Cæterum fœdera tam æqualia quam inæqualia varias ob cauſas ſolent contrahi, inter quas arctiſſimam fœderum ſpeciem producunt, quæ ad conjunctionem aliquam perpetuam plurium civi-

vertebatur, *l.* 7. §. 2. *D. de captiv. & poſtlim.* vid. Spanhem. *Orb. Rom.* 11. *c.* 10. (3) Ipſi vero Romani etiam barbaris, ad limites habitantibus, ſalvo imperio, ſtipendia ſolvebant, quæ *munera* appellabant, auctore Salviano *l.* 6. *de Prov.* ſed Claudian. *fœdam mercedem* vocavit. v. Lindenbrog. ad Ammian. *lib.* XXV. *c.* 6. Hert. *Elem. prud. civ. p.* 1. *ſ.* 12. §. 12.

§. VI. Omnis materia fœderum referri poteſt ad pacis vel belli negotia, ſive illa ſint offenſiva, ſive defenſiva, ſive neutralitatis. Ad pacis fœdera pertinent, quæ commerciorum gratia ineuntur, & definiunt, quibus immunitatibus vectigalium ſubjecti utriuſque Reipublicæ frui debeant. Exempla habet Marquardus, *de jure mercat. p.* 2. Thomas Rimerus,

Digitized by Google

civitatum ſpectant. Frequentiſſima autem ſunt, quæ ad auxilia in bello defenſivo aut offenſivo præſtanda, aut ad commercia regenda pertinent.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 9. §. 3.

VII. Fœdera quæ realia, quæ perſonalia? Celebris quoque eſt diviſio fœderum in REALIA & PERSONALIA. Quorum hæc ſunt, quæ cum Rege intuitu perſonæ ipſius ineuntur, eoque defuncto ſimul exſpirant. Illa vero ſunt, quæ non tam ipſius Regis, populive rectorum ut talium, quam reipubl. & regni intuitu contrahuntur, ac perdurant, iſtis licet mortuis, qui eorundem auctores fuerant.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 2. §. 6-8.

Con-

merus, Leibnit. *in C. diplom.* & Recueil des traités de France. (2) Fœderatorum autem Belgarum & Helvetiorum Reſpublicæ rectius ſyſtemata civitatum dixeris, uti Strabo & Polybius Achaicas Reſpublicas appellarunt, quæ ſimiliter ad commodum indefinitum & perpetuum in unum corpus politicum coaluerant, vid. J. Schildium *de coalitione pop. & rerump.* & Auctoris differt. *de Syſtemat. Civit.* & ſupra *lib* 11.*c.*8.§.13.

§. VII. Sæpe ambigitur an fœdera realia ſint, an perſonalia & tunc Grotius *l.* 11. *c.* 16. §. 16. intereſſe putat, an fœdera favorabilia ſint, an odioſa: ſed rectius liberas Reſpublicas diſtinguit a Regnis, (1) Iſtarum enim fœdera plerumque realia ſunt, ac durant, licet Reſpublica in aliam formam mutetur, (2) Quæ reges limitati conſenſu Ordinum, ſecundum leges fundamentales, & tanquam capita populi, in uſum reipublicæ, ineunt, itidem realia ſunt, atque ſucceſſores ex latere venientes, etiam electos obſtringunt. (3) Stabilia ſunt, in quibus Rex abſolutus vel patrimonialis ſucceſſorum fecerit mentionem; aut ſi dictum ſit, fœdus perpetuo durare debere; vel ſi alter contrahentium ante alterius mortem fœderis conditiones a parte ſua implevit (4) Quod ſi

Digitized by Google

ſores ipſos, pro induſtria promiſſa, contrarium ſuaſiſſe. Nec Samnitium aut Numantinorum imprudentiam, qua hiſce ſponſoribus ſiſi ſunt, Romanos abſolvere poſſe. *v. l.* 4. *D. de capt.* Liv. *lib.* ix. *c.* 8. *ſeqq.* Flor. *lib.* 1. *c.* 16. *& l.* ix. *c.* 18. Oros. *lib.* v. *c.* 5.

# Caput XVIII.

## *De Officiis Civium.*

### Summaria.

I. *Officium civis generale*
II. *triplex*,
III. 1. *erga rectores civitatis*,
IV. 2. *erga totam civitatem*,
V. 3. *erga concives.*
VI. *Officia civium ſpecialia*,
VII. *conſiliarii*,
VIII. *ſacri miniſtri*,
IX. *doctoris ſcientiarum*,
X. *judicis*,
XI. *præfecti armorum*,
XII. *militis*,
XIII. *legati*,
XIV. *præfecti rei numariæ.*
XV. *Officia civium quo uſque durent?*

Officium Civium eſt vel Generale vel Speciale. Illud oritur ex communi obligatione, qua iſti imperio civili ſunt ſubjecti. Hoc vero ex peculiari munere & functione quæ per ſummum imperium ſinguli eſt injuncta. I. Officium vel generale vel ſpeciale.

Offi-

§. I. Supra *l.* ii. *c.* 6. §. 13. leviter attigit civium indolem & varietatem, qui a coëundo vel a ciendo dicti. Hi naſcuntur aut fiunt, conſenſu expreſſo vel tacito, ſed multis modis differunt: nam alii magis, alii minus ſunt liberi, ex forma reip. Alii meri ſunt ſubditi, alii ſimul magiſtratus, & Status regni aut provinciarum. Quidam me-

Digitized by Google

II. Generale triplex: Officium generale civium reſpicit vel Rectores civitatis, vel totam Civitatem, vel Concives.

III. Erga rectores civitatis quod; Rectoribus civitatis civis debet reverentiam, fidelitatem, & obſequium. Cui conjunctum eſt, ut idem præſenti ſtatu adquieſcat, neque ad res novandas animum adjiciat, neque alteri cuivis adhæreat magis, eundemve admiretur & veneretur; utque bene ac honorifice de iiſdem, & eorum actionibus ſentiat, atque loquatur.

IV. Erga civitatem totam quod; Erga totam Civitatem officium boni civis eſt, ut ejus ſalute & incolumitate nihil habeat carius; ut vitam, opes, fortunaſque ſuas ad eandem ſervandam libenter offerat: ut ad eandem illuſtrandam, ejuſque commoda promovenda omnes ingenii & induſtriæ nervos intendat.

Erga

mediate, quidam immediate ſunt ſubjecti; & alii denique ut ſinguli, alii ut in collegio conſiderantur, (2) Omnium jura ſunt libertas conſcientiæ & rei domeſticæ, communio legum, munerum & immunitatum: ſingulorum autem jura variant pro ratione muneris, ætatis, ſexus & dignitatis, in qua vivunt, (3) Officia ſunt vel communia, quæ cives, tanquam homines, obſervare debent, vel propria, eaque vel generalia vel ſpecialia.

§. III. Imperanti *reverentia* debetur, ut ſuperiori; *fidelitas* ex pacto, jurejurando firmato; *obſequium*, ſi juſta imperat, ex natura ſubjectionis & pacto, vi cujus populus, abdicata ſua libertate, ad præſcriptum principis agere & pati promiſit. Unde cives imperanti non reſiſtere, neque ab aliis relaxationem vinculi petere, neque extero magis addicti eſſe poſſunt, quamvis imperans metas officii tranſiliat, modo animus hoſtilis abſit. Signa venerationis in titulis & geſtibus variant pro conditione imperii herilis vel civilis. vide Beckmanni *Not. dign. diſſert.* 6. & Hert. *prud. civ. p.* 1. *ſ.* 6. §. 28.

§. IV. Civitati, cujus membra ſumus, debemus fide-

Erga Concives civis officium eſt, amice & pacifice cum illis vivere, commodum ſeſe ac facilem præbere; nec moroſitate aut pervicacia ſua turbas dare; cæterorum commodis non invidere, aut eadem intervertere. V. Erga concives quod?

Specialia officia vel per univerſam ſeſe remp. velut diffundunt, vel circa certam duntaxat partem occupantur. Circa quæ omnia hoc generale præceptum habetur: Ne quis ullum officium in rep. affectet aut ſuſcipiat, ad quod ſeſe ineptum deprehendit. VI. Specialia officia. Eorum lex generalis.

Hh Qui

fidelitatem, caritatem & ſtudium ejus commoda promovendi. Hinc animus & corpus ad munera reipublicæ ſunt excolenda, & tantum acquirendum eſt, ut ad onera ferenda aliquid ſuperſit. Si utilitas privata collidatur cum publica, hæc debet præferri; quia omnes omnium caritates patria complectitur, pro qua nemo bonus dubitare debet mortem oppetere, ſi ea Reipublicæ ſit profuturus, ait Cicero *l.* I. *de offic. c.* 17. qui & poſtea *lib.* III. *c.* 23. patriæ ſalutem anteponendam eſſe ſaluti patris; quod Valer. Max. confirmat. *lib.* V. *c.* 6. v. Auctoris *diſſert. de obligat. erga patriam* & Cl. Clerici *art. crit. p.* II. S. 2. *c.* 5. §. 16.

§. VI. Specialia civium officia vel ut *futura*, vel ut *præſentia* conſiderari poſſunt. Priore reſpectu quisque muneri, quod aliquando capeſſet, ſe præparare; præparatus per media illicita ad illud non graſſari; neque partem reip. cui non eſt idoneus, ambire debet. (1) Quod ſi enim in viliſſimis artibus illiberalibus nemo aliquid præſtare poteſt, niſi eas didicerit; merito Socrates ſtultum eſſe cenſuit, qui putet, gubernandæ civitatis prudentiam civibus ſponte ſua obvenire. (2) Plato reip. male conſtitutæ argumentum vocat, ſi munera publica nnmmis redimantur; quod enim virtute effici debebat, pecunia tentatur, & divitiæ in majore ſunt pretio, quam ſapientia; totaque civitas ſenſim fit avaritiæ dedita, uti Ariſtoteles bene *lib.* II. *Polit. c.* 9. *Neceſſe eſt, ut qui emit, vendat*, Severus ajebat apud Lamprid. *c.* 49. Galli vero magnum ſuorum animum ex ambitu honorum probant.

Mul-

Digitized by Google

VII. Officia conſiliariorum Principis.

Qui CONSILIO ſuo rectoribus civitatum adſiſtunt, in omnes reip. partes aciem mentis convertant; quæ ex uſu reip. videbuntur eſſe, dextre & fideliter citra affectus ac pravos reſpectus exponant; ſalutem reip. in omnibus conſiliis pro ſcopo habeant, non proprias opes, aut potentiam; pravis affectibus Principum adulando non velificentur; factionibus & coitionibus illicitis abſtineant: nihil quod dici oportet diſſimulent, nihil quod taceri oportet eliminent: exterorum corruptionibus impenetrabiles ſeſe præbeant; privatis ſui negotiis aut voluptatibus publica negotia non poſthabeant.

Qui

Multa de fiſci illa induſtria Thuan. *lib.* 132. & Bodin. *lib.* v. *de rep. c.* 4. *l.* 6. *c.* 2. (3) Nemo affectare debet munus, cui ſe imparem eſſe novit; cur autem ultro delatum non ſuſcipiat, tantæ non ſunt rationes; quia aptitudo non conſiſtit in puncto, & qui juvenes præ modeſtia deſperabant de viribus ſuis, ſæpe in ſenectute maximi evaſerunt; neque intereſt adeo reip. ut in majoribus collegiis omnes perinde ſint idonei.

§. VII. Dotes & officia eorum, qui Regi aut Reip. ſunt a conſiliis Lipſius *doctr. civ. lib.* III. *c.* 3. 4. 5. Silhon in *miniſtre d' état* Naudæus *in arcan. ſtat. c.* 5. aliique pluribus deſcripſere. (1) Ante omnia is noſſe debet initia, progreſſus & jura reip. nam *ad conſilium de rep. dandum, caput eſt noſſe remp.* ait Cicero *lib.* II. *de Orat. c.* 28. (2) Forti animo & maturo judicio, vacare muneri, atque in omnibus quietem ſubjectorum, ſalutem regni, & incrementum boni publici intendere: ſic enim ſecundum Hoſpitalii ſymbolum: Si *fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ.* (3) Exteris nihil revelet, Imperanti nil reticeat, neque inhoneſta juxta atque honeſta laudando, ei blandiatur. *Regum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis evertit.* ait Curt. *l.* 8. *c.* 5. (4) Si eventus conſiliis non reſpondeat, puniri nequit; quia conſilium non eſt obligatorium, neque de futuro quisquam ſatis callidus ſatisque prudens eſt; quum prava æque ac bona conſilia proſpere eveniant, ait Salluſt. *Orat.* II. *de Rep. Ord.* (5) Eccleſ.

c. X.

Qui publice conſtituti ſunt ad SACRA OBEUNDA, in iisdem gravitatem & attentionem adhibeant, vera de cultu Numinis dogmata proponant, eorum quæ ipſi docent populo ſeſe conſpicuum exemplar exhibeant, nec pravitate morum muneri ſuo dignationem, doctrinæ pondus detrahant. VIII. Officia ſacrorum miniſtrorum.

Queis publice injunctum variarum SCIENTIARUM animos civium imbuere, nihil falſi aut pernicioſi doceant: vera autem ita tradant, ut audi- IX. Officia profeſſorum artium,

Hh 2

c. x. vſ. 2. *Qualis eſt judex populi, tales etiam ſunt miniſtri ejus, & qualis eſt dux civitatis, tales omnes habitatores ejus. Rex rudis perdit populum ſuum, civitas vero intelligentia potentum habitabitur.*

§. VIII. Ad ſacra obeunda eligendi ſunt viri probi, moribus primum, deinde facundia pollentes; qui cives ducant ad veram pietatem, ſed atheiſmum, hypocriſin & ſuperſtitionem expellant; Chriſti & Apoſtolorum exemplo, rebus ſeculi ſe non immiſceant, nec Principes ad perſecutionem diſſentientium inſtigent. Optime Rev. D. Budd. *Theol. mor. p.* 2. *c.* 3. & *p.* 3. *c.* 2. tum dotes & requiſita miniſtrorum Eccleſiæ, tum officia eorum, in munere paſtorali ſuſcipiendo & adminiſtrando, in docendo, redarguendo, admonendo & increpando explicavit. Impedimenta eorum varia, & duo vitia cardinalia Cleri, præſertim vero Romani, ab aliis notata ſunt, avaritia & ambitio. *Quidam præ ſe tulere ardentius ſtudium religionis, quaſi genuini legitimique rectores eam rem frigidius curarent: ſed res docuit, ambitionis & avaritiæ id fuiſſe obtentus. Suo contentum eſſe, non exigua veræ pietatis pars eſt*, de Leiceſtrianis temporibus ſcribit Grotius *Apolog. c.* 2. Adde Cl. Barbeyraccii Orat. *de Magiſtratu ſorte peccante e ſuggeſtu non proſcindendo.*

§. IX. Magna publicarum ſcholarum ſunt commoda: Alit in illis æmulatio ingenia, prudentia accenditur juvenilis, & amicitiæ perpetuo duraturæ contrahuntur v. Quintilian. *lib.* 1. *Inſt. Orat. c.* 2. Vulgo autem veræ eruditionis indoles aut ſpernitur aut ignoratur; dum Philoſophia moralis, Hiſtoria patria & lingua vernacula in Academiis inculta jacet, in qua pleraque munera deinde

Digitized by Google

auditores iis aſſentiantur non tam adſuetudine audiendi, quam quia ſolidas eorundem rationes perſpexerunt: omnia dogmata ad ſocietatem civilem turbandam directa fugiant; omnem ſcientiam humanam inanem habeant, ex qua nulla in vitam humanam & civilem utilitas redundat.

X. Officia judicum. Qui JURI DICUNDO præficiuntur, quibusvis facilem acceſſum præbeant, plebem ab oppreſſionibus potentiorum protegant; jus æque pauperi & humili, quam potenti & gratioſo dicant, lites ultra neceſſitatem non extrahant; à corruptelis abſtineant; in cognoſcendis cauſis diligentiam adhibeant, omnesque affectus ſinceritatem judicii corrumpentes ſeponant; recte faciendo neminem timeant.

Qui-

de obeunda ſunt: cauſæ & fontes doctrinarum non inveſtigantur: ſenſus honeſtatis auditoribus non inſtillatur, & parentes denique, ad vota properantes, cruda liberorum ſtudia in forum propellunt. Seneca epiſt. 103. *Ut omnium rerum, ſic literarum intemperantia quoque laboramus: nec vitæ, ſed ſcholæ diſcimus.* v. Poiret *de erudit. ſolida.*

§. X. Judex, publica auctoritate conſtitutus, ut civium facta ad legis regulam examinet, debet eſſe vir bonus, qui ſine affectu ſecundum legum præſcripta, & conſcientiam, actis atque probatis inſtructam, ſententiam ferat. v. *l.* 4. §. 1. D. *fam. erc.* (2) Tres ſunt peſtes juſtitiæ capitales: corrupti judices, æternæ lites & Advocatorum improbitas. Vetus dictum eſt: *Dona Deos vertunt ipſos, regesque timendos.* Sed Cambyſes Siſamni, regio judici, quod injuſte ob pecuniam judicaſſet pellem totam detraxit, eaque in lora conciſa, tribunal ejus intendit, filio in patris locum ſubſtituto, auctore Herodoto *l.* v. c. 25. Decemviri quoque Romæ in XII. tabb. munus accepiſſe judici capital eſſe voluerunt; nec quicquam ſordium amatores juvat xeniorum indulgentia in *l. 6.* §. 3. *D. de Off. Proconſ.* (3) Bene Calliſtratus in *l.* 19. *D. de Off. Præſ.* ait: jus reddenti obſervan-

Digitized by Google

Quibus Armorum cura commiſſa, militem diligenter & tempeſtive exerceant, & ad tolerandos militiæ labores firment; diſciplinam militarem ſartam tectamque habeant; milites hoſti jugulandos temere non objiciant; annonam & ſtipendium quantum in ſe promte procurent, nec de eo quidam intervertant; milites ſemper ut reip. faveant curent, nec unquam eos ſibi adverſus rempubl. concilient. XI. Officia præfectorum armorum.

 Mi-

vandum eſſe, ut in adeundo ſe facilem præbeat, ſed contemni non patiatur: eſt enim magna pars juſtitiæ patientia judicis, quam primam religioni ſuæ debet, ait Plin. *lib.* VI. *epiſt.* 2. Pergit Calliſtratus: ſed nec excandeſcere debet adverſus malos, nec precibus calamitoſorum illacrymari: id enim non eſt conſtantis & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit. (4) Vitet quoque judex, ne propter miſericordiam addicat plus pauperi, eoque famæ gloriam aucupetur. Moſes enim noluit judicem pauperis miſereri. Exodi XXIII. *vſ.* 3. & Quintilian. lib. XII. Inſt. Orat. c. 7. *Summovendum vero utrumque eſt ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam, vel illud etiam jactantius minores, utique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna cauſas vel juſtas, vel improbas facit.* (5) Officia Advocatorum expoſuit Quintilian. *dict. lib.* XII. *Inſt. Orat. c.* 7. Eadem ex *l.* 6 *C. de poſtul.* & *l.* 14 §. 1. *C. de judic.* illuſtrari poſſunt. Ex lege XII. tabularum Patronus, ob fraudem clienti factam, facer erat, auctore Servio ad Virgil. *Æneid. lib.* VI. *vſ.* 609. juncto Dionyſio Halicarn. *lib.* II. *Ant. c.* 10.

§. XI. Quod anima eſt in corpore, illud dux eſt in exercitu, tanti ille fit, quanti Imperator. Cadente duce cadit animus militis; illius contemtu diſciplina militaris hebeſcit, & melior eſt exercitus cervorum, duce leone; quam leonum, duce cervo, ut Philippus Macedo dictitabat. Sic Livius lib. II. c. 39. *ducibus validiorem, quam exercitu rem Romanam eſſe.* Florus lib. III. c. 22. *Apparuit militis Hiſpani vigor, Romano duce.* & Tacit. de M. G. c. 30. *plus reponere in duce, quam in exercitu* (2) Ducis ergo officium eſt agere delectus, delecto militi præire, eum exercere, commeatum cura-

Digitized by Google

XII. Officia militum. MILITES contra ſtipendiis ſuis contenti ſint; ab expilandis & vexandis paganis abſtineant; labores pro tuenda reip. libere & ſtrenue obeant; pericula per temeritatem non arceſcant, per ignaviam non defugiant; fortitudinem in hoſtem, non in commilitones oſtentent; ſtationem aſſignatam maſcule defendant; honeſtam mortem turpi fugæ & vitæ præferant.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 2. §. 4

Quo-

curare, parcere ſanitati ſuorum, eos temere non committere fortunæ, munera, pœnas & exempla recte diſponere: *Diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam charitas liberorum*, eſt in *l.* 19. §. 7. *D. de captiv. & poſtl.* (3) Contra militis eſt parere, fortiter pugnare, ſtationem non deſerere, nec ſe ſuosque commilitones in fugam conjicere turpiſſimam. Cicero *lib.* I. *de Off. c.* 23. *Temere in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt: ſed cum tempus neceſſitasque poſtulat, decertandum manu eſt, & mors ſervituti turpitudinique anteponenda.* Tacit. lib. I. Hiſt. c. 83. *Si, ubi jubeantur, quaerere ſingulis liceat; pereunte obſequio, etiam imperium concidot*, (4) In pleriſque civitatibus, acuendæ virtutis gratia, utque Optimus quiſque libentius, reip. cauſa, periculum adiret, præmia & honores iis ſunt conceſſi, qui pro rep. cecidiſſent. Plato eos τῦ χρύσυ γένυς, aurei generis; *magnos obitus* Valerius Flaccus vocat. & Juſtinian. *Hi, qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere cenſentur*, *pr. Inſt. de exc. tut.* (5) Omnia Ducum & militum bonorum requiſita Lipſ. *Doctr. civ. lib.* V. Naudæus *de ſtudio militari*, Machiavellus & Hugo excuſſerunt.

§. XII. Legatorum officia ex fine ſatis apparent: mittuntur enim a ſummo Imperante ad publica negotia caute, fideliter, ſtricte & ad uſum reip. expedienda. (2) Mittuntur cum charactere, vel ſine eo. Illi vel primi ſunt ordinis, vel ſecundi: utrique vel Plenipotentiarii, vel formularii: ordinarii, vel extraordinarii: negotioſi, vel officioſi. Cæſar lib. III. de B. C, c. 57. *Alia ſunt legati par-*

XIII. *Officia legatorum.*

Quorum opera civitas apud exteros utitur, cauti ſint & circumſpecti, inania à ſolidis, vera à fabuloſis diſcernere callidi, ſecretorum tenaciſſimi, pro utilitate ſuæ civitatis adverſus quaſlibet corruptiones obſtinati.

XIV. *Officia præfectorum rei nummariæ.*

Qui Opibus civitatis colligendis aut diſpenſandis præſunt, caveant ab omni non neceſſaria acerbitate, nec ob proprium quæſtum, aut per petulantiam vel malignitatem animi oneris quid adjiciant; publici nihil intervertant; quibus de publico quid ſolvendum, illis citra moras non neceſſarias ſatisfaciant.



*partes atque Imperatoris: alter agere ad præſcriptum, alter libere & ad ſummam rerum conſulere poteſt.* (3) Jura legatorum adeo difficilia ſunt, ut præcipuum juris gentium caput efficiant, & a Joh. Hotmano, Alb. Gentile, Paſchalio, Kirchnero, Marſelario. Ant. de Vera, Wicquefortio & Ampliſſ. Bynkershoekio integris libris ſint explicata. Redeunt ea ad duo capita, ut, niſi gravis obſtet cauſa, admittantur, & ne admiſſi violentur: de quibus ad Grotium *lib.* II. *c.* 18. vid. etiam Buddei *Philoſ. pract. p.* II. *c.* 4. 5. 5. §. 19. *ſeqq.* Cl. Barbeyrac. *ad Puf. Opus maj. lib.* VIII. *c.* 2. Cl. Kemmerichii Puf. *enucl. app. c.* 23. & Obſ. Halenſ. *t.* IX. *Obſ.* 8. 9.

§. XIII. Quæſtores ærarii, pecuniæ publicæ colligendæ & expendendæ præfecti, duo inprimis, moderationem & æqualitatem, in exigendis tributis, adhibeant, deinde cavere ſibi debent ab omni acerbitate: ne vel in periculum vitæ incurrant, vel populus ad res novandas animum impellat. Recte Tiberius, apud Sueton. c. 32. *Præſidibus onerandas tributo provincias ſuadentibus reſcripſit: Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere.* (2) Vitent quoque ſuperbiam & avaritiam, commune malum eorum, qui ærario præſunt, uti Herodianus obſervavit *lib.* VII. *c.* 4. Veteres eunuchis idcirco curam ejus credidere, quod liberos non haberent, qui parentes ſæpe pecuniæ avidiores facere ſolent. Veſpaſianus vero procuratoribus pro ſpongia uſus eſt, dum quaſi ſiccos madefecit, & expreſſit humentes. Suet. *Veſpaſ. c.* 16. Vehementia at illuſtria ſunt verba Catonis apud Gell. lib. XI. *c.* 18. *Fures privatorum fur-*

XV. Officium civis quouſque duret? DURAT autem civium ſpeciale officium, quamdiu in ea functione, ex qua illud profluit, ſunt conſtituti: qua ubi abeunt, & illud exſpirat. Generale itidem durat, quamdiu cives ſunt. CIVES autem ESSE DESINUNT, vel ſi conſenſu expreſſo aut tacito civitatis diſcedant, & alibi ſedem fortunarum figant: vel ſi ob delictum in exilium ejiciantur, & jure civitatis priventur; vel ſi hoſtica vi oppreſſi in victoris ditionem concedere adigantur.

J. N. & G. *l.* 8. *c.* 11.

*torum in nervo atque compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atque purpura.*

§. XV. Ceſſante munere, ceſſant officia civium *ſpecialia*, at *generalia* durant, quamdiu aliquis civis eſſe non deſiit. (2) Definit autem vel *ſalva* civitate; ut emigratione, exilio, captivitate aut deductione in coloniam ejuſmodi; quæ vel plene ſui juris eſt, vel civitatis matris majeſtatem tantum comiter venerari tenetur, (3) Vel definit quis civis eſſe, civitate *pereunte*, ſi v. c. primum pactum civitatis diſperſo populo diſſolvitur; vel omnes partes tolluntur, ſine quibus corpus reip. conſiſtere non poteſt, vel ſi pro uno imperio plura exiſtunt, ut poſt mortem Alexandri M. (4) Aliud dicendum, ſi tantum pactum ſecundum diſſolvatur: nam civitatis *eadem ſpecies*, ut Alfenus Varus in *l.* 76. *fin. D. de judic.* vocat, ſeu conſociatio juris atque imperii manet; licet altera relatio partium inter ſe, quæ regunt & reguntur, ſublata ſit. vid. Grot. *lib.* II. *c.* 9. & Auctoris Op. maj. *l.* VI. *c.* 3. §. II. & *lib.* VIII. *c.* 12. §. 1.

FINIS.

2511698 D

INDEX

# INDEX RERUM.

*Numerus* Romanus librum, Arabicus primus caput, ſequens paragraphos denotat. *Pr.* præfationem Auctoris, *numeri* ſequentes ejuſdem paragraphos deſignant.

## A


*Acceptio* neceſſaria in quavis promiſſione I 9, 16
*Acceptilatio* tollit obligationem II, 16, 3
*Acceſſiones* quid ſint & ad quem pertineant I, 12, 7
*Acquiſitio* imperiorum II, 13, 1 II, 16, 14 bellica I, 12, 15 II, 16, 13
*Acquirendi* modi originarii & derivativi I, 12, 5 *ſeqq.*
*Actio* humana quæ I, 1, 2. quæ ejus principia *ib.* §. 3. cur alicui imputetur *ib.* §. 10. voluntaria *ib.* §. 9. *ſeqq.* involuntaria, coacta vel mixta *ib.* §. 16. alterius, qui alteri imputetur *ib.* §. 18. & 27. moralis I, 2, 11 *ſeq.* extra commercium poſita I, 14, 3. bona, ejuſque diſcrimen à juſta I, 2, 13
*Actio* judicialis de quibus detur vel negetur II, 12, 5. ingrati non datur I, 8, 7 legi naturali datur jure civili II, 12, 4 *ſeqq.* noxalis I, 6, 11. de pauperie I, 6, 12
*Addictio* in diem I, 15, 9
*Adoptionis* jus II, 3, 10
*Adpetitus* quibus ſtimuletur I, 5, 6 ratione moderandus I, 5, 4
*Adulatio* qui criminis particípem reddat I, 1, 27
*Adulterium* rumpit matrimonium II, 2, 6
*Æqualitas* hominum communis I, 7, 1 *ſeqq.* in ſtatu naturali viventium II, 18 in contractibus oneroſis ſervanda I 15, 6 & 7.
*Æquitas* I, 2, 10. I, 17, 12
*Ærarium* principis eſt II, 7, 7 uſufructu II, 15, 5 & 14
*Ætas* tenera ad contractus inepta eſt, & rectore indiget I, 9, 11
*Affectus* quomodo moderandi I, 5, 5 & 8, quam vim habeant I, 1, 14
*Affirmativa* præcepta cedunt negativis I, 17, 13
*Aggreſſor* non ſemper ad extrema adigendus I, 5, 14 quando moderamine inculpatæ tutelæ uti poſſint *ib.* §. 24
*Alea*, ei nihil committendum I, 5, 4. contractus eam continentes I, 15, 13
*Aliena* domino relinquenda I, 13, 1 extra caſum neceſſitatis I, 5, 28 & 29 quatenus de iis contrahi poſſit I, 9, 19 qui bona fide poſſidet, ad quid teneatur I, 13, 2 *ſeqq.* quatenus imputentur I, 1, 18 *ſeqq.* I, 1, 27


*A* *ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq.
*Alienatio* regni quo uſque licitâ ll, 15, 6
*Alimenta* debentur liberis naturalibus l, 12, 11
*Alumnus* educatori filialem obſervantiam debet ll 3, 3
*Ambitio* temperanda l 5, 5
*Amicabilis* compoſitio tentanda in litibus gentium ll 1, 19 ll 16, 3 & ſucceſſione in regnum dubia ll 10, 12
*Amor* ſui ipſius inter principia fundamentalia juris naturalis l 5, 6
*Anima* mundi Deus non rectè vocatur l, 4, 3
*Animalia* hominum uſibus rectè adplicantur l 12, 1 damnum ab iis datum à domino reſarciendum l 6, 12
*Animi* cultura neceſſaria l 5, 2 18, 1
*Animoſitas* animum obfirmare debet l 5, 8
*Antichreſis* quale pactum l 15, 15
*Arbiter* qualis eſſe debeat ll 1, 11 in cauſis gentium ll 1, 10
*Arbitrii* liberi rectus uſus valorem hominis inprimis determinat l 1, 9 l 5, 4
*Ariſtocratiæ* indoles ll 6, 11 nævi ll 8, 7
*Artium* ſtudia quo uſque neceſſaria l 5, 9
*Aſſecuratio* qualis contractus l 15, 13
*Aſtrologia* judiciaria veris principiis moralibus adverſa l 5, 3
*Atheiſmus* inexcuſabilis l 4, 2 ſocietati humanæ pernicioſus l 4, 9
*Auctio* quale negotium l 15, 9
*Averſio*, emtio per eam l 15, 9
*Autocheiria* jure naturæ prohibita l 5, 9

B

*Bellum* quo jure regatur ll 7, 5 ll 16, 1 cauſæ ejus juſtæ ll 16, 2 injuſtæ ll 16, 4 offenſivum & defenſivum ll 16, 2 ſolenne & minus ſolenne ll 16, 7
*Bellica* licentia ll 16, 12
*Beneficentia* l 8, 5
*Bona* (generatim accepta) quotuplicia l 1, 11 mediis illicitis quæri minus excuſabile, quam mala avertere l 1, 14 (pro divitiis accepta) civitatum publica ll 15, 5 civium quo uſque ſubſint imperio ſummæ poteſtatis ll 15, 3 an poſſint cum internecione invaſoris defendi 5, 21
*Bonitas* actionis in quo conſiſtat l 2, 11 à juſtitia quomodo differat l 2, 13

C

*Cœlibatus* utrum permiſſus ll 2, 3
*Calamitas* communis quod jus tribuat l 5, 24
*Caſus* fortuitus quando præſtetur l 1, 18 à quo præſtetur in emtione venditione ll 15, 9 rarior à quo feratur in locatione conductione l 15, 10 ancipitium exempla l 5, 25



Digitized by Google

# INDEX.

*Cauſarum* concurſus l 5, 7
*Cautionis* obligatio l 15, 14
*Chirographi* redditio ſolvit debitum l 16, 3
*Civis* quis ll 6, 13 quomodo deſinat ll 18, 15 bonus quis ll 5, 5 ejus officia ll 18, 1 *ſeqq.* quotuplex ll 6, 13
*Civitas* quid? ll 6, 10 ejus voluntas quomodo ſe exſerat ll 6, 11 quare condita ll 5, 7 ejus ſtructura interna ll 6, 1 finis ll 7, 3 an conveniat ſtatui integritatis *Pr.* 12.
*Coactio* quotuplex l, 1, 24 tollit imputationem l 1, 24
*Coactum* ſynonymum inviti l 1, 18
*Cogitationes* extra legem humanam poſitæ l 1, 12 ll 13, 11
*Cognitio* ſui ipſius homini neceſſaria l 5, 4
*Colliſio* legum divinarum & humanarum l 5, 23 contrariarum in genere l 17, 13 officiorum & jurium l 5, 10 & 23
*Commercii* leges generales l 14, 6 ei quænam exemta l 14, 3
*Commiſſoria* lex an pignori adjici poſſit l 15, 15
*Commodatum* quid & quæ ejus obligatio l 15, 4 obligat ad culpam leviſſimam l 15, 6
*Commodum* alterius quot modis promoveatur l 8, 1 *ſeqq.*
*Communio* primæva l 12, 2 quomodo ab ea diſceſſum *ib.* in quibus duraverit l 12, 3
*Communis* res l 12, 3 quomodo habenda l 7, 4 quomodo communioni eximenda *ib.*
*Compenſatio* quid l 16, 2
*Conditio* obligationum quotuplex l 9, 20 tacita ineſt juramentis l 11, 8 impoſſibilis quid operetur? l 9, 20
*Condonatio* debiti l 16, 3
*Conjectura* in interpretatione ſenſus ambigui unde petendæ l 17, 4
*Conjugium* vid. *matrimonium*
*Conjugum* officia ll 2, 10
*Conſcientia* quid l 1, 5 recta; probabilis l 1, 5 dubia, ejus regula l 1, 6 non ſufficit reprimendæ malitiæ ll 5, 9
*Conſenſus* quomodo declaretur l 9, 9 verus quæ requirat l 9, 10 in pactis neceſſarius l 9, 8 parentum in nuptias liberorum an neceſſarius ll 3, 10 debet eſſe mutuus l 9, 15
*Conſiliarii* officium ll 17, 7
*Conſilium* datum ad delictum quomodo obliget, 1. 1, 27
*Conſuetudinis* vis in moralibus l 1, 13
*Contemtus* aliorum vitandus l 7, 6
*Contractus* quid l 15, 1 beneficus vel onerosus l 15, 2 *ſeqq.* quomodo a pacto differat l 15, 1 aleam continens l 15, 13
*Contradictio* apparens quomodo concilianda l 17, 4
*Conventio* quid l 9, 4 quæ requirat ad producendam obligationem l 9, 8 *ſeqq.* expreſſa, tacita, præſumta l 9, 9
*Corporis* cultura quid exigat l 5, 8, *ſeq.* propter ſocialitatem neceſſaria l 8, 2 *ſeq.*

Corre-

Digitized by Google

*Correalis* obligatio l 6, 7 *ſeqq*
*Crimen* unde æſtimandum ll 13, 16 alienum quomodo noceat innocenti ll 13, 19 quodnam pœnis humanis exemtum ll 13, 15
*Culpa* quotuplex l 2, 15 quomodo præſtetur l 6, 9
*Cultus* Dei externus & internus 14, 6 *ſeqq.*

D

*Damnum* quid l 6, 5 reſarciendum l 6, 4 quot modis detur l 6, 7 & reparetur l 6, 8 *ſeqq.*
*Defenſio* inculpata quid l 5, 10 ſine damno aggreſſoris l 5, 10 cum ejus periculo vel internecione l 5, 11 *ſeqq.* quo uſque permiſſa l 5, 15-21
*Delectatio* quomodo licite quæratur l 5, 7
*Delegatio* quid l 16, 9 *ſeq.*
*Delictum* vid. *crimen*
*Dementia* impedit conventiones l 9, 10
*Democratiæ* indoles ll, 6, 11 nævi ll 8, 8
*Depoſitum* quid & ad quid obliget l 15, 7 miſerabile, irregulare *ib.*
*Deſertio* malitioſa rumpit matrimonium ll 2, 6
*Deus* auctor legis naturalis l 3, 11 de eo ejuſque attributis quid ſentiendum l 4, 2 *ſeq.* quo cultu venerandus l 4, 6 & 7
*Diſpenſatio* quid & quomodo concedenda l 2, 9 differt ab interpretatione reſtrictiva l 2, 10
*Diſſenſus* mutuus tollit obligationes l 16, 4
*Diſſimulatio* licita l 10, 5
*Divitiæ* quomodo quærendæ l 5, 5
*Diviſio* rerum communium quando cœperit l 12, 2 quomodo facienda l, 7, 4
*Divortii* juſtæ cauſæ ll 2, 6
*Doctoris* publici officium ll 18, 8 & 9
*Doctrinæ* publicæ ſaluti civitatis adtemperatæ eſſe debent ll 7, 8 ll 11, 4 quæ civitati noxiæ l 5, 3
*Dolus* in conventionibus quid operetur l 9, 13
*Dominium* qua ratione introductum l 12, 2 in quo conſiſtat l 12, 3 quibus in rebus detur nec ne l 12, 4 quibus modis adquiratur l 12, 5 *ſeqq.* quæ officia producat l 12, 1 *ſeqq.* liberis per parentes adquiritur ll 3, 5 eminens ſummi imperantis ll 15, 4
*Dominus* quæ officia debeat ſervis ll 4, 1 *ſeqq.* obligatur ex damno à ſervo vel animali dato l 6, 11 & 12 rem ſuam vindicans non tenetur ad reſtitutionem pretii l 13, 10
*Donatio* l 12, 14 reciproca l 15, 8
*Duellum* privatum in ſtatu civili excludit favorem juſtæ defenſionis l 5, 18

E

*Ebrietas* morbus animi momentaneus l 1, 15 impedit conſenſum in conventionibus l 9, 10
*Electio* imperantis ll 10, 3
*Emtio venditio* ejuſque indoles, jura

Digitized by Google

jura & ſpecies l 15, 9
*Error* quid & quotuplex l 1, 7 impedit conſenſum in conventionibus l 9, 12 & juramentis l 11, 6 aggreſſoris non tollit jus defenſionis l 5, 10. quouſque liberet ab obligatione l 9, 12 juris non prodeſt l 1, 24
*Exiſtimatio* ſimplex & intenſiva l 5, 5 ll 14, 1 *ſeqq.* ſimplex potiſſimum acquirenda & conſervanda l 5, 5 qua ratione minuatur vel perdatur ll 14, 5 & 6
*Expoſitio* infantis ll 3, 10
*Expromiſſor* diverſus a fidejuſſore l 15, 14
*Executio* in ſtatu naturali fit ab ipſo creditore ll 1, 10. mandatorum principis injuſtorum quouſque licita ll 12, 9
*Eventus* quando poſſit imputari l 1, 18 inſperatus æquo animo ferendus l 5, 4

F

*Falſiloquium* licitum & a mendacio diverſum ll 10, 9
*Fati* Stoici admiſſio civitatibus noxia l 5, 3
*Favorabile* interpretatione extendendum l 17, 9
*Felicitas* qualis in his terris exſpectanda l 5, 4
*Fidejuſſor* ejuſque obligatio l 15, 14
*Finis* quid l 1, 9 quomodo voluntas circa eam verſetur. *ib.* quis agenti proponendus l 5, 4
*Fœdus* commune vel ſingulare ll 17, 1 æquale vel inæquale ll 17, 3 *ſeqq* reale vel perſonale ll 17, 7 pertinet ad jus ſummi imperantis ll 7, 5 inter Deum & hominem *Pr.* 7
*Forma* rerumpublicarum ll 8 regulares ll 8, 3 *ſeqq.* earum vitia *ib.* §. 5 *ſeqq.* irregulares ll 8, 12 *ſeqq.*
*Fortuna* cuique ſua patienter ferenda l 5, 5
*Fraus* legis, interpretatione avertenda l 17, 10
*Fructus* quomodo æſtimentur l 6, 6 de damno iis dato *ib.* ad quem pertineant l 13, 6 *ſeqq.*
*Fuga* invaſo non eſt præcepta l 5, 18
*Fungibile* quid l 15, 11
*Furor* impedit conſenſum & obligationem l 9, 10 aggreſſoris non adimit jus legitimæ defenſionis l 5, 10
*Furtum* in caſu ſummæ neceſſitatis non committitur l 5, 29

G

*Generoſitas* l 7, 5
*Gloria* quo uſque captanda l 5, 5
*Gradus* conſanguinitatis & affinitatis conjugium impedientes ll 2, 8
*Gratia* delinquenti aliquando facienda ll 13, 15
*Gratitudo* viris egregiis debita l 8, 3 erga benefactorem l 8, 5 *ſeqq.*

H



Digitized by Google

*Habitus* quam vim habeant l 1, 13
*Homicidium* neceſſarium licitum eſt l 5, 20 *ſeqq.*
*Homo* diverſis inclinationibus regitur l 1, 11 ingenio ab alio diverſus eſt l 3, 6 ſe ipſum impenſe amat l 3, 2 ſine aliorum auxilio miſerrimus l 3, 3 variis vitiis obnoxius l 3, 5 aliis periculoſus l 3, 5 natura opus habet ſocialitate l 3, 7 ſibi ipſi non fruſtra obligatur l 5, 1 quibus officiis ſibi teneatur? l 5, 2 *ſeqq.* viribus pollet valde circumſcriptis l 5, 4 ut homo dignationem meretur l 7, 1 homini naturaliter æqualis l 7, 1 *ſeqq.* quis ad ſocialitatem aptiſſimus l 7, 3 jus habet in creaturas extra humanam ſortem conſtitutas l 12, 1 tanquam ſubjectum juris naturalis concipiendus eſt ut corruptus, non integer *Pr.* 10-14
*Honor* quid l 4, 6 ad quid hominem obliget l 5, 5 ll 14, 11 *ſeqq.*
*Humanitatis* officia à legibus juſtitiæ diverſa l 2, 14 l 9, 3, promiſcue præſtanda l 8, 1 *ſeqq.*
*Humilitas* generoſitatis comes l 7, 5
*Hypotheca* ejuſque jus l 15, 15

I

*Ignorantia* quid & quotuplex l 1, 8 quatenus imputetur l 1, 20 *ſeqq.* invincibilis in præceptis naturalibus non datur l 1, 4 juris non excuſat l 1, 21
*Illicitorum* nulla eſt obligatio l 9, 18
*Impenſa* rerum & fructuum l 13, 5
*Imperantium* ſummorum officia ll 11, 1 *ſeqq.* poteſtas in bona ſubditorum ll 15, 1 *ſeqq.*
*Imperium* familiare ll 3, 8 vi bellica occupatum ll 10, 2 ll 16, 14 ſummum, ejuſque partes ll 7, 1 *ſeqq.* affectiones ll 9, 1 *ſeqq.* modi habendi ll 9, 7 ſanctitas ll 9, 4 quomodo a Deo ſit ll 6, 14
*Impoſſibilium* omiſſio nemini imputatur l 1, 23 nulla prorſus obligatio eſt l 2, 8 l 9, 17 l 11, 6
*Imputatio* damnorum l 6, 2 *ſeqq.* quando locum habeat l 1, 18
*Imputativitas* actionum humanarum l 1, 17
*Inceſtus* juri naturæ contrarius ll 2, 8
*Inclinatio* naturalis l 1, 12
*Induciæ* bellicæ ll 16, 15.
*Infamia* quomodo contrahatur ll 14, 8 *ſeqq.*
*Infans* quare vapulet l 1, 25 an valide obligetur l 9, 10, & 11
*Ingenii* humani diverſitas l 1, 11 l 3, 6 in diverſis nationibus unde oriatur l 1, 12
*Ingratitudo* fœda ac deteſtabilis l 8, 7 actionem tamen non producit *ib.*
*Injuria* quid l 2, 15 nemini facienda l 7, 6 levis toleranda



Digitized by Google

l 5, 12
*Injuſtitia* quomodo committatur l 2, 15 an committenda juſſu ſummi imperantis? ll 12, 9
*Inquietudo* animi ſopienda l 5, 4
*Inſtinctus* naturalis non impedit obligationem l 5, 1
*Integritatis* ſtatus non eſt norma juris naturalis poſt lapſum *Pr.* 11 14
*Intellectus* quid l 1, 3 in moralibus naturaliter rectus l 1, 4 quomodo eo utendum? l 5, 3 & 4
*Intemperantia* quare vitioſa l 5, 10
*Internuncius* l 9, 21
*Interpretatio* juramentorum l 11, 8 legum & conventionum l 17, 1 *ſeqq.* extenſiva & reſtrictiva l 17, 10 authentica l 2, 6
*Interregnum* ll 10, 4
*Inventio* rerum deperditarum l 12, 6 l 13, 10 *ſeqq.*
*Invidia* vitanda l 5, 6
*Invita* actio l 1, 16
*Ira* refrænanda l 5, 6
*Judex* ad quid obligetur ll 11, 9 corruptionibus obnoxius non ferendus *ib.*
*Judiciaria* poteſtas pars ſummi imperii ll 7, 3 *ſeqq.*
*Juramentum* quid & ad quid obliget? l 11, 1 *ſeqq.* concipiendum ſecundum religionem jurantis l 11, 4 eſt vinculum acceſſorium l 11, 6 interpretandum ex mente deferentis l 11, 8 aliud aſſertorium aliud promiſſorium l 11, 10
*Jus* (pro qualitate morali activa acceptum) hominum in res & animalia l 12, 1 perfectum & imperfectum l 2, 14 *ſeqq.* 16, 5 l 9, 4 ll 14, 14 *ſeqq.* vitæ ac necis competit ſummo imperanti ll 13, 1 *ſeqq.* non parentibus in liberos ll 3, 4 nec dominis in ſervos mercenarios ll 2, 4 an in perpetuos? ll 2, 3 & 4
*Jus naturæ.* vid. *lex naturæ*, principium univerſæ jurisprudentiæ *Pr.* 3 vitam futuram non reſpicit *Pr.* 8 14, 8 & 9 conſtituit peculiarem diſciplinam *Pr.* 4 *ſeq.* differt à Theologia morali *Pr.* 5-9 & jure civili *Pr.* 4 in ſtatu corrupto aliud eſt quam in integro *Pr.* 11-14
*Juſtitia* quid? l 2, 12 alia actionum, alia perſonarum l 2, 12 univerſalis vel particularis l 2, 14 diſtributiva vel commutativa l 2, 14 quomodo à bonitate differat? l 2, 13

## L

*Læſio* quævis injuſta prohibita l 6, 2 l 15, 3 obligat lædentem ad damnum reſarciendum l 6, 13 l 15, 3 jure civili in contractibus toleratur, niſi enormis ſit l 15, 4
*Lætitia* ratione moderanda l 5, 6
*Laus* quando participem reddat injuriæ laudatæ l 1, 27
*Legati* officium ll 18, 13
*Legiſlator* unde cognoſcatur l 2, 6
*Legiſlatoria* poteſtas pars ſummi imperii ll 7, 2

*Lex* neceſſaria l 2, 1 quid l 2, 2 conſtat præcepto & ſanctione l 2, 7 diſponit de poſſibilibus & utilibus l 2, 8 ejus ratio l 17, 8 interpretatio l 2, 6 l 17, 10 *ſeqq.* promulganda l 2, 6 *commiſſoria* in emtione l 15, 3 & pignore l 15, 15 *divina* l 2, 16 *humana* ſive *civilis* l 2, 16 ll 12, 1 *ſeqq.* ejus ultima obligandi ratio *Pr.* 4 ſanctio pœnalis ll 12, 4 ſummum imperantem non obligat ll 9, 3 bona, quæ? ll 11, 5 quomodo jus naturæ afficiat? ll 12, 5 & 7 à jure naturæ differt non cum eo pugnat *Pr.* 4. obligat etiam in conſcientia ll 12, 8 *imperii* fundamentalis ll 9, 6 *naturalis* l 2, 16 ejus propoſitio fundamentalis l 3, 9 quo ſenſu natura nota & cordibus inſcripta l 3, 13 non ſufficit reprimendæ hominum malitiæ ll 5, 8 ll 12, 3 *poſitiva* l 2, 16

*Liberi* qui ſint l 12, 11 proximi heredes parentum inteſtatorum l 12, 11 eorum officia ll 3, 12 *ſeqq.* parentum in eos poteſtas ll 3, 8 & 9

*Libertatis* ſtatus vid. ſtatus *naturalis.*

*Liberum* arbitrium voluntatis l 1, 9 homini naturaliter competit l 5, 4 ejus rectus uſus homini verum pretium dat l 7, 5

*Libido* vaga juri naturali adverſa ll 2, 2

*Lis* quomodo decidatur in ſtatu naturali ll 1, 10 de ſucceſſione regni quomodo componenda ll 10, 12

*Locatio* conductio ejuſque jus l, 15, 10

*Lotaria* l 15, 13

*Ludi*, quibus pretio certatur l 15, 13

*Luxuria* rerum pretia auget l 14, 4

M

*Magiſtratus* conſtituuntur à ſummo imperante ll 7, 6 eorum officium ll 18, 10 officium ſummi imperantis circa eos ll 11, 9

*Majeſtas* vid. *imperium ſummum.*

*Majora* vota concludunt ll 6, 12

*Mali* averſatio facilius affectum excuſat, quam boni deſiderium l 1, 14

*Mandatarii* obligatio l 9, 21

*Mandatum* ejuſque jura l 5, 5

*Mariti* officium ll 2, 10

*Mater* an liberos habeat in poteſtate ll 3, 3

*Matrimonium* quid? ll 2, 1 an ab omnibus ineundum ſit ll 2, 3 ejus pacta ll 2, 4. 6 inter quos contrahatur ll 2, 7 & 8 tribuit marito directionem uxoris ll 2, 4 liberorum an requirat conſenſum parentum ll 3, 10 ſolennia requirit ex lege civili ll 2, 9

*Media* libera voluntate eliguntur & adhibentur l 1, 9

*Medicus* ſegnitiæ non arguendus, nemine ægrotante l 1, 22



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B.17.5.18
BNCF
Digitized by Google

Digitized by Google